Ex libris
Caroli Thomae Newton, I.C.D.
Ord. Balnei Eq. Com:
Academiae Oxoniensi
in usum archaeologiae studentium
D D D
amici quidam
in piam memoriam
viri illustris
MDCCCXCV.

FASCICULUS

INSCRIPTIONUM, GRÆCARUM POTISSIMUM,


QUAS APUD SEDES CELEBERRIMAS ASIANAS CHARTIS MANDATAS, ET NUNC DENUO INSTAURATAS,

NOTISQUE TUM CRITICIS TUM EXEGETICIS INSTRUCTAS,

EDIDIT

JACOBUS KENNEDY BAILIE, S. T. P.,

PRESBYT. DIŒCES. ARMACHENS., NOBILISS. MARCHIONI DE AILSA A SACR. DOMEST.; ACAD. REG. HIBERN., SOCIETT. REG. ZOOLOG., GEOLOG., ARCHÆOLOG. HIBERN., CONSOCIAT. BRITANN. IN PROGRESS. SCIENT., EX SODALL.; QUONDAM COLLEGII SS. TRINIT. DUBLINIENS. SOCIUS, ET IBIDEM DE LITT. GRÆC. PRÆLECTOR.



RELIQUIÆ SEPULCRETI SEBASTENORUM PHRYGIÆ.

DUBLINII: APUD HODGES ET SMITH,

ACADEMIÆ LIBRARIOS.

LONDINII: APUD J. G. F. ET J. RIVINGTON.

MDCCCXLVI.

DUBLINII:
EXCUDEBAT M. H. GILL, ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS.

SPECTATISSIMO

ET PRÆCLARE DE RE LITTERARIA MERITO

SODALITIO,

ACADEMIÆ REGIÆ HIBERNICÆ,

HOC VOLUMEN,

QUA PAR EST VOLUNTATE ET OBSERVANTIA,

ADDICTUM VOLO.

PRÆFATIO.

Biennium ferme effluxit quum in lucem edidi ex schedis meis deprompta sedesque apud ipsas non tam venerabili antiquitatis specie quam religione sacratas congesta monumentorum spicilegia; nec dolens vel ærumnarum itineris vel laboris quem in concinnandis apographis ad usum studiosorum perpessus sum memini; hoc tantum mordet quod

"Materiam superabat opus;" . . . .

citra jactantiam loquor, veniam potius tenuitatis obsecraturus quam laudes exsequutionis captans. Nec deest excusatio. Quantillum enim potest unus et alter divitiarum quæ visum undique sollicitant recludere quod legentium sensus moretur inter catervas huc et illuc euntium, oculos circumferentium, et acie reapse Lyncea instructorum ad perscrutanda, ne dicam supra solum exsistentia, sed in ipsis visceribus terræ defossa monumenta! Aderat hoc tantum solationis conspicienti ingentes moles quas dudum exstruxerunt *οἱ συνεργάται* Smithius, Peysonnelius, Sherardus, Chishullus, Richterus, Walpolius, Clarkius, Arundellus, Leakius, et nuperrime Hamiltonus et Fellowsius, opus fuisse non viri alicujus singularis, plures ingenia contulisse, excrevisse

arborem ex ramentis, lacum ex stillicidiis, nec deberi huic et alteri, sed agmini opificum præclare instructorum, ædium Böckhianarum perpulchras contignationes. Cur insuper omiserim quod pretii multum in hac materia secum adfert, me propriis manibus contrectasse marmora, abdita illorum proprio visu indagasse? Fontes (ut tralatitie loquar) adibam; ex rivis ipsis hausi, turbidis sane haud raro et lutulentis, sed absque cœno admixto conjectationum ex aliorum ingenio petitarum.

Hoc satis est breviter atque ut Musarum alumnum decet citra invidiam declarasse. Pluris valent monita de operis incepti ratione quod ad hunc usque finem perduxi ut chartam epigraphicam totius fere Asiæ occidentalis ob oculos legentium statuisse dicar. Quid enim? Volumen quod nunc ex officina Academica prodit et (cur hoc taceam?) favore et officiis virorum insignium mihi conjunctissimorum qui rebus Academicis præsunt exceptum, titulos complectitur ex Mysia, Phrygia, Pamphylia, Cilicia, Lydia, Caria, Pisidia, Bithynia, relatos, dicturus eram *reportatos*, quum revera sint *tropæa* constantia haudquaquam mediocri et labore conquisita. Civitas Aphrodites (ut singula attingam) numerum longe majorem suppeditavit, perpulchram sedem Caricam dico ubi in hac militia jamdudum meruerat stipendia Sherardus, qui præconem laudis nunquam satis commendatione litteratorum prosequendum, Augustum Böckhium, habuit; ubi quoque, biennio ante meos labores susceptos, monumentis insignioribus pertractatis, ingenium suum et diligentiam exacuerat Fellowsius. Honores ideo in hoc campo dimidiatos ploraverim ni mansisset voluptatis quam sensi dum templa ejus, mœnia, theatra, ævi felicioris indicia, perlustrarem memoria.

Eadem de Trallianis dicenda, ceterisque bene multis ejusdem regionis, necnon Mysiis et Phrygiis quam plurimis. Quædam vero, ni fallor, excipienda. Quibusdam hactenus in repertis, rectius fortasse dixerim ineditis, me incidisse reor vel in hisce tractibus quorum monumenta per ducentos trecentosve annos jugiter adeo perscrutati sunt peregrinantes ut mirandum potius foret quam exspectandum fieri posse ut quis e tumulo arcani aliquid aut inauditi expromat. Sed in plagis Aulonem versus porrectis uberior seges adhuc metenda restat, Cilicum dico, Pisidarum, Pamphyliorum, quorum sedes illustriores aut parum cognitæ videntur, aut studio incuriosiore exploratæ. Ex titulis in his regionibus comparatis tertia fere pars fasciculi insequentis conflatur, quorum apographa ex marmoribus ipsis confecta habeo ea quæ suppetebat cura et sollertia quæ in primis inter stragem prolapsionemque monumentorum summopere sunt adhibendæ. In hac parte operis plurimum me debere apographis profiteor quæ humanissime mecum communicavit Henricus P. Borrellius, e negotiatoribus Anglis apud Smyrnenses, ipse antiquitatis quæ ad rem nomismaticam spectat instar omnium peritus, et Græcarum litterarum amantissimus. Museo hujus viri eximii plurima insunt monumenta ex diversis sedibus Asiæ Smyrnam advecta quorum permulta titulos habent insculptos, quædam anaglypha varie ornata. Libellos potissima horum complexos manuque propria descriptos nuper mihi, ut ingenium meum et (quatenus valeat) doctrinam in iis concinnandis collocem, transmissos habeo, quorum præcellentibus copiis pertractandis identidem et expoliendis mihi in animo est ut otium quod mihi contingat insumam.

Hactenus de subsidiis. Pauca de sedium singularium monu-

mentis referenda duco quorum in primis deligenda censui quæ testimonia confirmant de nominibus antiquis. Hanc rationem sequutus testes ex Aphrodisiade Carum, Cnido, Halicarnasso, Mylasis (sc. per nomen illustre Maussolli), Trallibus, excitavi; dein ex Metropoli (Ioniæ), Smyrna, Teo, Philadelphia, Myla Philadelphenorum et Mæonia, probabiliter satis, Alexandria Troade, Apameia Ciboto, Eumenia, Lacina[?], Prymnesso, Perga, Sillyo[?], Antiocheia Pisidica, Apollonia Lyciorum Thracum, Sagalasso, fortasse et Cremna. Hæ cunctæ designantur in titulis quos congessi vel nominatim, vel per notas quas dixerim municipales, ut Cremna IVLIA. COLOṄIA., id quod ex nummorum fide et Geographi illustris constat. Corycum Ciliciæ taceo, opinatus tamen et hanc in fragmine insigni nominari, cui vero ingenium prius adhibeamus oportet quam pro certo affirmemus. Restant aliæ, Clazomenas intelligo, Nymphæam, Branchidas, Cilicum Celenderim, Pamphyliæ Siden et Attaliam, quasdam præterea, in quarum titulis per hunc fasciculum sparsis nulla exstat commemoratio nominum antiquorum: at in his eruditorum consensus qui vel ex ipsis nominibus hodiernis trahitur, vel ex ruderibus quæ circumstant ædium antiquarum, vel denique scriptorum testimoniis, hujusmodi lacunas abundanter supplet. Fallaces sane cum plurimum tituli, immo nomina a barbaris imposita, nisi quis oculos proprios exerceat, taliaque ad fidem itinerariam revocet examinanda indicia; ideo postrema memini. Ut de singularibus dicam; qui ad nomen barbarum vici a Metropole tria millia passuum circiter distantis dumtaxat spectat, vel ad testimonium marmoris inscripti, statim concluserit, nec immerito, hic sitam fuisse veterem urbem Ioniæ: sed locum ipsum adeat oportet, pro testimoniis spolia tantum recog-

niturus a fodina splendoris antiqui abrepta. Simile quid observandum venit et de Stratoniceia Carum, quod in fasciculo primo reperiet lector. Quum vero fides monumentorum accedat, ædium dico, theatrorum, columnarum, inter quæ voce quadam ex tumulo emissa testimonium edat marmor, ut Arundello dudum inter Sagalassensia versanti, abire credas dubitationem, scientiamque geographicam in majus provehi.

Hæc in primis monenda existimo de sedibus a catervis barbarorum occupatis qui huc illuc pretiosam supellectilem in dies trahunt, ipsi parum curiosi vel usus in quem aptaturi sunt, vel loci, cui exornando student. Hinc in itinerario Pocockii ortam fuisse confusionem crediderim: nimirum invenisse virum doctum apud Magnetas Cariæ monumentum in quo nomen Trallianum insculptum est; deinde, quum apud Tralles ipsas (كوزل حصار) diversaretur, in parem eum materiam incidisse; quæ omnia, commistione quadam schedarum oborta, cujus rei parum curiosus videtur fuisse Pocockius, temere illum Magnesiæ (اینك بازار) accensuisse. Sed felicius hoc postmodum Sherardo aliisque cessit. Ex eodem forte profluxit error in regione Troade de situ Ilii recentis quem se conspexisse credebant quidam apud vicum *Khalifatli* (خلفتلی), posthabito *Hissardjek* (حصارجك) in vicinia jacente, cui chorographia exactior sua jura restituit. Summa rei est, marmoribus accidissse quod et nummis, valere multum dumtaxat ab iis indicata quæ notitiis ipsis chorographicis congruunt.

Verum ne in hoc argumento nimius sim veritus, ad alia propero, titulos in primis insigniores quos in hoc fasciculo vehementer legentium studiis commendanda existimarim. Aphrodisienses trans-

gredior quos ex schedis potissimum Sherardianis docte et copiose tractavit Böckhius, ut in Teiis paululum consistam. Me in hisce quædam protulisse non antehac evulgata censeo, nempe, fragmenta decretorum asyliæ jura statuentium quæ Polyrrheniorum Cydoniatarumque fuisse suspicor, quatenus ex materia superstite judicare possum. Hæc congenerum ope quæ ediderat olim Chishullus, denuo ab hinc aliquot annos cum apparatu critico exactiore Böckhius, explere conatus sum, ita tamen, ut eruditorum sententiis quas pro humanitate illorum et doctrina prolatas velint me summo studio obsequuturum spondeam. Dein, inter Græca, unum et alterum non antehac, qua mihi scire contigit, editum, de regione illustri Homerica reportavi; plura insuper Latina, quæ omnia ditioni Alexandrensi addicenda putaverim. Eminet inter Phrygia quod de marmore in viculo *Ipsilî-hissâr* (ايپسيلى حصار, ψιλόκαστρον) descripsi, ubi situm fuisse videtur oppidum Attudense, dudum apud scriptores de re nomismatica cognitum. Nec Lacinense tacuerim, quod mentione nominis facta plurimum confert ad situm oppiduli veteris indicandum, fortasse Lysinoes Livianæ; sed in hoc hæreo. Dederat dudum Arundellus literis minusculis descriptum in opere notissimo; ego quale marmor suppeditavit, et in paucis emendatius.

Ceteris prætermissis, quæ singillatim prolata legentibus fastidium moverint, unumdumtaxat excitabo in quo pertractando laboris infructuosi non nihil insumpsi. Descriptum habui de lapide in arce (ut crediderim) Sillyensi, ad duodecimum circiter a Perga milliarium septentrionalem plagam versus, bilingue, nempe, ex patrio sermone barbarorum et Græco Æolum conflatum. Habebunt in illo, ni fallor, musarum sectatores laudatissimi, qui in sermone archaïco

Lyciorum indefesse adeo operam navarunt quod doctrinam eorum penitiorem promovebit simul et expediet: namque vix putaverim vestigia quæ insunt affinitatis inter gentium finitimarum sermones diu in occulto fore, conspectis talium virorum studiis et æmulationibus, tantoque monumentorum apparatu quem peregre versantium ardor inexplebilis in dies subministrat. Hoc tantum angebar, quod marmor insigne et pretiosum barbarorum injurias adeo perpessum fuerat; quod caput abscissum, clausula omnino fere deleta, ne dicam lacunas contextum orationis deformantes: sed ad hoc malum arcendum suppetebant adjumenta non levia, de apographis loquor quæ mihi humanissime in manus tradiderat Borrellius a viris ornatissimis Jens. Pellio et D. Rossio de Bladensburg confecta, ut conatibus meis expediendis, si quando laborem concinnandi aggressus sim, præsto essent. Me ope horum et tutius incessisse spatiumque amplius permensum libens profiteor.

In congerie quæ sequitur titulorum Latine conscriptos quosdam reperient lectores quos in adversariis meis delitescentes ægre patiebar, recordatus nimirum consilii quod imberbis adhuc in mente inculcatum habui. Qui cecinit

> "nec desinat unquam
> Tecum Graia loqui,"

et hoc illico subjecit, *tecum Romana vetustas*. Curam tantum adhibui ut in opere Græca ἐξόχως tractante, concinnitatis gratia, tituli ab invicem seorsum traderentur, Latinis, ubicumque fuerint, ad clausulam cujusque seriei submotis. Hoc satius credo quam quod in primis habui propositum, Latina in fasciculum singularem redacta appendicis instar ponere.

Monendi sunt demum legentes me quædam ex sedibus apocalypticis, Pergamo, Epheso, Sardibus, Philadelphia, huic compagi intexuisse quæ prius vel omittenda censui, vel tradidi maculis quales abesse velim deformata. Hoc nimirum res, occasio, dixerit aliquis imperitia, ferebant secum. Nemo sane qui in hac palæstra se exercuerit nescit quam tenebricosum sit, et

"Periculosæ plenum opus aleæ,"

hæc marmorum contrectatio, neque aliter quam iterum atque iterum pervolvendo posse sæpenumero vel sensum vel sermonem rationibus sanioris grammatices congruentem expediri: quin immo in plurimis, sequioris præsertim ævi, qui velit compagines situ et vetustate obrutas secundum leges præstantioris linguæ ordinare, se discrimini objecturum quali Pollio ille Horatianus, sensurumque confestim

. . . . "ignes
Suppositos cineri doloso."

Quæ cum talia sint, opus difficile, errores prompti, pondus grave, merces exigua, adsitis, LL. BB., proposito faventes. Vestigia antiquitatis quæ hospes pressi, vobis vel a puerili ætate observata, oculis iterum subjicio. Quæ imagines sinceras referunt, mecum colatis; quæ evanidas, altius impressas detis; quæ distortas, ad mensuras justas retrahatis. Humanitati vestræ et eruditioni libellum commendo.

* * * * * * * * * * *

Huc usque progressus accepi a librario meo fasciculum inscriptionum Böckhianarum qui ex officina Academiæ Berolinensis nuper exiit, curante v. d. Franzio, qui in hac exercitatione jamdudum

eruditorum laudes meruit. Copiam amplam satis video congestam ex regionibus Asianis, quam plurimorum cum libri tum schedæ subministrarunt, in qua partem minime spernendam eorum quæ ipse habui descripta agnosco. Nec invidendum reor viro præstanti quod, itinere citius confecto, mea præverterit, idque bonarum litterarum causa quas eum et exornasse sciunt omnes, et in posterum amplius exornaturum spes est. In suis locis reperient lectores desumpta vel de contextu titulorum Franzianorum vel de annotationibus quæ ad mea illustranda bonam frugem allatura duxi: cetera in quibus sentio me placitis ejus discordia statuisse harum rerum scientibus judicium permitto.

DABAM EX MUSEO MEO,
VII. KAL. AUGUSTI, MDCCCXLV.

INSCRIPTIONES GRÆCÆ.

BITHYNIA.

HADRIANOPOLIS?

اسکی حصار

XLII. a.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ
ΣΑΡΑΘΕΟΥΤΡΑΙΑ
ΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙ
ΟΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑ
ΥΙΩΝΟΝΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΣΕΒΑΣ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕ
ΓΙΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟ
ΙΗ·ΥΠΑΤΟΝΤΟ·Γ·
ΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΦΥΛΗΑΑΠΟΛΛΩΝΙΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ἀγαθῇ τύχῃ· Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱόν, θεοῦ Νερούα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἀδριανόν, Σεβαστόν, Ἀρχ-

ιερέα μέγιστον, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιή, ὕπατον τὸ γ', Πατέρα πατρίδος, φυλὴ ά Ἀπολλωνὶς ἀνέθηκεν.

Titulus in honorem Hadriani a tribu prima Apollonide profectus in quo *pater patriæ* audit Imperator illustris. Vide Orosium[a] et Spartianum[b]. Tempus definitum habemus per litteras numerales in v. 11. nimirum, an. U. C. 887–8. P. C. 134–5[c].

Descriptum habui de basi inter parietinas apud *Eskí-hissár*, ubi sitam fuisse Hadrianopolem fidens crediderim. Distat a *Bolí*, cui consuetudine solenni nomen antiquum depravatum transtulerant barbari, circiter octo millia passuum, orientem versus, in itinere ad *Tokât*, h. e. Eudoxianam (vel Comanam), Ponti.

Edidit Böckhius[d] ex libro Sestini[e] cui adjumenta erant Vaughani schedæ. VV. LL. sunt in v. 1. ΤΗΧΗΙ. in 11. init. ΗΙ. in 13. init. ΦΥΛΗΙ, quasi fuerit *decima tribus;* hoc prælatum habere videtur Böckh.

XLIII. b.

ΚΑΤΑΤΟΔΟΓΜΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΦ·ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΝΕΥΦΗΜΟΝ
ΕΠΙΤΟΥΚΟΙΤΩΝΟΣ
ΜΟΥΛΠΙΟΣΑΡΙΣΤΑΙΟΣ

Κατὰ τὸ δόγμα τῆς Βουλῆς καὶ τοῦ Δήμου φιλοσεβάστου, ἀπελεύθερον Εὔφημον ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος Μ. Οὔλπιος Ἀρισταῖος (sc. ἐτίμησεν.)

Titulus ex honorariis. Libertum Euphemum qui fuerat minister

[a] Hist. vii. 13.
[b] Hadrian. c. vi.
[c] Eckhel. *D. N.* vol. vi. p. 482, a.
[d] C. I. Gr. vol. ii. p. 980, n. 3802.
[e] Viaggio da Costantinop. a Bassora, p. 20.

a cubiculo (Imperatoris, crediderim) honore prosequitur, secundum decretum Senatus et Populi Hadrianopolitani, statua constituta, Aristæus. Limitem temporis definiverim esse ætatem Trajani ex nomine Ulpio. Sed de hoc aliter statutum video in apographo quod a Borrellio habui, ut dicetur infra. Porro, de cubiculario vide append. not. crit.

A Böckhio[f] editum video ex schedis Vaughani. Lectio est ΔΙΜΟΥ in v. 2. dein omittitur Φ. In 3. ΑΓΕΛΕΥ, etc. In ult. apogr. Borr. ΜΟΥΝΑΠΙΟΣ, ubi jure fortasse restituendum ΜΟΥΝΑΤΙΟΣ. Sed in hoc hæreo, quum apographum fuerit cetera absolutissimum.

[f] Ubi sup. n. 3804.

CARIA.

APHRODISIAS.

کیک قره

XLIV. a.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΚΑΙΣΑΡ . . . .
. . . . ΕΥΣΕΒΗΣΕΥΤΥΧΗΣΣΕΒΑΣΤΟΣΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟ·Γ̅·ΥΠΑΤΟΣΤΟ·Β̅·ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣΤΟΤΡΙΤΟΝ
ΠΑΤΗΡΠΑΤΡΙΔΟΣΑΝΘΥΠΑΤΟΣΚΑΙ . . . .
. . . . ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΜΕΓΙΣΤΟΣΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΤΟΠΡΩΤΟΝΥΠΑΤΟΣΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝΤΟΙΣ
ΑΡΧΟΥΣΙΝΚΑΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΧΑΙΡΕΙΝ
ΕΙΚΟΣΗΝΥΜΑΣΚΑΙΔΙΑΤΗΝΕΠΩΝΥΜΟΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΘΕΟΝΚΑΙ
ΔΙΑΤΗΝΠΡΟΣΡΩΜΑΙΟΥΣΟΙΚΕΙΟΤΗΤΑΤΕΚΑΙΠΙΣΤΙΝΗΣΘΗΝΑΙ
ΜΕΝΕΠΙΤΗΚΑΤΑΣΤΑΣΕΙΤΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΤΗΣΗΜΕΤΕΡΑΣ
ΘΥΣΙΑΣΔΕΚΑΙΕΥΧΑΣΑΠΟΔΟΥΝΑΙΔΙΚΑΙΑΣΚΑΙΗΜΕΙΣΔΕ
ΤΗΝΤΕΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΥΜΕΙΝΦΥΛΑΤΤΟΜΕΝΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝ
ΚΑΙΤΑΑΛΛΑΔΕΣΥΝΠΑΝΤΑΔΙΚΑΙΑΟΠΟΣΩΝΠΑΡΑΤΩΝΠΡΟΗ
ΜΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝΤΕΤΥΧΗΚΑΤΕΣΥΝΑΥΞΕΙΝΕΤΟΙΜΩΣ
ΕΧΟΝΤΕΣΥΜΩΝΚΑΙΤΑΣΠΡΟΣΤΟΜΕΛΛΟΝΕΛΠΙΔΑΣ
ΕΠΡΕΣΒΕΥΟΝΑΥΡΗΛΙΟΙΘΕΟΔΩΡΟΣΚΑΙΟΝΗΣΙΜΟΣ
ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Γάϊος Οὐαλήριος Διοκλητιανός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Σεβαστός, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ γ', ὕπατος τὸ β', ἀποδεδειγμένος τὸ τρίτον, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος, καὶ Μάρκος

Αὐρήλιος Οὐαλήριος Μαξιμιανός, Ἀρχιερεὺς μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πρῶτον, Ὕπατος ἀποδεδειγμένος, Ἀφροδισιέων τοῖς ἄρχουσιν καὶ τῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Εἰκὸς ἦν ὑμᾶς καὶ διὰ τὴν ἐπώνυμον τῆς πόλεως θεόν, καὶ διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους οἰκειότητά τε καὶ πίστιν, ἡσθῆναι μὲν ἐπὶ τῇ καταστάσει τῆς βασιλείας τῆς ἡμετέρας, θυσίας δὲ καὶ εὐχὰς ἀποδοῦναι δικαίας· καὶ ἡμεῖς δὲ τήν τε ἐλευθερίαν ὑμῖν φυλάττομεν τὴν ὑπάρχουσαν, καὶ τὰ ἄλλα δὲ σύμπαντα δίκαια ὁπόσων παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων τετυχήκατε, συναύξειν ἑτοίμως ἔχοντες ὑμῶν καὶ τὰς πρὸς τὸ μελλον ἐλπίδας. Ἐπρέσβευον Αὐρήλιοι, Θεόδωρος καὶ Ὀνήσιμος.

Εὐτυχεῖτε.

Titulus ex imperatoriis est, scil. rescriptum Diocletiani et Maximiani litteris gratulatoriis Aphrodisiensium quas, imperio stabilito, per legatos Theodorum et Onesimum miserant collegia municipalia. Principes, civium voluntate laudata, favorem et patrocinium spondent.

Transcripsi *ταχυγράφως*[g] de marmore in facie exteriore muri Aphrodisiensis qua vergit euroaustrum versus. Antea Sherardus[h], ex cujus schedis et Rochetti cum codice Spanhemiano[i] edidit Böckhius[k]. Nuperrime quoque Fellowsius[l].

Ætas tituli constat ex v. 3. nempe, U. C. 1039. P. C. 286[m]., sicut in not. crit. append. uberius tradam. Nomina quoque imperatorum fuisse dedita opera et consulto, ut Juliani infr. XLVI. 6., deleta, vel

[g] Monendi sunt lectores me per hoc verbum intelligere scripturam in qua *species* litterarum non ad amussim repræsentantur, ratione dumtaxat lectionum habita. Illud in quam plurimis supervacaneum duxi præ fide critica.

[h] Pag. 18. Cod. Ask. I. 65.

[i] N. 77.

[k] Ubi sup. p. 498. n. 2743.

[l] Discoveries in Lycia, Append. A. n. 16, p. 302.

[m] Vid. Eckhel. vol. VIII. pp. 2. 16. a.

ex ipsa marmoris specie conjeceris. Hoc procul dubio nomini Christiano tyrannorum sævitia efferato tribuendum.

Exemplaria video accuratissime confecta, nisi quod in v. 16. expressit Böckh. **ΕΠΡΕΣΒCΥΟΝΑΥΡΗΛΙΟΣ**.

XLV. b.

ΦΛΚωCΤΑΝΤΙΟΝΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΗΓ
ΕΜΟΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟCΜΕΤΑΤωΝΑΛ
ΛωΝΕΡΓωΝΚΑΙΤΟΤΕΙΧΟCΑΝΑCΤΗCΑΝΤΑ
✝ ΕΠΙΕΥΤΥΧΙΑΤΗCΛΑΜΠΡΑCΤΑΥΡΟ·Υ
ΠΟΛΙ·ΤωΝΜΗΤΡΟΠΚΑΙΤΟΥΤΟΤΟΕΡΓΟΝ
ΤΗCΠΥΛΗC·ΑΝΑΙΝΕωΘΗ·ΕΠΙΦΛΑΜΠΕ
ΛΙΟΥΤΟΥΕΛΛΟΓ·ΙΜCΧΚΠΑΤΡΟCΙΝΔΗ ✝

Φλ. Κωνστάντιον, τὸν λαμπρότατον ἡγεμόνα, ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος, μετὰ τῶν ἄλλων ἔργων καὶ τὸ τεῖχος ἀναστήσαντα. Ἐπὶ εὐτυχίᾳ τῆς λαμπρᾶς Ταυρουπολιτῶν μητροπόλεως, καὶ τοῦτο τὸ ἔργον τῆς πύλης ἀνενεώθη ἐπὶ Φλ. Ἀμπελίου, τοῦ ἐλλογιμωτάτου σχολαστικοῦ καὶ πατρός, ἰνδικτεῶνος η'.

Titulus duplex est. Commemorat prior erectionem muri per Constantium, filium alterum Magni, jamjam orientem nactum[n]: secundus, cui adhibetur symbolum sacrum, instaurationem portæ magistratum gerente Ampelio, patrono civitatis, octavo anno Indictionis. Tempora exactius definivi in not. crit. sc. U. C. 1088. P. C. 335.; et U. C. 1103. P. C. 350.

Descripsi de lapide supra cameram fornicatam in regione amphitheatri. Habeo et apographum mihi a Borrellio missum. Editum video inter Böckhiana[o], ex libris Sestini[p] et Richteri[q] (ex quo sua

[n] Eckh. ubi sup. p. 77, a.
[o] Vol. ii. p. 500, nn. 2745, s.
[p] Viaggj, etc. p. 113.
[q] Itin. n. 47. p. 595.

Franckius[r]), apogr. Gellii Græfiano[s], et codd. Spanhemii[t] et Sherardi[u]. Recentius dedit Fellowsius[v].

In v. 6. (Bö. 3.), expressit Böckh. **ΤΑΥΡΟΠΟΛΙΤΩΝ**. Fellows. **ΤΑΥΡΟΥΠ** etc. cum lacuna ante primam litteram, exinde conjecturam capiente Wienero veram lectionem fuisse **ΣΤΑΥΡΟΥΠΟΛΙΤΩΝ**. In vv. 8. 9. 10. (Bö. 4.) litteræ minusculæ apparent in edit. Böckh. suprajectæ, quas mihi non contigit videre.

XLVI. c.

ΑΓΑΘΗ ..ΧΗ'
ΥΠΕΡΥΓΙΕΙΑϹΚΑΙϹΩΤΗΡΙΑϹΚΑΙ...ΗϹΚΑΙΝΙΚΗϹ
ΚΑΙΑΙΩΝΙΟΥΔΙΑΜΟΝΗϹΤΩΝΔΕϹΠΟ·ΩΝΗΜΩΝ
ΦΛΗΟΥΛΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟΥΕΥϹΕΒΟΥϹΑΥΤ.........
ΤΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥ·ΚΑΙ.....................
.........ΕΠΙΦΑΝΕϹΤΑΤΟΥΚΑΙΓΕΝΝΑΙΟΤΑΤΟ.ΚΑΙϹΑΡΟϹ'
ΦΛΚΥΙΝ'ΕΡΩϹΜΟΝΑΞΙΟϹ·ΟΔΙΑϹΗΜΟΤΑΤΟϹΗΓ'.ΜΩΝ'
ΚΑΙΑΠΟΚΡΗΤΑΡΧΩΝΤΩΝ............ΝΤΗ...ΠΡΑ'
ΚΑΙϹΥΓΓΕΝΕΙΚΡΗΤΩΝ...................
ΚΑΤΕϹΚ.Υ...........

Ἀγαθῇ τύχῃ· ὑπὲρ ὑγιείας καὶ σωτηρίας καὶ τιμῆς καὶ νίκης καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν Δεσπότων ἡμῶν, Φλαβίου Ἰουλίου Κωνσταντίου, εὐσεβοῦς, αὐτοκράτορος, ἀηττήτου, σεβαστοῦ, καὶ αὐτοκράτορος, Φλαβίου Κλαυδίου Ἰουλιανοῦ, ἐπιφανεστάτου καὶ γενναιοτάτου Καίσαρος· Φλάβιος Κυΐντος Ἔρως Μονάξιος, ὁ διασημότατος ἡγεμών, καὶ ἀπὸ Κρητάρχων, τῶν Ταυρουπολιτῶν τῇ λαμπρᾷ, καὶ συγγενεῖ Κρητῶν, μητροπόλει, ἐκ τῶν ἰδίων κατεσκεύασε τὴν πύλην . .. . . .

r Richtersch. Inschr. pp. 428. ss.
s Actt. Petropol. vol. VIII. p. 706.
t Cod. n. 33.
u Cod. p. 20. Ask. I. 5.
v Ubi sup. n. 17. p. 35.

Titulus commemorat erectionem portæ Aphrodisiensis occidentalis per Monaxium, ducem et cretarcham, pro studio ejus in cives veteri affinitate conjunctos cum Cretensibus. Hoc regnantibus Constantio II. et Juliano II. Tempus exactius definierim an. U. C. 1113, P. C. 360. Nomen Juliani perierat ex marmore, de industria a Christianis deletum, ut imperatorum in XLIV. supra.

Descripsi dum urbem intrarem de hyperthyro portæ. A summa parte usque ad imam cucurrit fractura quæ, versuum ordine turbato, difficultatis non nihil describenti peperit.

Edidit Böckhius[w] ex codd. Spanhemii[x] et Sherardi[y]; necnon Richterianis[z]. Nuper Fellowsius[a] ex propriis. In hisce inscriptionem habemus per novem versus dispertitam, in nostro per decem.

In v. 4. luculenter apparuit **HOYΛ**, necnon **AYT** cum indicio subobscuro literæ seq. **O**. Exinde dedi **AYTOKPATOPOΣ**. Abest a ceteris. In v. 7. habet Fellows. **KYINTI**, Böckh. **KYINT**. Dein Fell. **MONATIOΣ** et **HΓEION**, quæ recte Böckh. Hic, in fine, **TO**, quod mihi non constabat. In v. 8. med. Fell. **TON**, quod et Böckh. adjecto **TAHTHCTPA** a Sherardiano, quod a vero omnino alienum. Exstitit intervallum quod in minusculis supplevi.

XLVII. d.

Commemorantur in hoc titulo qui honorificus est, a Senatu, Populo, Gerusia, et Juventute profectus, Attali cujusdam merita.

Descripsi de muro prope amphitheatrum, orientem versus. Nihil quod tempus definiat inest.

Edidit Böckh.[b] ex collatis apographis Sherardi[c] et Spanhemii[d]

[w] Ubi sup. p. 499. n. 2744.

[x] Cod. n. 8.

[y] Cod. p. 20. a Müllero descript.

[z] Itin. p. 595. n. 46. Conf. Franck. ubi sup. p. 423. n. 73.

[a] Ubi sup. p. 304. n. 18.

[b] Ubi sup. p. 516. n. 2781.

[c] Cod. p. 2. Ask. I. 1.

[d] Cod. n. 10.

Fellowsius quoque ex descriptione propria[e]. Cum invicem quadrant apographa dempto quod in v. 9. expresserunt ceteri ΦΙΛΟΔΟΞΙΩΝ, decepti nimirum a sulculo quodam fortuito in marmore.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹΚΑΙ
ΗΓΕΡΟΥϹΙΑΚΑΙΟΙΝΕΟΙ
ΕΤΕΙΜΗϹΑΝΑΤΤΑΛΟΝ
ΜΑΚΕΔΟΝΟϹΤΟΥΑΡΙϹΤΕ
ΟΥΤΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΠΟΛΛωΝΙΔΟΥΔΙΑΤΕ
ΤΗΝΙΔΙΑΝΑΡΕΤΗΝΚΑΙ
ΤΗΝΤωΝΠΡΟΓΟΝωΝΔΙΑ
ΤΕΦΙΛΟΔΟϹΙωΝΚΑΙΑΝΑ
ΘΗΜΑΤωΝΠΡΟϹΤΟΝΔΗ
ΜΟΝΕΥΝΟΙΑΝ

Ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος καὶ ἡ Γερουσία καὶ οἱ Νέοι ἐτίμησαν Ἄτταλον Μακεδόνος, τοῦ Ἀριστέου, τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀπολλωνίδου, διά τε τὴν ἰδίαν ἀρετήν, καὶ τὴν τῶν προγόνων, διά τε φιλοδοσίων καὶ ἀναθημάτων πρὸς τὸν Δῆμον εὔνοιαν.

XLVIII. e.

Titulus a Senatu municipali profectus in honorem Menandri, œconomi ejus filii, qui in pancratio puerorum eximie se gesserat, ludo Philemonieo edito a Neopœis Aphrodites. Ornabat basem statuæ quæ ex proventibus agrorum senatoriorum, curante Euelpisto bularcha, posita erat ad memoriam insignis viri conservandam.

De tituli ætate conjecturam capere possis ex nominibus Antonio et Aurelio obv. in vv. 14. 26. quorum prius ad Gordianos pertinet, ut dicetur infra in titulo Pergæo[f], n. CCXXIX.

[e] Ubi sup. n. 32. p. 324.

[f] Vid. Eckhel. *D. V. N.* vol. VII. p. 303.

ΔΡΟ..ΤΟΥΜ........
ΥΙΟΝΜΕΝΑΝ
ΔΡΟΥΤΟΥΟΙΚΟ
ΝΟΜΟΥΑΥΤΗΣ
ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΝ
ΠΑΙΔΩΝΠΑΝ
~ ΚΡΑΤΙΟΝ ~
ΕΝΔΟΞΩΣΤΟΝΕ
ΠΙΤΕΤΕΛΕΣΜΕ
ΝΟΝΑΓΩΝΑΦΙ
ΛΗΜΟΝΙΗΟΝΥ
ΠΟΤΩΝΠΕΡΙΤΟΝ
ΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΝ
ΑΝΤΚΆΡΠΑΓΕ
ΛΑΟΝΑΡΧΙΝΕΩ
ΠΟΙΟΝΝΕΩΠΟΙ
ΩΝΤΗΣΕΠΙΦΑΝΕ
ΣΤΑΤΗΣΘΕΟΥ
~ ΑΦΡΟΔΕΙΤΗΣ ~
ΤΗΣΑΝΑΣΤΑΣΕ
ΩΣΤΟΥΑΝΔΡΙΑΝ
ΤΟΣΓΕΓΕΝΗΜΕ
ΝΗΣΕΚΤΩΝΠΡΟΣ
ΟΔΩΝΠΑΣΗΣΤΗΣ
~ ΒΟΥΛΗΣ ~
ΔΙΑΑΝΤΆΥΡΕΥ
ΕΛΠΙΣΤΟΥΤΟΥ
~ ΒΟΥΛΑΡΧΟΥ ~
ΟΣΤΙΣΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΕΣΤΕΦΘΗΝΕΙΚΗΣΑΣ
ΚΑΙΤΟΝΑΓΩΝΑΚΑΘΩΣ
ΚΑΙΔΙΑΤΟΥΕΤΕΡΟΥΑΝ
ΔΡΙΑΝΤΟΣΤΟΥΑΥΤΟΥ
ΠΡΟΑΥΤΟΥΕΣΤΩΤΟΣ
~ Δ..ΟΥΤΑΙ ~

('Η Βουλὴ ἐτίμησε) Μένανδρον (β', γ', vel sim.) *τοῦ Μενάνδρου, υἱὸν Μενάνδρου τοῦ οἰκονόμου αὐτῆς, ἀγωνισάμενον παίδων παγκράτιον ἐνδόξως τὸν ἐπιτετελεσμένον ἀγῶνα Φιλημονίηον ὑπὸ τῶν περὶ τὸν ἀξιολογώτατον Ἀντώνιον Καρμίνιον Ποπλίου Ἀγελαον, Ἀρχινεωποιὸν νεωποιῶν τῆς ἐπιφανεστάτης θεοῦ Ἀφροδίτης· τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος γεγενημένης ἐκ τῶν προσόδων πάσης τῆς Βουλῆς διὰ Ἀντωνίου Αὐρηλίου Εὐελπίστου τοῦ Βουλάρχου.*

Ὅστις Μένανδρος ἐστέφθη νικήσας καὶ τὸν ἀγῶνα καθὼς καὶ διὰ τοῦ ἑτέρου ἀνδριάντος τοῦ αὐτοῦ, πρὸ αὐτοῦ ἑστῶτος, δηλοῦται.

Ex lapide ipso, qui inter cimelia Borrelliana asservatur, descriptum edo. Præiverat Böckhius[8] duplice apographo ei a Gerhardo misso usus. Expressit v. d. v. 1., **ΑΡΟ . . . ΤΟΥ. Μ.** et in vv. 14. s. habet **ΑΓΕΛΑΟΝ**, nomen sane Aphrodisiense, vice cujus Borrell. **ΑΓΕΛΛΟΝ.** In v. ult. **Λ. . ΟΥΤΑΙ.**

Commemoratur in vv. 29–35. victoria ab insigni viro reportata in certamine (credo, Philemonieo) ob quam et alteram statuam meruerat. Hanc, etsi in ordine temporis posteriorem, prius positam fuisse edocemur in v. penult. In v. 33. *τοῦ αὐτοῦ* vertendum est *ejusdem*, sc. Menandri, quod expresserunt Attici *ταὐτοῦ*.

XLIX. f.

Titulus honorificus basem statuæ ornaverat quæ in honorem cujusdam a patre ejus Cratero fuerat posita ob præmia in stadio puerorum, actis (ut in titulo superiore) ludis Philemonieis, reportata.

Ætatem conjeceris ex nomine Aurelio, quod (archineopœi?) refertur in v. 11.

[8] Ubi sup. p. 527. n. 2811.

Inscriptionis hujusce apographum nuper mihi contigit videre Borrellianum in quo obviæ discrepantiæ; sc. in v. 2. **ΤΟ.** in 6. **ΤΕΤΡΑΕΤΕΡΙΔΟΣ.** in 7. **ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΗΩΝ**, quod satis probum. In 12. **ΣΗΛΟΥ.**

. . . .
ΠΑΙΔΩΝΣΤΑΔΙ
ΟΝΤΩΕΠΙΤΕΛΕ
ΣΘΕΝΤΙΑΓΩΝΙ
ΤΗΣΠΕΝΤΕ
ΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ
ΤΕΤΡΑΕΤΗΡΙΔΟΣ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ
ΦΙΛΗΜΟΝΙΗΩΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝ
ΤΩΝΤΩΝΠΕΡΙ
ΙΟΥΛΙΟΝΑΥΡΗΛΙ
ΟΝΖΗΛΟΥΑΡΧΙ
ΕΡΕΩΣΥΙΟΝΧΑ
ΡΙΔΗΜΟΝΝΕΩ
ΠΟΙΩΝΤΗΝΔΕΑ
ΝΑΣΤΑΣΙΝΤΟΥ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣ
ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥΚΡΑΤΕ
ΡΟΥΠΑΤΡΟΣ
ΑΥΤΟΥ

'Η Βουλὴ ἐτίμησεν τὸν δεῖνα, υἱὸν τοῦ Κρατεροῦ, νικήσαντα ἐνδόξως παίδων στάδιον τῷ ἐπιτελεσθέντι ἀγῶνι τῆς πεντεκαιδεκάτης τετραετηρίδος Ἀφροδισιέων Φιλημονιήων· ἀγωνοθετούντων τῶν περὶ Ἰούλιον Αὐρήλιον, Ζήλου ἀρχιερέως υἱόν, Χαρίδημον νεωποιῶν, τὴν δὲ ἀνάστασιν τοῦ ἀνδριάντος ποιησαμένου Ἰουλίου Κρατεροῦ πατρὸς αὐτοῦ.

L. g.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙ
ΜΗΣΑΝΚΑΙΜΕΤΗΛΛΑΧΧΥΙ
ΑΝΚΛΑΥΔΙΑΝΚΛΑΥΔΙΟΥΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΥΑΡΧΙΕΡΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΤΡΥΦΩΣΑΝΠΑΥΛΕΙΝΑΝΑΡΧΙ
ΕΡΕΙΑΝΔΙΑΤΗΝΤΟΥΠΑΤΡΟΣ
ΚΑΙΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝΑΥΤΗΣΕΙΣ
ΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΕΝΠΑΣΙΦΙΛΟΤΕΙ
ΜΙΑΝΚΑΙΔΙΑΤΗΝΕΑΥΤΗΣΚΟΣ
ΜΙΟΤΗΤΑΚΑΛΛΕΙΔΙΕΝΕΝΚΟΥ
ΣΑΝΚΑΙΤΕΛΕΥΤΗΣΑΣΑΝΠΑΡ
ΘΕΝΟΝΕΤΙ

Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ* Δῆμος *ἐτίμησαν, καὶ μετηλλαχυῖαν,* Κλαυδίαν Κλαυδίου Ἀπολλωνίου, *ἀρχιερέως, θυγατέρα* Τρυφῶσαν Παυλῖναν, *ἀρχιέρειαν, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῶν προγόνων αὐτῆς εἰς τὴν πατρίδα ἐν πᾶσι φιλοτιμίαν, καὶ διὰ τὴν ἑαυτῆς κοσμιότητα, κάλλει διενεγκοῦσαν, καὶ τελευτήσασαν παρθένον ἔτι.*

Marmor recitat honorem Paulinæ, summæ sacerdoti, factum a Senatu et Populo, quæ decesserat existimationem merita propter mores ejus honestos, patrisque Apollonii et avorum in patriam studia.

Ætatem tituli Claudiorum fuisse possis conjicere ex v. 3.

Apographum habui ex mœnibus euronotum versus. Ediderat Böckhius[h] ex schedis Sherardi[i] et Spanhemii[k]. Fellowsius[l] quoque ex propriis.

Video in v. 6. Fell. ΕΡΙΑΝ. In 9. Bö. et Fell. ΜΕΙΑΝ. In 10. Bö. ΑΙΕΝΕΝΡΟΥ, qui vv. 3. 4. distribuit ΚΛΑΥΔΙΟΥ=ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ.

[h] Ubi sup. p. 530. n. 2819.

[i] Cod. Ask. I. 9.

[k] Cod. n. 49.

[l] Discoveries, etc. p. 39. n. 23.

LI. h. i.

h. ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΚΑΙΜΕΤΗΛΛΑΧΧΟΤΑΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΝΖΗΣΑΝ
ΤΑΚΟΣΜΙΩΣΑΝΔΡΑΠΕΡΙΤΑΚΟΙΝΑΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣΦΙΛΟΤΕΙΜΟΝΕΝΤΕΑΡΧΑΙΣ
ΚΑΙΥΠΟΣΧΕΣΕΣΙΝΚΑΙΕΡΓΕΠΙΣΤΑΣΙΑΙΣ
ΚΑΙΤΑΙΣΛΟΙΠΑΙΣΕΙΣΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ
ΥΠΕΙΡΕΣΙΑΙΣΠΡΟΘΥΜΟΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝ

i. ΚΑΙΜΕΤΗ....ΥΙ..
ΤΑΙΣΑΞΙΑΙΣΚΑΙΠΡΕΠΟΥ
ΣΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣΝΕΑΙΡΑΝΜΕ
ΝΕΚΛΕΟΥΣΑΜΜΙΑΝΓΥΝΑΙ
ΚΑΓΕΝΟΜΕΝΗΝΜΗΤΡΟΔΩ
ΡΟΥΤΟΥΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΥΖΗΣΑΣΑΝΚΟΣΜΙΩΣ
ΚΑΙΣΩΦΡΟΝΩΣ

h. Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ* Δῆμος *ἐτίμησεν, καὶ μετηλλαχότα,* Μητρόδωρον Μητροδώρου Δημήτριον, *ζήσαντα κοσμίως ἄνδρα, περὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως φιλότιμον, ἔν τε ἀρχαῖς καὶ ὑποσχέσεσιν καὶ ἐργεπιστασίαις καὶ ταῖς λοιπαῖς εἰς τὴν πατρίδα ὑπειρεσίαις*
i. *πρόθυμον γενόμενον.* (Ὡσαύτως,) *καὶ μετηλλαχυῖαν, ταῖς ἀξίαις καὶ πρεπούσαις τιμαῖς,* Νέαιραν Μενεκλέους Ἀμμίαν, *γυναῖκα γενόμενην* Μητροδώρου τοῦ Μητροδώρου Δημητρίου, *ζήσασαν κοσμίως καὶ σωφρόνως.*

Descriptos habui titulos *h* et *i* de marmore in murum interiorem illato juxta portam orientalem ad dextram egressuris. Jacebat marmor *i* ad lævam alterius. Sepulcralia fuerunt quæ et honoraria, laudibus nimirum recitatis tum viri tum conjugis ejus, Metro-

dori Demetrii et Neæræ Ammiæ, idque ex decreto Senatus et Populi Aphrodisiensium.

Sejunxit ab invicem titulos Fellowsius[m]: ampliore intervallo Böckhius[n], qui a Sherardianis[o] hausit.

Discrepant lectt. In v. 2. *h.* Bö. **ΜΕΤΗΛΛΑΧΟΤΑ.** In 3. **ΖΗΣΗΝ.** In 4. **ΚΟΙΚΑ.** In 8. (consentiente Fellows.) **ΥΠΗΡΕΣΙΑΙΣ.** Dein, in 1. *i,* . . . . **ΑΜΕΤΑ** . . . . **ΑΙ.** Propiora vero Fellows. In 3. **ΝΕΑΙΡΑΝΕ.** In 5. **ΜΕΤΡΟΔΟ,** et pariter in 6. In 7. **ΖΗΣΗΣΑΝ.** In 8. **ΣΟΦΡΟΝΩΣ.**

LII. k.

. . . .

ΩΣΚΑΙΑΝΕΛΛΙΠΩΣΠΛΕΙΣΤΑΠΑΡΕΣΧΗ
ΜΕΝΟΝΤΗΠΑΤΡΙΔΙΦΕΡΕΙΝΑΝΘΡΩΠΙΝΩΣ
ΤΗΝΣΥΝΒΕΒΗΚΥΙΑΝΣΥΝΦΟΡΑΝΠΕΡΙΤΩ
ΤΕΚΝΩΑΥΤΟΥΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΤΩΔΗΜΩΤΕΤΕΙΜΗΣΘΑΙΜΕΝΖΗΝΩΝΑ
ΚΑΛΛΙΟΥΤΟΥΖΗΝΩΝΟΣΤΟΥΕΥΔΑΜΟΥ
ΚΑΙΜΕΤΗΛΛΑΧΧΟΤΑΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΔΕ
ΑΥΤΟΥΚΑΙΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΚΑΙΑΓΑΛΜΑΤΑ
ΚΑΙΕΙΚΟΝΑΣΕΝΙΕΡΟΙΣΚΑΙΔΗΜΟΣΙΟΙΣΤΟ
ΠΟΙΣΥΠΟΚΑΛΛΙΟΥΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥ
ΠΑΡΑΜΕΜΥΘΗΣΘΑΙΔΕΚΑΙΑΠΦΙΑΝΕΥ
ΔΑΜΟΥΤΟΥΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΗΝΜΗ
ΤΕΡΑΤΟΥΖΗΝΩΝΟΣ

. . . .

φιλοτίμως καὶ ἀνελλιπῶς πλεῖστα παρεσχημένον τῇ πατρίδι φέρειν ἀνθρωπίνως τὴν συμβεβηκυῖαν συμφορὰν περὶ τῷ τέκνῳ αὐτοῦ· δεδόχθαι τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ τετιμῆσθαι μὲν Ζήνωνα Καλλίου

[m] Discoveries, etc. p. 323. nn. 30. 31.
[n] Ubi sup. pp. 516. 529. nn. 2779. 2816.
[o] Cod. pp. 27. s. cod. Ask. III. 5. 7.

τοῦ Ζήνωνος τοῦ Εὐδάμου, καὶ μετηλλαχότα, ἀνατεθῆναι δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντας καὶ ἀγάλματα καὶ εἰκόνας ἐν ἱεροῖς καὶ δημοσίοις τόποις ὑπὸ Καλλίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, παραμεμυθῆσθαι δὲ καὶ
'Απφίαν Εὐδάμου τοῦ Μητροδώρου τὴν μητέρα τοῦ Ζήνωνος.

Refert marmor decretum Senatus et Populi Aphrodisiensis de honoribus debitis Zenoni, filio Calliæ, tribuendis, necnon de parentibus ejus Callia et Appia in morte immatura filii consolandis.

Ætas tituli incerta est. Descripsi de mœnium facie meridiali, ubi et paulo ante Fellowsius[p]. Ex illo desumpsit Böckhius[q].

Discrepant lectt. Fellows. in v. 1. **ΟΩΚΑ.** in 2. **ΕΗ.** in 3. **ΕΣΠΡΩ.** in 7. **ΜΕΤΗΛΛΑΚΧΟΤΑ.** in 9. **ΙΕΡΟΙΣΗ.** in 11. **ΠΑΡΜΕΜΥΘΗΣΘΑΙ.** In exordio supplevit Böckh; Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ὁ δεῖνα εἶπεν· Ἐπειδὴ Ζήνων Καλλίου τοῦ Ζήνωνος τοῦ Εὐδάμου τὴν ἀναστροφὴν πεποίηται ἐνάρετον, προσήκει δὲ παραμυθεῖσθαι τὸν πατέρα αὐτοῦ - - - - - ἀγαθῷ? καὶ ἀνελλιπῶς κ. τ. λ.

LIII. 1.

Titulus commemorat mortem Calliæ, fratris illius, qui antea decesserat, Zenonis; mores laudat, honores decernit, necnon epigrammata sepulchri honorifica. Dein parentes C. et A. fratremque superstitem Eudamum hortatione excipit ut tristem casum humaniter ferant.

Descriptum habui indidem. Fellowsius[r] quoque, qui in Appendice titulorum edidit: ex illo Böckh.[s] Variant lectt. in v. 1. ubi Fellows. **ΜΕΠ . . . . ΙΩΣΟΑΤ.** In 4. pr. **ΤΗΝ.** In 10. **ΛΟΑΣ ΚΑΙΠΡΕ** etc. ubi pro **ΛΟΑΣ** reponit Böckh. in minusculis ἀξίας ex tit. LIV. 12. Propius verum credo quod dedi, deceptum-

[p] Ubi sup. p. 316. n. 24.
[q] Addend. p. 1110. n. 2775. *b*.
[r] Vide p. 317. nn. 25. 26.
[s] Addend. p. 1110. n. 2775. *c*.

que marmorarium specie literarum quæ præeunt insculpsisse **ΑΘΑΣ** pro **ΑΓΑΘΑΣ**.

. . . .
ΚΑΙΜΕΤ. . . . . ΜΗΣΘΑΙ
ΚΑΛΛΙΑΝΚ. . Λ. . ΥΤΟΥΖΗΝΩΝΟΣΤΟΥ
ΕΥΔΑΜΟΥΝΕΑΝΙΑΝΚΑΛΟΝΚΑΙΑΓΑΘΟΝ
ΚΑΙΑΝΑΣΤΡΟΦΗΝΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΝΕΝΑΡΕΤΟΝ
ΚΑΙΠΑΝΤΟΣΕΠΑΙΝΟΥΑΞΙΑΝΤΑΙΣΚΑΛΛΙΣ
ΤΑΙΣΚΑΙΜΕΓΙΣΤΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙ
ΔΕΑΥΤΟΥΚΑΙΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΚΑΙΑΓΑΛΜΑΤΑ
ΚΑΙΕΙΚΟΝΑΣΓΡΑΠΤΑΣΕΝΟΠΛΟΙΣΕΠΙΧΡΥ
ΣΟΙΣΕΝΙΕΡΟΙΣΚΑΙΔΗΜΟΣΙΟΙΣΤΟΠΟΙΣΕΦΩΝ
ΚΑΙΕΠΙΓΡΑΦΗΝΑΙΤΑΣΑΘΑΣΚΑΙΠΡΕΠΟΥ
ΣΑΣΚΑΙΑΝΑΛΟΓΟΥΣΑΣΤΩΓΕΝΕΙΚΑΙΤΗΠΕΡΙ
ΤΟΝΒΙΟΝΑΥΤΟΥΑΝΑΣΤΡΟΦΗΤΕΙΜΑΣΕΠΙ
ΓΡΑΦΗΝΑΙΔΕΚΑΙΕΠΙΤΟΥΜΝΗΜΕΙΟΥΕΝΩΤΕ
ΘΑΠΤΑΙΚΑΙΖΗΝΩΝΟΑΔΕΛΦΟΣΑΥΤΟΥ
ΤΑΣΑΞΙΑΣΕΠΙΓΡΑΦΑΣΑΥΤΟΥΠΑΡΑΜΕΜΥΘΗΣ
ΘΑΙΔΕΚΑΛΛΙΑΝΖΗΝΩΝΟΣΤΟΥΕΥΔΑΜΟΥ
ΚΑΙΑΠΦΙΑΝΕΥΔΑΜΟΥΤΟΥΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥΣΓΟΝΕΙΣΑΥΤΟΥΚΑΙΕΥΔΑΜΟΝΚΑΛΛΙ
ΟΥΤΟΥΖΗΝΩΝΟΣΤΟΝΑΔΕΛΦΟΝΑΥΤΟΥ
ΦΕΡΕΙΝΑΝΘΡΩΠΙΝΩΣΤΟΣΥΝΒΕΒΗΚΟΣ
ΑΤΥΧΗΜΑ

. . . .

Δεδόχθαι τῇ Βουλῇ *καὶ τῷ* Δήμῳ, *καὶ μετηλλαχότα, τετιμῆσθαι* Καλλίαν Καλλίου, *τοῦ* Ζήνωνος, *τοῦ* Εὐδάμου, *νεανίαν καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἀναστοφὴν πεποιημένον ἐνάρετον καὶ παντὸς ἐπαίνου ἀξίαν, ταῖς καλλίσταις καί μεγίσταις τιμαῖς, ἀνατεθῆναι δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντας καὶ ἀγάλματα καὶ εἰκόνας γραπτὰς ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις ἐν ἱεροῖς καὶ δημοσίοις τόποις, ἐφ' ὧν καὶ ἐπιγραφῆναι*

τὰς ἀγαθὰς καὶ πρεπούσας καὶ ἀναλογούσας τῷ γένει καὶ τῇ περὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἀναστροφῇ τιμάς· ἐπιγραφῆναι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μνημείου ἐν ᾧ τέθαπται καὶ Ζήνων, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τὰς ἀξίας ἐπιγραφὰς αὐτοῦ· παραμεμυθῆσθαι δὲ Καλλίαν Ζήνωνος, τοῦ Εὐδάμου, καὶ Ἀπφίαν Εὐδάμου, τοῦ Μητροδώρου, τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, καὶ Εὔδαμον Καλλίου, τοῦ Ζήνωνος, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, φέρειν ἀνθρωπίνως τὸ συμβεβηκὸς ἀτύχημα.

LIV. m.

. . . .
. . . ΗΛ. . ΧΧΟΤΑΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΒΟ. . ΗΚΑΙ
ΤΩΔΗΜΩΤΕΤΕΙΜΗΣΘΑΙΚΑΙΜΕΤΗΛΛΑΧ
ΧΟΤΑΕΥΔΑΜΟΝΚΑΛΛΙΟΥΤΟΥΖΗΝΩ
ΝΟΣΤΟΥΕΥΔΑΜΟΥΝΕΑΝΙΑΝΚΑΛΟΝ
ΚΑΙΑΓΑΘΟΝΖΗΣΑΝΤΑΚΟΣΜΙΩΣΚΑΙΣΩ
ΦΡΟΝΩΣΚΑΙΠΡΟΣΥΠΟΔΕΙΓΜΑΑΡΕΤΗΣ
ΤΑΙΣΚΑΛΛΙΣΤΑΙΣΚΑΙΜΕΓΙΣΤΑΙΣΚΑΙΑΞΙ
ΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΔΕΑΥΤΟΥΚΑΙ
ΕΙΚΟΝΑΣΓΡΑΠΤΑΣΕΝΟΠΛΟΙΣΕΠΙΧΡΥ
ΣΟΙΣΚΑΙΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΚΑΙΑΓΑΛΜΑΤΑ
ΕΝΙΕΡΟΙΣΚΑΙΔΗΜΟΣΙΟΙΣΤΟΠΟΙΣΕ
ΦΩΝΚΑΙΕΠΙΓΡΑΦΗΝΑΙΤΑΣΑΞΙΑΣΚΑΙΑ
ΝΑΛΟΓΟΥΣΑΣΤΩΓΕΝΕΙΑΥΤΟΥΤΕΙΜΑΣ
ΕΠΙΓΡΑΦΗΝΑΙΔΕΑΥΤΟΥΤΑΣΤΕΙΜΑΣ
ΚΑΙΕΠΙΤΟΥΜΝΗΜΕΙΟΥΕΝΩΚΕΚΗΔΕΥ
ΤΑΙΠΑΡΑΜΕΜΥΘΗΣΘΑΙΔΕΚΑΛΛΙΑΝΖΗ
ΝΩΝΟΣΤΟΥΕΥΔΑΜΟΥΚΑΙΑΠΦΙΑΝΕΥΔΑ
ΜΟΥΤΟΥΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΟΥΣΓΟΝΕΙΣΑΥ
ΤΟΥ. . ΡΕΙΝΑΝΘΡΩΠΙΝΩΣΤΑΣΣΥΝΒΕΒΗ
ΚΥΙΑΣΣΥΝΦΟΡΑΣΕΠΙΤΟΙΣΤΕ
ΑΝΔΡΙΑΣΙΝΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΠΙΔΕ
ΛΩ. . . . . . . ΗΣΑΜΕΝΟΥΜΗΤΡ

. . . .

καὶ μετηλλαχότα· Δεδόχθαι τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ τετιμῆσθαι, καὶ μετηλλαχότα, Εὔδαμον Καλλίου, τοῦ Ζήνωνος, τοῦ Εὐδάμου, νεανίαν καλὸν καὶ ἀγαθόν, ζήσαντα κοσμίως καὶ σωφρόνως καὶ πρὸς ὑπόδειγμα ἀρετῆς, ταῖς καλλίσταις καὶ μεγίσταις καὶ ἀξίαις τιμαῖς, ανατεθῆναι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνας γραπτὰς ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις καὶ ἀνδριάντας καὶ ἀγάλματα ἐν ἱεροῖς καὶ δημοσίοις τόποις, ἐφ᾽ ὧν καὶ ἐπιγραφῆναι τὰς ἀξίας καὶ ἀναλογούσας τῷ γένει αὐτοῦ τιμάς, ἐπιγραφῆναι δὲ αὐτοῦ τὰς τιμὰς καὶ ἐπὶ τοῦ μνημείου ἐν ᾧ κεκήδευται, παραμεμυθῆσθαι δὲ Καλλίαν Ζήνωνος, τοῦ Εὐδάμου, καὶ Ἀπφίαν Εὐδάμου, τοῦ Μητροδώρου, τοὺς γονεῖς αὐτοῦ φέρειν ἀνθρωπίνως τὰς συμβεβηκυίας συμφορὰς ἐπὶ τοῖς τέκνοις, τοῖς δὲ ἀνδριάσιν τὸ ψήφισμα ἐπιδεδηλῶσθαι· εἰσηγησαμένου Μητροδώρου·

Eudami, solius ex fratribus qui fuerat superstes, mortis hic titulus (quem indidem descripsi) meminit. Ad eandem normam cum ceteris, qui præcedunt, contexitur.

Edidit Fellowsius[t]; deinde, secundum exemplar ejus, Böckhius[u]. In v. 1. fin. discerptæ magis quam marmoris sorti convenit traduntur lectiones. In 2. pr. **ΔΙΧΩ.** in fine, **ΜΕΤΗΛΛΑΚ.** In 19. **ΣΥΜΒ**, etc. pariterque in 20. **ΣΥΜΦ.** In 21. init. **ΛΝ.** In 22. init. **ΔΟ.** dein, in fine, **ΗΗΤΡ**. Literarum species erant in hac parte subobscuræ.

LV. n.

Fragmentum decreti laudes Aristoclis junioris, qui decesserat, celebrantis propter vitam graviter et decore actam, solatiumque patri adhibendum statuentis.

Edidit Böckhius[v] secundum exemplar Sherardianum[w]: Fellow-

[t] Ubi sup. p. 320. n. 27.
[u] Ubi sup. p. 1111. n. 2775. *d.*
[v] C. I. vol. II. p. 515. n. 2776.
[w] Cod. p. 13. Ask. I. 31.

sius[x], ex propriis. Variæ ll. sunt; Bö. in v. 1. **ΤΟΥΤΟΥ . Ν . ΟΥ.** quæ Fell. **ΙΟΥΙΟΙΙΥΝΙΟΥΙΟ . . . . ΖΙΟ.** Erant sane in hac parte marmoris litteræ evanidis similes; hinc mea propono, ingenio magis quam oculis fretus. In v. 5. mecum conspirat Fellows. Böckhius vero **ΑΠΟΒΟΥΛΗΣ**, cum omissione eorum quæ præeunt, **ΠΑΡΑΜΥ-ΘΕΙΣΘΑΙ — ΦΙΛΤΑΤΩΝ.** In 6. Bö. **ΜΕΤΙΛΛΑΧΟΤΑ**, ubi Fell. suo more **ΚΧ.** In 7. Bö. **ΚΕΛΑ** (hoc et Fellows.) **ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΟΥΣ.** In 8. Bö. **ΘΗΣΑΣΤΑΙ.** et in 9. **ΣΥΜΦ**, etc. Ibidem Fellows. **ΤΟΥΤΟ.** Idem in 11. **ΜΙΟΥΔΙΟΣ.** et in fine, **ΓΠΑΜΜ.**

Expressi hunc titulum ex facie exteriore muri occidentalis, ad lævam portæ quæ memoratur supra in arg. tit. XLVI.

. . . .
. ΟΥ . . . . Υ . . Ν . Ο . . . ΖΗ . Ω
ΗΘΕΙΚΑΙΣΕΜΝΟΤΗΤΙΒΙΟΥΥΠΕ
ΤΕΤΕΛΕΥΤΗΚΕΝΠΡΟΣΗΚΕΙΔ
ΛΕΥΤΗΚΟΤΩΝΠΑΡΑΜΥΘΕΙΣΘΑΙ
ΦΙΛΤΑΤΩΝΑΠΟΒΟΛΗΣΔΙΑΤΑΥ
ΘΑΙΜΕΝΚΑΙΜΕΤΗΛΛΑΧΧΟΤΑΤΑ
ΚΛΕΑΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥΖΗΝΩ
ΘΗΣΑΣΘΑΙΔΕΤΟΝΠΑΤΕΡΑΑΥΤ
ΤΗΣΤΥΧΗΣΣΥΝΦΟΡΑΙΣΤΑΙΣΤΕ
ΓΟΝΕΥΣΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΟΥΓΟ
ΜΙΘΥΛΙΟΣΠΥΡΡΟΥΓΡΑΜΜΑ

Ἔδοξε τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ, ὁ δεῖνα εἶπεν· Ἐπειδὴ Ἀριστοκλῆς Ἀριστοκλέους υἱός, υἱωνὸς τοῦ Ζήνωνος, ἤθει καὶ σεμνότητι βίου ὑπερφερὴς τετελεύτηκεν, προσήκει δὲ τῶν τετελευτηκότων παραμυθεῖσθαι τοὺς γονεῖς περὶ τῆς τῶν φιλτάτων ἀποβολῆς· Διὰ ταῦτα δεδόχθαι, τετιμῆσθαι μέν, καὶ μετηλλαχότα, ταῖς καλλίσταις τιμαῖς Ἀριστοκλέα Ἀριστοκλέους, τοῦ Ζήνωνος, παραμυθήσασθαι δὲ τὸν

[x] Append. A. p. 321. n. 28.

πατέρα αὐτοῦ ἐν ταῖς τῆς τύχης συμφοραῖς ταῖς τὲ δυσπραξίαις. Γονεὺς Μητροδώρου, τοῦ Γονέως - - - - - - - - Μιθύλιος Πύῤῥου, Γραμματεύς.

LVI. o.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΣΩΚΡΑΤΗΝΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥΑΝΔΡΑ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝΚΑΛΟΝΚΑΙΑΓΑΘΟΝ

Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ* Δῆμος *ἐτίμησαν* Σωκράτην Θεοφράστου, *ἄνδρα γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθόν.*

Titulus honorarius a Senatu et Populo profectus. Socrates quidam de popularibus suis laudes meruerat honestatis et virtutis. Aetas incerta.

Descripsi de muro occidentali. Editum video inter Böckhiana[y] ex apographis Sherardi[z] et Spanhemii[a]. A Fellowsio[b] quoque, ex propriis. Omiserant priores versum ultimum quem supplevit Fell. **ΕΣΜ . . ΜΟΝΚΑΛΟΝΚΑΙΑΓΑΘ . .** ubi recte Wienerus **ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ.**

LVII. p.

ΗΠΑΤΡΙΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛ
ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΚΑΠΕΤΩΛΕΙ
ΝΟΥΥΟΝ
ΚΤΗΣΙΑΝ
ΤΟΝΡΗΤΟΡΑ

[y] Ubi sup. p. 516. n. 2780.
[z] Cod. p. 9. Ask. I. 7.
[a] Cod. n. 16.
[b] Ubi sup. p. 326. n. 35.

Ἡ πατρὶς Τιβέριον Κλαύδιον Αὐρήλιον, Τίβερίου Κλαυδίου Καπετωλίνου υἱόν, Κτησίαν, τὸν ῥήτορα.

Titulus honorem (fortasse erectionem statuæ) Ctesiæ cuidam, rhetori, a civitate tributum memorat. Ex nomine in v. 3. de ætate Aureliorum (Marci fortasse) cogitaveris.

Eddierunt Böckhius[c] (ex cod. Sherardiano[d]), Fellowsius[e] ex proprio. Sola discrepantia est in v. 6. ubi Fell. **ΚΑΠΙΤΩΛΙΝΟΥ.** Rectius Böckh. **ΛΕΙ.**

LVIII. q.

**ΚΛΑΥΔΙΑΝ
ΑΝΤΩΝΙΑΝ
ΤΑΤΙΑΝΗΝ
ΤΗΝΚΡΑΤΙΣ
ΤΗΝΑΝΕΨΙ
ΑΝΚΛΑΥΔΙ
ΩΝΔΙΟΓΕ
ΝΟΥΣΚΑΙΑΤ
ΤΑΛΟΥΣΥΝ
ΚΛΗΤΙΚΩΝ
ΤΗΝΕΝΠΑ
ΣΙΝΕΚΠΡΟ
ΓΟΝΩΝΕΥ
ΕΡΓΕΤΗΝΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣ
ΤΗΣΑΝΑΣΤΑ
ΣΕΩΣΤΟΥΑΝ
ΔΡΙΑΝΤΟΣΕΠΙ
ΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ
ΤΙ· ΚΛ· ΚΑ
ΠΕΤΩΛΕΙΝΟΥ**

[c] Ubi sup. p. 524. n. 2797.
Cod. p. 28. · Ask. III. 3.
[e] Ubi sup. p. 322. n. 29.

Κλαυδίαν Ἀντωνίαν Τατιανήν, τὴν κρατίστην ἀνεψίαν Κλαυδίων, Διογένους καὶ Ἀττάλου, συγκλητικῶν, τὴν ἐν πᾶσιν ἐκ προγόνων εὐεργέτην τῆς πόλεως. Τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος ἐπιμεληθέντος Τιβερίου Κλαυδίου Καπιτωλίνου.

Titulus ornavit basem statuæ et contextus fuerat in honorem feminæ nobilis Tatianæ quæ laudem φιλοπάτριδος meruerat, virtutis avorum æmula. Curator operis (ut credo, a civitate profecti) erat Capitolinus ille qui in titulo præeunte memoratur.

Ætatem Aurelios præcessisse, ex nomine Capitolini plenius in tit. LXI. memorato, vix concesserim.

Descripsi secundum formas litterarum de basi quæ propius a muro, ubi plagam orientalem spectat, aberat.

Invenio inter copias Fellowsianas[f], unde transtulit Böckhius[g]. Contra fidem marmoris sunt, in v. 7. init. **ΟΥ.** in 10. **ΚΛΗΤΙΚΟΥ.** in 14. **ΕΡΓΕΤΙΝ** (satis tamen se commendante grammatica): in ult. **ΤΟΔΣΙΝΟ**, quod recte tractavit Böckhius.

LIX. r.

Titulus ex honorificis, in laudem Attali, qui ordinis senatorii fuerat amansque patriæ, conscriptus.

Transtuli, specie litterarum conservata, de marmore in mœnia, ubi orientem spectant, immisso. Credo basem fuisse statuæ in honorem civis eximii aliquando positæ.

Exstat titulus inter Fellowsianos[h], unde desumpsit Böckh.[i] Solæ discrepp. sunt, in v. 3. s. **ΔΟΜΕΤΕ . ΝΟΥ** et in 4. **ΑΣ . . ΣΑΡΧ .** de quo dubitandum reor.

[f] Ubi sup. p. 328. n. 38.
[g] Addend. p. 1115. n. 2819. *b*.
[h] Pag. 327. n. 37.
[i] Pag. 1111. n. 2781. *b*.

ΤΙΒΕΡΙΟΝ.ΛΑΥΔΙΟΝ
... ΚΙΟΥΑΝΤΩΝΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΔΟΜΕΤΕ
ΙΟΥΔΙΟΓΕΝΟΥΣΑΣ
.ΑΡΧΙΕΡΕΩΣΚΑΙ
ΝΟΜΟΘΕΤΟΥΥΙΟΝ
ΑΤΤΑΛΟΝΣΥΝΚΛΗ
ΤΙΚΟΝ°ΤΟΝΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΝΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣ

Τιβέριον Κλαύδιον, Λουκίου Ἀντωνίου Κλαυδίου Δομιτίου Διογένους, ἀσιαρχιερέως καὶ νομοθέτου, υἱόν, Ἄτταλον, συγκλητικόν, τὸν εὐεργέτην τῆς πατρίδος.

LX. s.

ΟΔΗΜΟΣ
ΜΥΩΝΑΑΓΕΛΑΟΥ
ΦΥΣΕΙΔΕΕΥΣΕΒΟΥΣ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ

Ὁ Δῆμος Μύωνα Ἀγελάου, φύσει δὲ Εὐσεβοῦς, Μένανδρον.

Titulus in honorem Myonis cujusdam, cui et Menandri nomen videtur adoptionis jure adscitum, a civitate profectus. Descripsi de lapide in facie muri orientalis.

Edidit Böckhius[k] secundum lectt. Sherardi[l], quæ fidei marmoris congruunt. Aliter Fellowsius[m], qui ex prava sua orthographia ΔΑΥΙΟΣ in v. 1. de dorismo quodam somniavit. Dein, in v. 2. obv. ΜΥΟΝΑ. Ætas tituli incerta est.

[k] Pag. 514. n. 2772.
[l] Cod. p. 28. Ask. III. 3.
[m] Pag. 325. n. 34.

LXI. t.

. . . .
ΤΟΝΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΝ
ΠΡΩΤΟΝΑΡΧΟΝΤΑΔΙΣ
ΤΑΜΙΑΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑ
ΔΗΜΟΥΔΙΣΑΡΧΙΝΕΩ
ΠΟΙΟΝΤΗΣΘΕΟΥΑΦΡΟ
ΔΕΙΤΗΣΠΟΛΛΑΚΙΣΑΓΟΡΑ
ΝΟΜΟΝΚΑΙΠΑΣΑΣΤΑΣ
ΜΕΓΙΣΤΑΣΑΡΧΑΣ. . .
ΤΕΛΕΣΑΝΤΑΚΑΙΕ. .
ΤΑΙΣΛΟΙΠΑΙΣΕΠ. .
ΔΟΣΕΣΙΝΧΡΗΣΙΜ. . Ρ
ΞΑΝΤΑΤΗΠΑΤΡΙΔΙ.ΥΝ
Γ.ΝΗΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛ. .
ΔΙΟΥΑΥΡΗΛ. . . Κ. . Ε
ΤΩΛΕΙΝΟ. . . . .

. . . .
τὸν ἀξιολογώτατον πρῶτον ἄρχοντα, δὶς ταμίαν, γραμματέα Δήμου, δὶς ἀρχινεωποιὸν τῆς θεοῦ Ἀφροδίτης, πολλάκις ἀγορανόμον, καὶ πάσας τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἐπιτελέσαντα, καὶ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς ἐπεκδόσεσιν χρήσιμα ἔρξαντα τῇ πατρίδι, συγγενῆ Τιβερίου Κλαυδίου Αὐρηλίου Καπιτωλίνου, ...

Titulus ex laudatoriis, a patria profectus, civem quemdam eximium commemorat qui archontis primi,. quæstoris (bis), scribæ populi, archineopœi templi Aphrodites (bis), ædilis sæpius, ceteraque præstantissima munera obierat, qui porro liberali sumptuum erogatione civitatem auxerat.

Descripsi secundum species litterarum de marmore, quondam basi statuæ, cui virgultis pæne obruto incidi dum iter a theatro ad

vicum *Gheyerah* facerem. Jacebat ad lævam. Mancus erat et in capite et fine ubi commemoratio facta est nominis, necnon senatus et populi. Illud fortasse erat alterutrius *συγκλητικῶν* qui cum Capitolino in tit. LVIII. referuntur. Ceterum de ætate possis eadem atque in isto conjicere. Inter edita non reperio.

LXII. u.

. . . .
ΕΤΕΙ . . . ΑΝΤΑΙ . ΚΑΛΛ
ΤΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΝΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΤΟΥΜΕΝΙΠΠΟΥΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥΔΗ
ΜΗΤΡΙΟΥΖΗΣΑΝΤΑ
ΚΟΣΜΙΩΣΚΑΙΠΡΟΣ
ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΑΡΕΤΗΣ

Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ* Δῆμος *ἐτίμησαν ταῖς καλλίσταις τιμαῖς* Διονύσιον Ἀρτεμιδώρου, *τοῦ* Μενίππου, *τοῦ* Διονυσίου, *τοῦ* Δημητρίου, *ζή-σαντα κοσμίως καὶ πρὸς ὑπόδειγμα ἀρετῆς.*

Titulus honorarius, in laudem Dionysii cujusdam, cujus prosapia usque ad abavum refertur, propter vitam sancte et decore actam, a civitate (opinor) profectus.

Ætas incerta est. Conjecturam capere possis ex nomine Menippo in v. 4. in nummo Juliæ Domnæ exstante[n], et, hac ratione, limitem habere, an. U. C. 946. P. C. 193. quum nempe maritus ejus Severus imperium capessivit[o].

Descripsi de lapide in muro orientali. Fellowsius quoque[p], cujus menda in v. 1. **ΕΤΗ . . . ΑΝΤΑΠΗΑΛ .**, lacunasque propalam est tractare.

[n] Vide Eckhel. vol. II. p. 577. *b.*
[o] Ibid. vol. VII. pp. 167. 194.
[p] Ubi sup. p. 325. n. 33.

LXIII. v.

ΠΟΠΛΙΟΝΑΙ
ΛΙΟΝΙΛΑΡΙΑ
ΝΟΝΙΠΠΙΚΟΝ
ΠΟΠΛΙΟΥΑΙ
ΛΙΟΥΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΑΝΟΥΠΡΕΙ
ΜΙΠΠΕΙΛΑΡΙΟΥ
ΥΙΟΝΠΟΠΛΙ
ΟΥΑΙΛΙΟΥ
ΙΛΑΡΙΑΝΟΥΥ
ΠΑΤΙΚΟΥΕΚ
ΓΟΝΟΝ·ΠΟΛ
ΛΩΝΣΥΝΚΛΗ
ΤΙΚΩΝ·ΚΑΙΥ
ΠΑΤΙΚΩΝΣΥΝ
ΓΕΝΗ
ΤΙΒΕΡΙΑΙΟΥΛΙ
Α·ΑΝΤΩΝΙΑΛΗ
ΤΩΙΣ·ΜΗΤΗΡΚΑΙ
ΜΑΜΜΗΣΥΝΚΛΗ
ΤΙΚΩΝΧΤΟΝ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ
ΥΙΟΝ

Πόπλιον Αἴλιον Ἱλαριανόν, ἱππικόν, Ποπλίου Αἰλίου Ἀπολλωνιανοῦ, πρειμιπειλαρίου, υἱόν, Ποπλίου Αἰλίου Ἱλαριανοῦ, ὑπατικοῦ, ἔκγονον, πολλῶν συγκλητικῶν καὶ ὑπατικῶν συγγενῆ, Τιβερία Ἰουλία Ἀντωνία Λητωΐς, μήτηρ καὶ μάμμη συγκλητικῶν, τὸν γλυκύτατον υἱόν.

Titulus commemorat erectionem statuæ per feminam nobilem

Letoidem in honorem filii ejus Hilariani, equestri ordine et gente spectatissima.

Descripsi, litterarum specie conservata, de basi jacente apud mœnium partes orientales qua vergebant ad meridiem. Fellowsium[q], qui ponit *occidentem*, situs fefellit. Propior vero Sherardus[r] apud Böckh.[s]

Refertur in v. 8. s. avum Hilariani gessisse nomen quod Hadriani fuit, idque, ni fallor, solenni consuetudine adulandi quam ubique est in his titulis conspicere. Limitem temporis hinc capias.

Lectionum discrepantiæ sunt, in v. 3. Bö. **ΙΠΠΙΚΟΥ** (quod in minusculis emendat.) in 6. fin. Bö. **ΠΡΙ.** in 10. s. Bö. **ΥΠΑΚΤΙΚΟΝ.** et in 14. s. **ΥΠΑΤΡΙΚΩΝ.** in 18. Fell. **ΑΝΤΟΝΙΑ.** dein Bö. **ΛΙΤΟΙΣ ΜΗΤΗΡΙΟ** (hic explico ligaturas): quibus adjunxit Fellows. **ΚΑΗΜΑΜΜΙ.** in v. 22. Bö. **ΓΛΥΚΟΤΑΤΟΝ.**

LXIV. w.	LXV. x.
ΔΙΟΓΕΝΗΝ	ΑΤΤΑΛΟΝ
ΑΤΤΑΛΟΣ	ΔΙΟΓΕΝΗΣ
ΤΟΝΑΔΕΛ	ΤΟΝΑΔΕΛ
⸀ ΦΟΝ ⸀	⸀ ΦΟΝ ⸀

w. *Διογένην Ἄτταλος, τὸν ἀδελφόν.*

x. *Ἄτταλον Διογένης, τὸν ἀδελφόν.*

LXIV. Titulus prædicat honorem, Attali munus, fratri ejus Diogeni tributum. Statua erat, ex basi cujus jacente prope murum qua parte notozephyrum spectat litterarum formas, insigni earum pulcritudine captus, descripsi.

Ediderat ex cod. Sherard.[t] Böckhius[u], ex proprio Fellowsius[v].

[q] Ubi sup. p. 329. n. 40.
[r] Cod. p. 8. Ask. I. 71.
[s] Ubi sup. p. 522. n. 2793.
[t] Cod. p. 28. Ask. III. 3. s.
[u] Pag. 526. n. 2805. *a.*
[v] Ubi sup. p. 329. n. 39.

LXV. Parem refert honorem Attalo Diogenes. Descriptus indidem.

Quæstio movetur (vid. Böckh.) de his saxis, utrum fuerint sepulcrales, necne, cui non bene respondet vir summus, veritate tamen perspecta; nam procul dubio bases erant. Formæ molesque hoc satis declarant.

Verosimile est hos fratres eosdem fuisse cum Attalo et Diogene in tit. supr. LVIII. 7–9. memoratis; proinde eadem conjectanda et in his titulis de ætate probabili. Nomen Attali plenum refertur in tit. LIX. qui fortasse et *Aurelius* audivit, ut Capitolinus, qui in titt. LVII. et LVIII. appellatur Tiberius Claudius, et in LXI. fin. Tib. Cl. Aurelius.

LXVI. y.

ΑΦΡΟΔΕΙΤΗΘΕΟΙΣΣΕΒΑΣΤΟΙΣΤΟ. . .
ΕΙ.ΝΧΚΑΙΤΑΑΝΑΛΗΜΜΑΤΑΑΡΙΣΤΟ
ΚΛΗΣΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΜΟΛΟΣΣΟΣΦΙΛΟ
ΔΟΞΟΣΚΑΙΦΙΛΟΠΟΛΙΣΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗ
ΣΑΝΧΤΟΣΕΡΜΑΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΚΑΤΑΤΑΣΜΟΛΟΣΣΟΥ
ΤΟΥΘΡΕΨΑΝΤΟΣΑΥΤΟΥΔΙΑΘΗΚΑΣ

Ἀφροδίτῃ, θεοῖς Σεβαστοῖς, τὸ λογεῖον καὶ τὰ ἀναλήμματα Ἀριστοκλῆς Ἀρτεμιδώρου Μολοσσός, φιλόδοξος καὶ φιλόπολις· ἐργεπιστατήσαντος Ἑρμᾶ Ἀριστοκλέους, τοῦ Ἀρτεμιδώρου, κατὰ τὰς Μολοσσοῦ τοῦ θρέψαντος αὐτοῦ διαθήκας.

Titulus prædicat dedicationem Aphroditæ divisque Augustis structionum quarundam (theatralium, ut reor) ab Aristocle Molosso, curatoris operum vices, secundum testamentum Molossi, præstante Herma.

Præfiguntur titulo (ex Sherardo, etc.) hæc Böckhii[w]; "Aphrodisiade, in muro castelli, ad orientem." Pro *castello* reponas *theatrum*, ut recte Fellowsius[x]. Ceterum, præter Sherardiana[y], contulit Böckh. et cod. Spanhemii[z] editaque a Sestino[a] et Fellowsio. Discrepantiæ in lectt. sunt, in v. 1. Bö. **ΤΟΙΣ**, ubi Fell. **ΤΩΙ**. In hac parte vestigia litt. fere omnino evanuerant. Sic in v. 2. init. ubi Bö. habet . . **Η** . . . . , Fell. **Η . ΙΧΙ.**[b] nempe post vocem, distinctionis ergo, vel fortasse ornamenti, posito Χ, ut supra in tit. LXIII. 21. Hoc et alibi observasse mihi videor, ut in titulo ultimo inter Pergæos. Dein, in v. 3. pr. Bö. **ΚΛΕΙΣ.** in 4. pr. **ΔΟΣΟΣ.** in 5. pr. Fell. **ΣΙΟΙΝΙΧΙΤΟΣ**, nescio unde illatum monstrum, nisi charta, qua usus est, imperitius adacta. In eodem versu Bö. **ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΟΥΣ**, ut supra, LV. 7. Mecum congruit Fellows.

De ætate tituli nihil certi habeo quod proferam.

LXVII. z.

ΡΚΕΙΔΑΚΑΙΤΑΣΥΕΛΙΔΑΣΑΡΙΣΤΟ
ΣΤΗΣΑΝΤΟΣΕΡΜΑΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ
ΟΝΔΙΑΖΩΜΑΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥ

Τὴν κερκίδα καὶ τὰς ὑελίδας Ἀριστοκλῆς Ἀρτεμιδώρου Μολοσσός, στήσαντος Ἑρμᾶ Ἀριστοκλέους τὸ δεύτερον διάζωμα τοῦ θεάτρου.

Titulus meminit partium theatri ab Aristocle filioque ejus Herma

[w] Vide lemm. ad n. 2747. p. 501.
[x] Ubi sup. p. 301. n. 14.
[y] Cod. p. 16. Ask. I. 51.
[z] Cod. n. 44.
[a] Viaggj, etc. p. 116.
[b] Supplementum tentavit in hac parte Böckh. τὸ ἰσημερινόν, nempe, horologium horas ἰσημερινὰς dimetiens. Acute satis, sed cum justis intervallis in lapide pugnat. Nec penitus arridet quod posui ipse, λογεῖον. Attamen melius convenit cum apparatu theatrali.

instauratarum[c]. Hi memorantur in præcedentibus quibuscum ideo fragmentum ante oculos conjunxi. Descripsi de lapide in facie exteriore muri qua parte ab oriente meridiem versus flectitur. Marmor fuerat bipartitum, deinde, versuum ordine turbato, in mœnia immissum, ut adeo decurreret inscriptio:

ΛΙΔΑΣΑΡΙΣΤΟΡΚΕΙΔΑΚΑΙΤΑΣΥΕ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥ . ΣΤΗΣΑΝΤΟΣΕΡΜΑ
ΘΕΑΤΡΟΥ. . . . . ΟΝΔΙΑΖΩΜΑΤΟΥ

De sensu horum me frustra cruciavi donec in titulum LXVI. incidi qui me compotem fecit nominis Hermæ, unde patefacta est via ad corrigendam injuriam lapidi factam.

Plenam descriptionem fecerat Fellows[d], unde supplementum habuit Böckhius[e] eorum quæ primo manca dederat ex codice Chishulliano[f]. Expressit prior in v. 1. ΤΑΕΨΕΛΙΔΑΣ. in 3. ΟΝΔΙΑ>ΟΜΑ.

LXVIII. *a.*

ΕΥΜΑΧΟΣΑΘΗΝΑΓΟ
ΡΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ
ΤΟΥΕΜΑΧΟΔΟΓΕΝΗ
ΣΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΚΑΙΑΜΜΙΑΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΦΥΣΙΔΕΑΔΡΑΣΤΟΥ
ΤΟΥΜΟΛΩΝΟΣΟΛΥΝΠΙΑΣ
ΤΟΝΚΙΟΝΑΘΕΑΑΦΡΟΔΙΤΗ
ΚΑΙΤΩΔΗΜΩ

Titulus honorificus. Sacra tribus eorum qui lanificium exercebant laudes et erga patriam merita Hermippi prædicat, xystarchia, sacerdotio et summo et Dianæ, primique magistratus bis administrati munere functi; quod porro, inter popularium oblectamenta, ediderat spectaculum venationis cum contis, seque in levanda annona, petaso theatri parando, donisque pecuniæ largiendis Senatui, Gerusiæ, Tribubus, liberalem præstiterat.

Descriptum habui de fragmine basis illato in parietem domus memoratæ in arg. tit. CLXXIII. supr. qua parte erat gynæconitis.

Edidit Böckhius[g] ex codd. Sherardi[h] et Spanhemii[i], librisque Richteri[k] et Franckii[l]. Addo nostra et apogr. Steuartianum a Borrellio

[g] Vol. II. p. 802. n. 3422.
[h] Cod. pp. 65. 82. Ask. I. 21. 22.
[i] Cod. n. 141.
[k] Itin. pp. 588. 628. 638.
[l] Ubi sup. pp. 389. ss.

missum. Variæ lectt. sunt, in Böckh. v. 5. **ΑΡΧΙΕΡΑϹΑΜΕΝΟΝ.** Omittit vir doctus numeralem ante **ΑΡΞΑΝΤΑ.** Habet **ϹΕΠΩΝ** etc. in v. 15. iterumque in 21., **ΕΡΙΟΥΡΓΩΝ** in 28.

In apogr. Borrell. sequentia notanda veniunt: in vv. 1. ss. **ΞΥϹΠΑ-ΡΧΗΝ, ΑΡΧΙΕΡΑ . . . ΓΑΜ** etc. **ΕΝΩΖΥΓΟΝ, ΘΙΑϹΦΙΛΟΔΩΡΙΑ,** dein in ordine, **ΠΩΤΗ, ΚΑΠΑϹΛΟΙΠΑΕ, ΛΥΤΟΥ, ΤΟΝΠΑΙΔΟΝ, ΤΗΓΟΛΕΠΑΧΕΙΟΝ, ϹΕΠΩΝ** etc. **ΔΗΝΑΡΕΟ.** In v. 23. fin. obv. **ΚΑΠΩ** cum eadem confusione ac in v. 13. Dein in v. 24. fin. **ΓΕ-ΓΟΥϹΙΑϹ.** In 25. s. **ΕΠΤΑΙϹΕϹΤΑΚΥΛΙϹΙΙΟΥϹ.** In penult **ΕΡΙ-ΟΥΠΩΝ**, quod nostro convenit. Vox per analogiam facta, sed inusitatior est.

CLXXVII. e.

ΦΛ·ΑΥΡ·ΗΦΑΙΣΤΙ
ΩΝΑΔΙΣΠΑΙΤΙΑ
ΝΟΝΤΟΝΑΞΙΟ
ΛΟΓΩΤΑΤΟΝ
ΑΝΔΡΑΕΚΠΡΟ
ΓΟΝΩΝΕΥΗΘΕΙ
ΚΑΙΑ . ΙΩΜΑΤΙΕΠΑΙ
. . ΥΜΕΝΟΝΑΡΞΑΝ
. . . . . ΤΑΣΠΑΣΑΣ
. . . . . . ΑΙΛΕΙΤΟΥΡ
. . . . ΤΗΝΠΡΩ
ΤΗ . ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΝ

Φλάβιον Αὐρήλιον Ἡφαιστίωνα δὶς Παιτιανόν, τὸν ἀξιολογώτατον ἄνδρα, ἐκ προγόνων εὐηθείᾳ καὶ ἀξιώματι ἐπαινούμενον, ἄρξαντά τε μετὰ τὰς πάσας ἀρχὰς καὶ λειτουργίας καὶ τὴν πρώτην στρατηγίαν.

Titulus honorificus descriptus de fragmento basis. Laudatur Hephæstio Pætianus (cui et pater et avus fuerant ejusdam nominis) ob bonos mores et magistratus insignes quos gesserat.

Mancus est hic titulus in fine post memoratam strategiam primam. Optime vero illum cohærere cum proxime sequente statim videbunt legentes, adeo ut in unum corpus utrumque referendum judicaverim. De hoc in notula subjecta monui.

In apographo Steuartiano quod mecum communicavit Borrellius notavi seqq. In v. 2. **ΠΑΙΓΙΑ.** In 3. med. **ΤΟΝΙ.** In 6. pr. **ΤΟΝΩΝ.** Deinde **ΕΙΠΗΘΕΙ** (quasi fuerit *εὐπειθείᾳ*), et in 7. **ΑΡΩΜΑΤΙ.** Lacunæ in 9–11. facile supplentur. In 11. **ΑΕΤΟΥΡΓ**, et in ult. **ΤΙΗ . . ΣΤΡ** etc.

CLXXVIII. f.

ΥΓΙΩΣΚΑΙΕΠΙΦΑ
ΝΩΣΥΙΟΝΦΛΑΥΡ
ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣΠΑΙ
ΤΙΑΝΟΥΑΡΞΑΝΤΟΣ
ΚΑΙΑΥΤΟΥΜΕΤΑΠΑ
ΣΑΣΑΡΧΑΣΚΑΙΛΕΙ
ΤΟΥΡΓΙΑΣΚΑΙΤΗΝ
ΠΡΩΤΗΝΣΤΡΑΤΗΓΙ
ΑΝ‑ΗΙΕΡΑΦΥΛΗΤΩΝ
ΣΚΥΤΕΩΝΚΑΤΑΤΑ
ΥΠΟΤΗΣΚΡΑΤΙΣΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΛΑΜ
ΠΡΟΤΑΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΨΗΦΙΣΘΕΝΤΑ

- - - - *ὑγιῶς καὶ ἐπιφανῶς, υἱὸν Φλαβίου Αὐρηλίου Ἡφαιστίωνος*

Παιτιανοῦ, ἄρξαντος καὶ αὐτοῦ μετὰ πάσας ἀρχὰς καὶ λειτουργίας καὶ τὴν πρώτην στρατηγίαν, ἡ ἱερὰ φυλὴ τῶν σκυτέων κατὰ τὰ ὑπὸ τῆς κρατίστης Βουλῆς καὶ τοῦ λαμπροτάτου Δήμου ψηφισθέντα (sc. ἐτιμησεν).

Titulus ex honorariis, descriptus de fragmine basis statuæ quæ a sacra tribu coriariorum secundum decretum Senatus et Populi Philadelphenorum posita fuerat in memoriam alicujus[m], filii Hephæstionis Pætiani, multiplici magistratu functi, nominatim prima strategia, ut concludere licet ex vv. 4–9. Cetera quæ obierat munera, ut et ipsum nomen, in exordio tituli memorata lapicidarum injurias passa sunt: sed hoc pono, salva conjectura infra in nota prolata.

CLXXIX. g.

ΤΙΒ . . Μ
ΙΕΡΕΥΣΤΗΣ
ΤΑΤΗΣΑΡΤΕΜΙ
ΤΗΝΣΩΦΡΟΝ
ΤΑΤΗΝΓΥΝΑΙΚΑ
ΤΑΤΑΔΟΞΑΝΤΑ
ΤΗΒΟΥΛΗ
.
ΠΡΟΝΟΗΣΑΜΕΝΟΥΤΗΣΑΝΑ
ΣΤΑΣΕΩΣΤΙΒ • ΚΛ • ΘΑΛΛΟΥ
ΤΟΥΙΔΙΟΥΑΥΤΗΣΘΡΕΠΤΟΥ

[m] Crediderim, Hephæstionis Pætiani, qui in titulo præeunte memoratur. Descripsi et hunc et alterum de lapidibus in eadem domo ab invicem dissitis; idcirco separatim tradidi. Adest vero suspicio eos partes fuisse ejusdem basis, et nos habere ex titulo utroque conjuncto integrum unum et absolutum.

Τιβέριος Κλαύδιος Μ - - - *ἱερεὺς τῆς θειοτάτης* Ἀρτέμιδος *τὴν σωφρονεστάτην γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ τὰ δόξαντα τῇ* Βουλῇ (*ἐτίμησεν*). Προνοησαμένου *τῆς ἀναστάσεως* Τιβερίου Κλαυδίου Θαλλοῦ, *τοῦ ἰδίου αὐτῆς θρεπτοῦ.*

Titulus honorificus in memoriam conjugis a quodam Tiberio (Claudio Manilio?) secundum decretum Senatus profectus. In basi insculptus fuerat statuæ cujus ponendæ Thallus, ex alumnis ejus, curam susceperat.

Injurias quasdam passum est marmor, ad dextram præsertim; sed lacunæ se explent facillime. Hæreo tantum in v. 2. ubi tentavi *Θειοτάτης*. Potui et *ἱερωτάτης, ἐνδοξοτάτης*, alia plura.

CLXXX. h.

ΑΡΧΗΣΑΝΤΟΣ
. . ΩΣΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑΝ
. . ΝΕΙΚΗΣΤΩΝ
. . . . ΩΝΑΥΤΟΥ

- - - - - - *βουλαρχήσαντος σεμνῶς καὶ* Κλαυδιανῆς Νίκης *τῶν τέκνων αὐτοῦ.*

Titulus honorarius. Posita fuerat statua cujusdam a liberis, sc. filio qui (bularchiam?) gesserat et filia Claudiana Nice.

CLXXXI. i.

Π'ΡΕΙΣΚΙΛΛΑ
ΥΠΑΤΙΚΗΘΥ
ΓΑΤΗ'ΡΔΗΜΟΥϹ
. . . .

Πρίσκιλλα Ὑπατικὴ Θυγάτηρ Δημοῦς.

Titulus commemorat Hypaticam quamdam, filiam Demûs. Descripsi de lapide in muro ambulacri deversorii. Pars ædium ubi conspexi opificium antiquum valde referebat.

CLXXXII. k.

Μ·ΑΥΡ·ΜΑΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ
ΤΟΝΑΞΙΟΛΟΓΩ
ΤΑΤΟΝΑΣΙΑΡΧΗ
Μ·ΑΥΡ·ΜΑΝΕΙΛΙΟ
ΕΡΜΙΠΠΟΥ.Α- -ΛΟ
ΕΜΕΙΣΙΟΥΚΑΣΙΑ
ΧΟΥ- - -ΝΤΟΝ
ΟΝΠΡΟΣΤΑΤΗ
ΗΜΥΛΕΙΤΩΝ
ΤΩΙΚΙΤ
ΝΟΗΣΑΜΕΝ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΝΔΡΙΑΝΤΟΣ
ΜΕΛΙΤ..ΝΟ
ΙΟ....ΤΑΤΟ
ΜΙΟΥΛΑΠΟΥ
ΤΑΤΙΑΣ
ΚΕΙΛΙΟΥΜΑΡ
ΟΥΚΩΜΑΡΧΩΝ
ΤΟΥΟΞΕΤΟΥΣ

Μάρκον Αὐρήλιον Μανίλιον Ἀλέξανδρον, τὸν ἀξιολογώτατον ἀσιάρχην, Μάρκου Αὐρηλίου Μανιλίου Ἑρμίππου υἱόν, τὸν ἐλλόγιμον προστάτην, ἡ Μυλιτῶν κώμη ἐτίμησεν· προνοησαμένων τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος - - - Μελιτιανοῦ, τοῦ ἀξιολογωτάτου,

καὶ Μάρκου Ἰουλίου Ἀπουλη̈ίου - - - Τιβερίου Ἀκιλίου Μαρκιανοῦ, κωμάρχων· τοῦ σξ ἔτους.

Titulus inter honorificos plane accensendus est. Inter minus certa hæc constare videntur, honorem statuæ tributum fuisse Alexandro qui sacerdotium gesserat, credo Artemisium, et Asiarchiam, vicique cujusdam (*κώμης*) Philadelphenorum patrocinium exercuerat, a vicanis (*Μυλίταις*): curam porro erectionis demandatam fuisse comarchis, quorum nomina in fine tituli fuerant recensita. Hæc colligas vel ex apographo lacunoso Arundelli ex quo sua, potiorem partem, hausit Böckhius.

Quod legentibus offero ex lapide ipso habui dum Sardes petebam a Philadelphia. Jacet in sepulcreto ad dextram viæ, et in medio circiter intervallo. Litteras inveni adeo deletas ut laborem infructuosum describendi parum abesset quin refugerem. Sed in quibusdam me lucem attulisse spes est.

Ediderunt seqq. Smithius[n] (quatuor versus dumtaxat), ex illo Muratorius[o], intervallo longo proximus Arundellus[p], deinde Böckhius[q], qui ex illo omnia a v. 5. ad finem usque transtulit.

In v. 1. Böckh. (ex Smithio) **ΜΑΡ.** ex marmore Vestigia pæne evanuerant. In 3. Arund. **ΑϞΙΟΛΟΤΩ.** In 5. init. Ar. **ΡΙ**, dein **ΜΑΝϹΙΛΙϹ.** In 6. Ar. **ΗΜΙΠΠΟ--ΛΛϹ.** In 7. **ΙΝΗΣΙΟΥΚΑΣ\.** In 8. **ΧΟΥ---ΝΤΟΝ.** In 9. **ΟΝΠΙΟΣΤΑΤΙ.** In 11. **ΤΩΙΚΙ.** Deinde bene procedunt omnia ad v. 15. sed cum lacunis interjectis. In 16. **ΙΟ -- ΤΑΤΙΑΣ**, nempe orta confusione ex quodam homœoteleuto quod lapidi inesse videbatur, **ΤΑΤΟ ΤΑΤΙΑΣ**, in 16. 18. nostr. In 19. Ar. **ΚΕΙΑΙΟΥΜΑΡ.** In ult. **ΙΟΥΟ** in init. Hic jure Böckh. **ϹϞ**, sc. 260., annis computatis a pugna Actiaca. Sic ad ætatem

[n] Sept. Eccles. As. p. 31.

[o] Tom. I. p. CLXX. 4.

[p] Visit, etc. pp. 175. 365.

[q] Vol. II. p. 801. n. 3420.

Alexandri Severi pervenitur, quod optime nominibus in titulo quadrat.

Supplendi rationes quas in minusculis adscivi uberius in notis quæ ad rem criticam spectant explicabo. Restant adhuc quæ ingenium torquent vv. 6. 8. 11. 17–19. in quibus vestigia litterarum omnino fere visum fallebant.

* * * * * * *

SARDES.

سارط.

CLXXXIII. a.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΥΡΧΡΥΣΕΡΩΣ°ϹΒΑΓΟΡΑ
ΝΟΜΟΣΤΟΥΣΠΕΝΤΕ
ΕΡΩΤΑΣΤΗΙΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΗΙΠΑΤΡΙΔΙ

Ἀγαθῇ τύχῃ· Αὐρήλιος Χρύσερως, δὶς ἀγορανόμος, τοὺς πέντε Ἔρωτας τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι.

Titulus addictionis. Quinque Cupidines (h. e. statuas, hermas, anaglypha), donarii vice, patriæ ejus dicat Chryseros. Dignum sane pietate nomen!

Descripsi de lapide in muro arcis Sardianæ, quod et antea Steuartus, cujus apographum mecum communicavit vir amicissimus Borrellius. Inesse video *σφάλματα*, in v. 2. fin. **ΒΥΓΟΡΑ.** et in 4. **ΓΛΥΚΥΑ.**

CLXXXIV. b.

ΑΓΩΝΟΘΕ

ἀγωνοθετήσαντα - - -

CLXXXV. c.

ΒΟΚ
ΠΟΛ

Βοκόντιος πόλει - - -

Particulas has duas descripsi indidem, sc. in arce Sardiana, de fragminibus in murum illatis. Videtur prima agonothetæ cujusdam meminisse: altera Vocontii, istius fortasse qui in titulo quem dudum inter aliquos Peysonnelianos emisi[r] memoratur.

* * * * * * *

Dum Sardianis intersum libet aliquantisper immorari in titulo octavo Fasciculi prioris quem ante conspectum librum Peysonnelianum infeliciter magis quam in votis erat tractaveram[s]. Inscriptum reperi in saxo prælongo cui quum ad deversorium meum a Gerusia (quam dicunt) redirem incidi, cum facie insculpta solum versus inclinata quod describentis molestiam haud mediocriter augebat. Pars lapidis superior assiduo vicanorum usu, quibus pro sedili erat, absumpta, quo factum est ut versus omnes tituli superficiei cavatæ subjecti hinc inde prorsus evanuerint. Injurias taceo quas identidem intulerant dies, cœli temperies, viatorum contrectantium manus.

Descripsi versuum duodetriginta particulas; plures, quamquam sæpius perlustrato marmore, nequibam. Dederat Peysonnelius[t] duo-

[r] Vide Fascic. I. p. 172. tit. g. Miror arrisisse Böckhio lectionem in v. 2. Sponianam quæ procul dubio fidei marmoris obstat, nec mutilum ab eo censeri titulum nisi per marmorarii incuriam qui omiserat ante hanc vocem ΤΟΔΑΕΙ.

[s] Vide Fascic. I. pp. 45. ss. et p. 153.

[t] Voyage à Thyatire, p. 346.

desexaginta; Richterus[u] (cujus exemplar a Franckio[v] primum, dein Böckhio[w], quatenus licebat, concinnatum non ita pridem conspexi) uno plures. Hæc cum meis, ut dudum Peysonneliana, componere in animo est, nempe 1–13, 38–45, 49–52, et 57–59, eo usque dumtaxat inter describendum progresso[x]. Monendi sunt insuper legentes me in hac comparatione ea tantum afferre quæ in situ ipso versatus chartis mandaveram, posthabitis quæ ad studia penitiora conversus elaboravi.

Exaravi in v. 1. disjecta **ΤΟ‿ΙΑΠ ‿‿‿ ΙΑ.** Hæc sola. In 2. plura; **Α‿‿Ε‿‿ΑΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC.** In 3. **Π.ΤΙΑCΦΛΠΑΤΡΙΚΙΟΥ ΤΟΥΛΑΜΚΑΗΤΟ**, quæ optime congruunt Böckhianis. In 4. **ΝΟΥ ΠΡΟΠΕΝ . ΕΚΑΛΑΝΔ ‿‿ ΙΜΑ·Ι·ΩΝ**, Böckhio (post Richt.) fidem facientia, qui Peysonnelianum **ΜΑΡΤΙΩΝ** exsulare jussit. Hic notas diæreticas parum feliciter descripserat Richterus. In v. 5. extricavi **ΝΔΙΟΝΕΟΚΟΤΩΝΝC ‿‿ Δ'ΜΗΤΡΟΠ ‿ ΙΝΔ ‿ ΙΒΕ.** ex quibus facillime eruuntur Böckhiana; nec minus ex 6. **Ε‿ΑΙΜΗΩΟΕΔΕCΙΟ‿ ΤΕΤΑΡΤΗ ‿‿ ΟΛΟΤΟΥ.** In 7. **ΤΡΙΛΙΑΝΩΤΩΘΑΥΠΑCΙΩΤΑ. ΩΚΑΙΚΑ.** Hic, specie litteræ deceptus, posui in initio **Τ** pro **Υ**, exinde in hypothesim de Trajano temere in opisthographis lapsus. Facillime eruuntur Böckhiana. In 8. nostr. exh. **ΠΟΡΙΑΝΩΚΑΙ ΕΚΔ ‿ ΤΗCΑΥΤΗCΠΕΡΙΦΑΝ.**, quæ optime muniunt correctiones Böckhianas apographi Peysonnelii. Simili ratione in 9. **ΕΤΑΠ ‿‿‿‿ ΚΑΤΗ . ΟΝΙΑCΔ.** in 10. **ΑΜ ‿‿‿‿ ΕΠΘΑΥΜΑ ‿‿‿‿‿ ΚΑΤ . ΔΙΑ-ΦΟΙ.** in 11. **ΝΗΜ ‿‿‿‿‿ Ν ‿‿ ΠΟΝΤ ‿‿ ΤΕΧΝ ‿‿ ΝΩCΕ.** in 12. **ΘΙΚΟΔΟΜ ‿‿‿‿‿ ΤΕΛΗ ‿‿‿‿‿ ΑΚΑΤ.** Ceterum in 13. pr. nostra **ΟΔΙΖΕΝ ‿‿‿‿‿‿‿ ΛΟΤΕΟΔ ‿‿** Richteriana exprimunt.

[u] Itin. pp. 590. 628. 640.

[v] Richtersch. Inschrift. p. 316. n. 57.

[w] Corp. Inscr. Gr. vol. II. p. 817. n. 3467.

[x] Desiderantur adhuc aliquot versus post 59um qui ex lapide prorsus evanuerant. Attigit Richterus: in 58vo restitit Peysonnelius.

In v. 38. descripsi, ΤЄΧΝ.ΤΗΝΤWΝЄΡΓΟΛΑΒ - - - Є - - ΑΙΠ - quæ a Peysonnelianis, ex quibus sua Böckhius, discedunt. Richterum magis probo. In 39. ineuntia et media utrisque discordant; ΚЄ - - - ΥΜЄΗΚΑΙΑΙΝWΟΠΑΠЄΡΙΠЄϹ - - ΤΟΝ. Fragmenta justa sunt in 40. ΝΤΟΝЄΡ.Ο..Τ. Ν. In 41. ΛΚΙΑΝΤWΝЄ - - Ο - - - ΚΡW ΝЄΙΜЄΝЄΥ - - quæ fere Richteriana. Nec minus in 42., ubi deficit omnino Peysonnelius, ΓΑΖЄΙΟ - ΙΟ - - - - - - - - - ΤΑΥΤЄΙϹΙЄΝΑ - - In 43. ΑWЄΝΟ-Τ- - - - - - - ΛΟΦΟΝΚΑΙΠΑ - - apographa ad invicem accedunt. Discedit nostrum in 44. ΑΠ - - - ΤЄ - - - WΜЄ - - et 45. ΙWΝЄΥ - - - - - ΘЄΟ - -

In v. 49. nostra Richterianis fere congruunt. Descripta ЄΙϹΟ - ΔΕ - ΗΠΟΝΚΑΙ - - Α - - ΝΤΟΥΠΡΟ - - Deficit h. l. quoque Peysonnelius. In 50. utrisque magis consentio; ϹΚΑΙΑ - - - Α - - - ΔΛЄ - ΤΟΥΜ - - Similiter in 51. ΤΗ - - ΜΟΛΟ - - - - ΗΝЄΚЄϹΚΑΙΑ - - In 52. nostra, ΠΑΝ - - - - - - ΝΠΑΛΙΝΤΟ - - . Vestigia in Richt. Peyson. cernere nequeo. Expressi nihilo minus infra in minusculis.

Nostra in v. 57. sunt, ΘЄΝΤЄϹΠΑΡΑΤΗϹϹΗϹЄΔΥ - Α - ΙΟΤΗ-ΤΟ - - quæ bene Richterianis respondent. In hac parte jejunus valde Peysonnelius. Pariter in reliquis, sc. 58. ΜΟΛΟϹΙΑΚΑΙϹΞΟ . ϹΙΑΗΙЄ - - Є - - et in 59. ЄΝΠ.

His præmissis, pergo ad enucleationem tituli in iis versibus quos supra memoravi, nulla ratione habita eorum quæ hodierno tempore in pulverem abierunt. Hæc, magnam partem mera tentamina nuncuparim, in Böckhianis concinnata reperient lectores. In prima eorum quæ retuli serie quamque apographa exactiorem produnt recepi ferme ad litteram quæ dudum ex Peysonnelianis et Richterianis Böckhius, ea præsertim quæ fidei marmoris minus adversari videntur: in secunda, tertia, quarta, impellente monumenti fortuna, quædam admisi, cetera propria feci. Cuncta equidem vel in Peysonnelii ætate evanida adeo facta fuerant ut in lectionibus constituendis hinc inde

disceptationi locus latissime pateat. Bene de quæstione meritum fuisse Franckium certissimum est, sed nimia doctrina obrutas protulisse explicationes; pressiores contra Böckhium, magisque ad illustrandum compositas.

Argumentum in libro nuper edito, qua fas erat, ex Peysonnelianis exposui, quod nunc quam brevissime repetam. Titulum fuisse Leoni qui *Thracicus* audiebat coætaneum reor, fortasse secundum rescriptum ab eo missum, consule Orientis Patricio[y], compositum, hoc est, secundo[z] anno post imperium a Leone susceptum. Hoc rescripto motus magistratus quidam e summis provinciæ (Consularis Lydiæ, ex mente Franckii) litteras misit ad Aurelianum quemdam qui Magistriani et Defensoris apud Sardianos munera obibat, in quibus varia de officiis locatorum et redemptorum singillatim admonet. Nimirum in crimen vocatos opifices qui in ædibus vel reficiendis vel struendis occupabantur audiverat, et pro auctoritate sua magistratum qui in talibus jurisdictionem habuit, ut controversias tollat, commonefacit. Quo pacto hoc optime fieri possit dilucide usque ad finem exponit minister imperatorius; et hic me non assentientem habet Franckius, qui desinere putat constitutionem Magistriani ad versum 43[tium], deinde addere ex suis Consularem vv. 44. sqq. *quæ deinceps*, ut verbis utar Böckhii, *connectere inter se studet sine successu.*

Fascic. I. Tit. VIII. a. pp. 45. 158.

1-13. - - - *δημόσια τὰ τῶν οἰκοδομῶν καὶ - - - - - - - τῆς λαμπροτάτης Σαρδιανῶν μητροπόλεως, κατὰ τὸ ἐπίταγμα*[a]

[y] Ricimere Occidentis; quod nondum in Oriente degentibus notum, ideoque ponitur τοῦ δηλωθησομένου. Vide infra not. *w*.

[z] Vel *tertio*. Vide Fascic. I. p. 157. Video Franckium mecum congruere quoad epocham. Statuerat vir doctus monumentum pertinere ad annum P. C. 459.

[a] V. 2. Dicitur hic ἐπίταγμα τοῦ Αὐτοκράτορος ut ἐπιταγὴ Σεβαστοῦ in Teio

τοῦ Αὐτοκράτορος, ὑπατίας Φλαβίου Πατρικίου τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου[b], *πρὸ πέντε καλανδῶν Μαΐων, ἐν τῇ λαμπροτάτῃ καὶ δὶς νεωκόρων Σαρδιανῶν μητροπόλει, Ἰνδικτεῶνος ιβ′ εὐτυχεστάτης, καὶ μηνὸς Δαισίου*[c] *τετάρτῃ· Ὁμολογοῦμεν Λουκίῳ Αὐρηλιανῷ, τῷ θαυμασιωτάτῳ καὶ καθωσιωμένῳ μαγιστριανῷ*[d] *καὶ ἐκδίκῳ τῆς αὐτῆς περιφανοῦς*

supr. CLIX. 12. Ceterum Peysonnelii AN in fine versus, quod cum sequenti conjunxit ut prodiret ΑΝΤΥΠΑΤΟΥ (vid. Fascic. I. p. 158. et conf. cum p. 181. tit. e. v. 15.) erat procul dubio ΑΥ in marmore. In hoc assentior Franckio, refragante tamen doctissimo Böckhio, qui exponit in minusc. (p. 818.) ἐπίταγμα τοῦτο. Conf. not. p. 819. a. Sequitur formula ὑπατείας, κ. τ. λ. ut in Epistola Leonis Papæ ad Flavianum (Du Cange in ὕπατοι δηλωθ.) ἐδόθη εἰδοῖς Ἰουνίαις, ὑπατείας Ἀστερίου καὶ Πρωτογένους, κ. τ. λ. Solenne quoque ὑπατείᾳ, vel et ὑπάτου.

[b] V. 3–4. Δηλωθησομένου. Conferri potest subscriptio Concil. in Labbæi edit. p. 235. Φλαβίου Πρωτογένους τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου[?] ὑπάτου. Vide sis plura apud Du Cange supr. cit. Hoc accidebat partito imperio, quum alter consul Romæ crearetur, alter Byzantio, eodem, prout res ferebat, vel diversis temporibus. Variatur locutio apud S. Athanasium, ignorantibus qui Alexandriæ degebant qui consules fuerint vel designati vel designandi: τοῖς μετὰ τὴν ὑπατίαν Ἀρβαιθίωνος καὶ Λολλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων ἀποδειχθησομένοις ὑπάτοις, Μεχὶρ ιζ′ ἥτις ἐστὶ τῇ πρὸ μιᾶς εἰδῶν Φεβρουαρίων. Opp. tom. I. p. 395. D. Edit. Benedict.

In re præsenti ὁ δηλωθησόμενος erat Suevus ille Ricimer qui una cum Patricio consulatum gessit imperantibus Majoriano et Leone I. Ex hisce corrigant velim legentes quod de hac voce posui in Fascic. I. not. *b*. p. 155. ex schedis opisthographis.

[c] V. 6. Δαισίου. Sequius in monumento apparet Δεσίου. Pariter in v. 39. κὶ pro καὶ, in 13. ἐργοδότες pro ἐργοδόταις. In 40. iotacismum habemus περιμένιν pro περιμένειν. Sic et in 13. ἀναστίλασα. Hæc notanda, quia in minusculis formas justiores restitui. Ceterum emendanda sunt quæ in Fasciculo I. p. 157. de synchronismo statui in errorem ductus per falsam lectionem Peysonnelii in v. 4. ΜΑΡΤΙΩΝ, mea, quæ verum referebat, posthabita. Vide supr. VV. LL. ad v. 4.

[d] V. 8. Μαγιστριανῷ. Suidas in voc. Μαγιστριανός. Ο καστρίσιος (de quo videas gloss. Meurs.) Οὐράνιος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς γράμματα ἀποδέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ. Et in voc. καθωσιωμένος seqq. Ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς εὐσεβῆ γράμματα ἀποδέδωκε τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Καλενδίωνι. *Magistri principes* quoque in sermone Latino

μητροπόλεως τὰ ὑποτεταγμένα· Κατηγορίας διαφόρους δεξαμένη ἡ σὴ θαυμασιότης κατὰ διαφόρων τινῶν, καὶ θεμένη[e] μέγιστον μέτρον τῶν τεχνῶν, ὡς ἐγχειριζομένων ἔργα οἰκοδομικὰ καὶ ἀτελῆ τὰ αὐτὰ καταλιμπανόντων καὶ ἐμποδιζόντων τοῖς ἐργοδόταις, ἀναστείλασα δὲ - [deficiunt vv. 24.]

38-45. ἑαυτῷ τεχνίτην τῷ ἐργολαβήσαντι το - - - - - - καὶ νοοῦμεν τὰ δεινότατα περιπεσόντα, τὸν τεχνίτην εἴκοσι ἡμέρας περιμένειν τὸν ἐργοδότην, μετὰ δὲ τὴν ἐξελασίαν τῶν εἴκοσι

audiebant. Jurisdictio iis tradita est tum in aliis rebus, tum in negotiis quæ ad evectiones (*post-warrants*: Pitisc. tom. II. p. 112. a.) pertinebant.

Erat porro Aurelianus ἔκδικος, per quod explicat Hesychius διφίνσωρ seu δηφ. Erant nempe οἱ ἔκδικοι defensores cleri in causis quum criminalibus tum civilibus: ecclesiæ quoque, et qui appellabantur οἱ τοῦ βήματος, de quibus presse Suicerus in *Thesaur. Eccl.* tom. I. p. 1045. Memorantur quoque ἔκδικοι, defensores civitatum, qui a clericis, curialibus, aliisque nobilioribus eligebantur ut patrocinium eorum populique universi susciperent. De hisce, quibus fortasse Aurelianus accensendus est, adeas Constitut. Eccles. cit. in Suicer. u. s. p. 1046. cum Gloss. Meurs. et Pitisc. *Lexic.* II. p. 20. b. Quam bene quæ in titulo memorantur de criminationibus et in locatores redemptoresque apud ipsum Aurelianum latis, quarum hæ cognitæ, illæ contra missæ ab eo factæ videntur, cum munere judiciali τοῦ ἐκδίκου conveniant, non opus est ut disseram.

[e] V. 11. Sententiola θεμένη...... τεχνῶν videtur a Böckhio poni quasi in parenthesi; sensum vero se extricare nequire profitetur vir doctissimus. Nec ipse felicior. Franckius duriorem constructionem vitat præposito καί, quod et ipse feceram, nimirum ut decurrat oratio, *et modo artificibus qui pactis non steterant constituto.* Hac ratione est τεχνῶν metonymicum pro τεχνιτῶν, prorsus ut in nostro vernaculo *trades*, vel legendum τεχνιτῶν ipsum. Atqui vel sic durities manet. Dedi θεμένη, viris doctis qui in hoc consentiunt obsequutus: poteram vero alia plura, ΩΝΑΝΗ vel ΩΝΤΙΝΩΝΑΝΗ vel etiam ΟΙΩΝΑΝΗ, satis ad speciem ΘΕΜΕΝΗ in marmore imminuto accedentia, nempe ὧν ἂν ᾖ, etc. ut sic procedat sententia, *ad quos maxime pertineant artes*, in nostr. *who comprise the majority of the trades employed in the works.* Hoc videtur rem satis expedire in oratione minus concinna.

ἡμερῶν ἐξανυσθεῖσαν αὐτὸν ἐργάζεσθαι σπουδαίως τὰ αὐτά· ὑπεισιέναι δὲ ἕτερον, εἰ μὴ παραμένοντα τὸν ὑμέτερον λόγον καὶ ὑπακουόμενον, παραγγέλλομεν· ἐὰν δὲ παρὰ τὰ προγεγραμμένα εὑρεθῇ - - - - - - - - - - - *μενος, καὶ ἐξ ἡμῶν ὑπερεθέμεθα* - - - - - - - - - - - - - - - [deficiunt vv. 3.]

49-52. - - - - - - *εἰς οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὴν τοῦ προστίμου ἐπίθεσιν ἀσφαλοῦς καὶ ἀλύτου καὶ ἀσαλεύτου μενούσης τῆς πρότερον γενομένης τῆς ὁμολογίας διηνεκὲς καὶ ἀναποβλήτως* - - - - - *τι ἐξῆν τοῖς προγεγραμμένοις εἰς πάντα χρόνον πάλιν τὸν γενησόμενον* - - - - - - [deficiunt vv. 4.]

57-59. - - - - - - - - *θέντες παρὰ τῆς σῆς θαυμασιότητος* - - - - - *ὁμολογία καὶ ἐξουσία ἡμετέρα* - - - - *ἐν π* - - - - - - -

* * * * * * *

THYATIRA.

آقحصار.

Ad Thyatirena denuo accedimus de quibus pauca quædam monenda censui priusquam Lydiis finem imponam.

Fascic. I. Tit. XII. c. p. 59.

I. Video in primis inter Böckhianos[f] titulum cui numerus in Fasciculo priore nostro duodenarius superponitur. Hunc in Auctario[g] ejusdem operis cum Peysonneliano consimili, quem et Böckhius

[f] Vol. II. p. 834. n. 3498. [g] Tit. b. p. 173.

dedit cum littera *A* suprascripta, contuli: longius vero processit vir doctissimus, qui fragmentum nostrum quod in opere suo designavit *B* ad normam alterius integrum suppleverit. Atqui scrupulum injicit partitio versuum in nostro: fragmenta porro **ΩΑΣΕΙ** in 5. et **ENTA** in 6. quæ in marmore quod vidi luculenter apparebant. Lectio **ΔΕΚΑΠΡΩΤΕΥΣΑΝΤΑ** in ultimo per se satis commendanda est, sed contra fidem lapidis quem attentius perlustravi vix admiserim.

Diluit argumentum a versuum ordinatione tractum Böckhius per negligentiam satis notam Peysonnelii: deinde alterum præter purpurarios collegiun potuisse Artemagorum honoravisse: poterat equidem, sed quæ revera fiebant, non probabilia, quærimus. Colligendum opinor ex titulo honoratum fuisse quemdam qui se in re agonistica præclare gesserat: statuam ei positam fuisse in loco quodam publico *Aseio* vel *Asieio*, Asiæ fortasse, heroi indigeti Cariæ, dedicato, *τεμένει* vel delubro. Aperte declaratur Lampadarchia; deinde coronam meruisse (quid enim illud **ENTA** nisi *στεφανωθέντα*?), et ceteris præcelluisse. Hoc in clausula: quid vetat suppleamus in v. 3. Ἀπολλώνιον Ἰούστου, ut in seq. XIII. d. habemus Μένανδρον Παύλλου? Hac ratione integra prodit inscriptio; *ἡ λαμπροτάτη πόλις τῶν Θυατειρηνῶν ἐτίμησεν* Ἀπολλώνιον (Ἰούστου?) *τῇ τοῦ ἀνδριάντος ἀναστάσει ἐν τῷ* Ἀσείῳ, *λαμπαδάρχην στεφανωθέντα τῶν μεγάλων* Αὐγουστείων Ἰσοπυθίων, *καὶ πρωτεύσαντα.*

FASCIC. I. TIT. XIV. e. p. 64.

II. Editum reperio in libro ejusdem v. d.[h] Tentaveram jampridem varia in v. 1. ubi primum descripsi **ΤΟΝΘΥΟΘΕΤΑΤΗΝ**, viz. *θυοθεμάτιον, θυοθήκην, ὀστοθήκην.* Consisto demum in *τὸν ὀρθοστάτην* quod ex elementis apographi mei facillime profluit. Proke-

[h] Ibid. p. 840. n. 3510.

schianum est **ΟΡΘΟΙΛΤΑΤΩΝ** ex quo monstro Böckh. *ὀρθοστάτην*. Dein in lacuna prima versus secundi exaravit Prokeschius **ΛΑΥΠΟΚΑΙΑΓ**, unde Böckhius *Λούπῳ*, *Lupo:* atqui nomen erat *Λατύπῳ*, inter nostra obvium[i]. Pergit Prokesch. **ΚΑΗΠΙΑΛΗ**, quod descripseram **ΚΑΤΕΒΑΛΗ**. Denique pro nostro **ΟΜ** in fine vidit Prokeschius **ΩΜ - -** hoc est *πτῶμα*, *cadaver*. Lacunas in nominibus vv. 1–2. quæ in exemplari Prokeschiano exstabant intactas reliquit Böckh.

His positis, perpendant mecum sequentia eruditi: *Αὐρηλία Ματρία κατεσκεύασε τὸν ὀρθοστάτην ἑαυτῇ καὶ τῷ υἱῷ* (in tit. **ΥΩ**) *'Αττικῷ καὶ τῇ θυγατρὶ Νίκῃ*[k] *καὶ Λατύπῳ καὶ 'Ασκληπιάδῃ· οὐδενὶ δὲ ἑτέρῳ ἐξέσται ἄλλο ὄνομα* (*πτῶμα*?) *ἐπεμβάλλειν· εἰ δὲ μή, δώσει τῇ λαμπροτάτῃ Θυατειρηνῶν πόλει κ. τ. λ.* - - - - - - - - - - - - - - -

FASCIC. I. TIT. XV. f. p. 67.

III. Titulum insignem editum reperio inter Böckhianos[l], nuperque accepi a Borrellio apographum cura haud mediocri confectum.

In v. 2. justa lectio, quod dudum conjeci, est **ΣΑΜΒΑΘΕΙΩΙ**. Sic Böckh. Borrellius, **ΣΑΜΒΙΘΕΙΩΙ**. Erat nimirum *Sambatheion* sacellum *Sambathæ* vel *Sambethes* quam memorat Suidas in *Σίβυλλα*, necnon Pausanias[m], qui originem Hebræam tribuit sub nomine *Sabbæ;* hinc *Sambæ*, mutatione solita. Certe nomen שַׁבָּת vel שַׁבָת cum loquela sacra affinitatem habet. Varie alii appellant Persicam, Babyloniam, Ægyptiam, Chaldæam[n]. De hac religione videas Perizonium[o] qui titulum nostrum ex Sponianis affert, et Pitiscum[p]. Ceterum bene cum opinione originis Chaldææ quadrat lectio **ΧΑΛΔΑΙΟΥ** in

[i] Vide Fascic. I. tit. XXXVIII. a. p. 129.

[k] Vel Στρατονίκῃ, omisso τῇ θυγατρί.

[l] Ubi sup. p. 839. n. 3509.

[m] Vide x. 12. 5.

[n] Vide Suid. ubi sup. et Justin. Martyr. in libr. admon. ad gent. p. 34.

[o] In Ael. Var. Hist. XII. 35.

[p] Lex. Antiqq. vol. III. p. 429. a.

v. 2. sub fin. quam et in Sponio et Peysonnelio observabam: idcirco quod in priore libro de hac scripsi revoco.

Quod appellatur τόπος καθαρὸς in v. 1. erat *locus purus* Romanorum de quo adeas Varronem[q] et Jctos[r].

Fascic. I. Tit. XVI. g. p. 72.

IV. Habet lector repetitum ex libro Peysonnelii in Auctario ejusdem operis[s]. Recentiore studio et Böckhianum[t] factum ex abundanti copia, nempe, ipsius Peysonnelii, Sherardi, Spanhemii, Prokeschii, Akerbladi. Discrepantias noto: in v. 2. ΕΓΕΟΝΟΙϹ (ἐγγόνοις.) in 6. ΠΩΜΑ (πτῶμα. vid. supr. corr. II.) in 15. ΑΝΘΥΠ·ΕΓΝΑΤΙΩ. in 19. ΕΧΙΝ (ἔχειν.) in 25. ΑΥΡΑΝΝΤΑΝΗϹ (Ἀννιανῆς), extruso Peysonnelii ΔΕϹΠΟΙΝΗϹ. in 27. ΙϹϹΟΡΟΥΕΠΙΘΕΕΙΝ, quod exponit Böckhius εἰς σοροῦ ἐπίθεσιν, sc. illatam fuisse Annianam in thecam minorem quæ capulo fuerat imposita. Amplector libens Sherardianum in v. 15. cui nostra favent magis: in mense hæreo.

Fascic. I. Tit. XVII. h. p. 76.

Contuli editum a Böckhio[u] ex schedis Prokeschianis. Exponit v. d. v. 6. ΩΛΝΕΤΙΖΩΝΤΕ κ. τ. λ. ᾧ ἂν ἔτι ζῶντες οἱ προγεγραμμένοι συγχωρήσωσιν. Favet sane huic interpretationi Σ in sede duodecima cujus memini in VV. LL. sed quid de Λ in secunda statuendum? Errorem fuisse marmorarii, vel Α per Λ expressum, quale in titulis aliquando observavi? In eximio hoc lapide, coloris candidissimi, certo certius Λ exstabat.

Fascic. I. Tit. XVIII. i. p. 78.

Apographum in vv. 2. 3. quod feci primum decurrit, ΟΥΔΕΕΞΑΛ

[q] De L. L. IV. 4. fin.

[r] Scævol. Digest. XIII. Tit. et Leg. ult. Ulpian. in Pitisc. III. p. 402. b.

[s] Pag. 181. tit. e.

[t] Lemm. n. 3516. p. 843.

[u] Ibid. p. 843. n. 3515.

ΛΟΤΡΙΩΝΑΙΟΥΔ - - - - ΡΑΦΜΝΕΙΚΟΥΖ - - - quod possis reficere ex Aphrodisiensi inter Böckhiana[v], *οὐδὲ ἐξαλλοτριῶσαι οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν ἐκκόψαι,* ut fecit vir doctus ipse. Farraginem reliquam Prokeschii intentatam misit, nec immerito. Attingamus nostra. In **ΥΠΟΚΡ** - - - v. 5. sub fin. delitescit fortasse *ὑπόκεισθαι* vel *ὑποκείσεται* (nempe, *τῇ τῶν Θυατειρηνῶν Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ*), ut in Pocockiano quem edidit Böckh.[w], et in **Τ - - - ΔΙΑΝΣΥΜΕΙΑΝ - ΙΝ** quæ præeunt, *ἐὰν δέ τις διασύρῃ αὐτήν,* sc. *σορόν.* Reliqua, præter ultimum, magis patent.

Constituendus titulus fere ad hunc modum: *Ὁ δεῖνα κατεσκεύασε τὴν σορὸν ἑαυτῷ ἐφ' ᾧ τεθῇ καὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικί, ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται θεῖναί τινα, οὐδὲ ἐξαλλοτριῶσαι, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν ἐκκόψαι· εἰ δέ τις ἐναντίον ποιήσῃ ἤ τι παρὰ ταῦτα, γένοιτο εἰς ταφόντας καὶ νεκροὺς ἐκ θεῶν τῶν ἀπολομένων κακὰ παντοῖα, καὶ εἴ τις διασύρῃ αὐτὴν ὑποκείσεται τῇ τῶν Θυατειρηνῶν Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ δηνάρια ,βφ'. Ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἀντίγραφον ἐτέθη εἰς τὸ ἀρχεῖον. Ἐγένετο ἐν τῇ πόλει Θυατειρηνῶν λαμπροτάτῃ μηνὸς Τραϊανοῦ κ. τ. ἕτ.* Titulum opinor fuisse ætatis Hadriani vel Antoninorum.

[v] Lemm. p. 540. n. 2831. 8.

[w] Pag. 842. n. 3512.

MYSIA.

ALEXANDRIA TROAS.

اسکی استانبول.

CLXXXVI. a.

ΑΥΡΤΑΤΙΑΝΟΣΟΠΟΤΕΚΑΛΙΣΤΟΥΕΘΗΚΑΤΗΝΣΟΡΟΝ
ΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΣΥΜΒΙΩΜΟΥΑΥΡΕΠΙΚΤΗΣΕΙΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣΜΟΥ
ΑΥΡΜΟΣΧΙΩΝΙΚΑΙΑΥΡΖΩΣΙΜΗΚΑΙΡΑΓΩΝΙΩΤΑΤΙΑΝΩΕΑΝΔΕ
ΤΙΣΕΤΕΡΟΝΝΕΚΡΟΝΒΑΛΗΔΩΣΕΙΤΗΠΟΛΕΙ⳩ΑΦ
ΕΤΙΔΕΖΩΝΕΒΟΥΛΗΘΗΝΚΑΙΤΟΙΣΕΠΙΛΟΙΠΟΙΣΜΟΥΤΕΚΝΟΙΣ

Αὐρήλιος Τατιανὸς ὅ ποτε Καλλίστου ἔθηκα τὴν σορὸν ἑαυτῷ καὶ τῇ συμβίῳ μου Αὐρηλίᾳ Ἐπικτήσει, καὶ τοῖς τέκνοις μου Αὐρηλίῳ Μοσχίωνι καὶ Αὐρηλίᾳ Ζωσίμῃ καὶ Ῥαγωνίῳ Τατιανῷ· ἐὰν δέ τις ἕτερον νεκρὸν βάλῃ δώσει τῇ πόλει δηνάρια χίλια πεντακόσια.*

* *Ἔτι δὲ ζῶν ἐβουλήθην καὶ τοῖς ἐπιλοίποις μου τέκνοις.*

Titulus sepulcralis. Tatianus quidam capulum paraverat in suum usum conjugisque Epictesis et ex illis natorum, nominatim, Moschionis, Zosimæ, Tatiani: ceteris in fine generatim, postscriptis ad instar codicilli verbis, *ἔτι δὲ ζῶν κ. τ. λ.* Ætatem conjeceris fuisse Aureliorum.

Descriptum habui in castello Turcico ad introitum Hellesponti *Tchanagh-Kal'ahsí* (چناغ قلعه‌سی) de loculo ibi asservato qui primitus

ab Alexandria asportatus fuerat. Video editum a Böckhio[x] ex diario Kieperti, et cum **ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ** in v. 1. magis ex orthographiæ quam marmoris fide. Apogr. Borrellianum, quod inter nuperrime transmissa habeo, legit in v. 3, **ΞΟΣΙΜΗ**, in 4. **ΔΟΣΕ.**

CLXXXVII. b.

ΛΙΟΥΑΓΑΘΟΠΟΔΟΣΟΘΟΝΙΑΚΟΥΥΟΣΔΕΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΠΑΥΛΕΙΝΟΥΤΟΥΚΑΙΓΕΝΟΜΕΝΟΥΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΟΥΟΥ
ΚΑΙΕΝΤΩΣΜΙΝΘΕΙΩΕΣΤΗΚΕΝΑΝΔΡΙΑΣΚΑΙΕΝΘΑΔΕΕΝΤΩ
ΑΣΚΛΗΠΕΙΩ•ΕΘΗΚΑΤΗΝΣΟΡΟΝΕΜΑΥΤΩΚΑΙΤΩΓΛΥΚΥΤΑΤΩΜΟΥ
ΠΑΤΡΙΤΩΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΑΥΡΗΛΙΩΠΑΥΛΕΙΝΩΚΑΙΤΟΙΣΕΚΤΟΥ
ΓΕΝΟΥΣΜΟΥ•ΕΙΔΕΤΙΣΤΟΛΜΗΣΗΑΝΟΙΞΑΙΤΑΥΤΗΝΤΗΝΣΟΡΟΝΚΑΙΝΕ
ΚΡΟΝΑΛΛΟΤΡΙΟΝΗΟΣΤΕΑΤΙΝΟΣΕΝΚΑΤΑΘΕΣΘΑΙΔΩΣΕΙΠΡΟΣΤΕΙ
ΜΟΥΤΗΤΡΩΑΔΕΩΝΠΟΛΕΙ Χ ΒΦΚΑΙΤΩΙΕΡΩΤΑΤΩΤΑΜΕΙΩ Χ ΒΦ

Ὁ δεῖνα, υἱωνὸς μὲν Αὐρηλίου Ἀγαθόποδος Ὀθονιακοῦ, υἱὸς δὲ Αὐρηλίου Παυλείνου τοῦ καὶ γενομένου παγκρατιαστοῦ, οὗ καὶ ἐν τῷ Σμινθείῳ ἕστηκεν ἀνδριὰς καὶ ἐνθάδε ἐν τῷ Ἀσκληπείῳ, ἔθηκα τὴν σορὸν ἐμαυτῷ καὶ τῷ γλυκυτάτῳ μου πατρὶ, τῷ προγεγραμμένῳ Αὐρηλίῳ Παυλείνῳ, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ γένους μου· εἰ δέ τις τολμήσῃ ἀνοῖξαι ταύτην τὴν σορὸν, καὶ νεκρὸν ἀλλότριον ἢ ὀστέα τινὸς ἐγκαταθέσθαι, δώσει προστίμου τῇ Τρωαδέων πόλει δηνάρια δισχίλια πεντακόσια, καὶ τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ δηνάρια δισχίλια πεντακόσια.

Titulus sepulcralis. Sarcophagum statuerat quidam (nepos fortasse Othoniaci), filius Paulini pancratiastæ, ut ipsius usui patrisque et ceterorum generis ejus inserviret. Ei qui sepulcrum violaverit indicitur multa et Troadum civitati et ærario pendenda, etc.

Retuli a vico *Yerkassi-keui* qui jacet inter *Hissardjek* (حصارجك),

[x] Vol. II. p. 1129. n. 3588. *b*.

ubi situm fuerat *Ilium novum*, et *Eski 'stanbûl*, ad lævam ripam Scamandri. Sarcophagum designavit qui ex Alexandria advectus fuerat ut cisternæ vicem præstaret.

In lemmate Böckhiano hujus tituli[y] recensentur nomina eorum qui dudum in lucem emisere, scil. Lechevalierius[z], Dallawaius[a], Turnerus[b], Clarkius[c]. Adhibuit quoque v. d. apographa Köhleri et Walkeri in textu concinnando. Addo ipse ex meis, et exemplar Borrellianum.

Incipit Böckh. cum versu non nihil hybridæ speciem referente quem dicit Lechevalierius se contexuisse ex fragmentis ejusdem sarcophagi quæ in Troade repererat, sc. **ΜΑΡΚΥΣΠΑΥΛΙΝΥΣΑΕΛΙΥΣ ΑΥΡΙΛΙΥΣ.** In v. 1. (Bö. 2.) illatum video ex Akerblado **ΥΟΣ** cum **Υ** elatiore et subobliquo, quod non conspexi in marmore; nec magis amplissimum illud **Ο** in v. 2. (Bö. 3.) In v. 7. (Bö. 8.) jure et ex fide marmoris prælatam habuit v. d. formam colligationis in voce *προστίμου* quam expresserant Köhlerus et Akerbladus.

CLXXXVIII. c.

ΝΑΘΥΕΙΝΕΝΤΗΙϹΟΡΩΙΟΦΕΙ
ΤΑΤΩΙΤΑΜΕΙΩΙ
ΡΙΟΥ☧ΒΦ

- - - - - - - - *ἐπεὶ ὁ τολμήσας ἄλλον τινὰ θεῖναι (θύειν?) ἐν τῇ σορῷ ὀφειλήσει* - - - - - - - - - *τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ ἀργυρίου δηνάρια δισχίλια πεντακόσια.*

Fragmentum tituli sepulcralis descriptum de sarcophago operis eximii et e lapide ferruginei coloris inter parietinas arcis Troadensis

[y] Vol. II. p 874. n. 3582.
[z] Voy. de la Tr. t. III. p. 308. sq.
[a] Constantinople, p. 375.
[b] Itin. tom. III. p. 240.
[c] Itin. tom. III. p. 201.

reperto. Cuncta evanuerant præter ultima quæ in multa irroganda si quis violaverit sanctitatem ejus versantur.

Editum video a Böckh.[d] ex Diario Classico Valp.[e] titulum qui fortasse eadem cum nostro referebat. Pessime descripserat aliquis, **- - - ΝΟΘΥΝCΙΤΗCCΟΘΡΟΥ . ΦΟΡ - - - ΤΗΙΩΤΘΥΕΜΙΟ - - - ΡΙΘΥΧΒΦ - - -**

CLXXXIX. d.

DIVIIVLFLAMINI
C·ANTONIOMF
VOLTRVFOFLAMINI
DIVIAVGCONSTCOLCLAPREIS
ETCOLIVLPHILIPPENSIS
EORVNDEMETPRINCIPEM
COLIVLPARIANAETRIBVN
MILIT·COH·XXXIIVOLVNTAR
TRIB·MILIT·LEG·XIIIGEM
PRAEFECTΩEQVITALAEI
SCVBVLORVM
VIC · VIII

Divi . Julii . Flamini . Caio . Antonio . Marci . Filio . Voltinia . Rufo . Flamini . Divi . Augusti . Constituerunt . Colonia . Claudia . Aprensis . Et . Colonia . Julia . Philippensis . Eorundem . Et . Principi . Item . Coloniæ . Juliæ . Parianæ . Tribuno . Militum . Cohortis . Tricesimæ . Secundæ . Voluntariorum . Tribuno . Militum . Legionis . Decimæ . Tertiæ . Geminæ . Præfecto . Equitum . Alæ . Primæ . Scubulorum . Vice . Octava.

Titulus honorificus. Commemorat Rufum, Flaminem divv. Julii et Augusti, Principem coloniarum, Aprensis, Philippensis, Parianæ, Tribu-

[d] Ubi sup. p. 878. n. 3592. [e] Vol. IV. p. 406.

num militum et Præfectum equitum. Descripsi de tabula marmoris glauci, fragmento (opinor) basis statuæ quam posuerant coloni in honorem viri insignis. Reperi prope situm antiquum a Turcis appellatum *Kiz-kal'ahsi* (قیز قلعه‌سی) h. e. *castellum virginis*, propius ab arce distantem, ubi conjecerunt quidam exstitisse templum Dianæ seu Minervæ augurio nominis freti.

Editum conspicio inter Sponiana[f], Pocockiana[g], et nuperrime a Fellowsio[h], varia fortuna. Deficiunt tres primi versus in Fellowsiano; deinde recte ordinantur usque ad ultimum qui minus accurate disponitur. In Pocockiano video omissum v. 5. et male ordinatos 9. 10. Sponius cunctos turbaverat.

In lectionum varietate notanda mitto sordes quas congessit Fellowsius. Pocockius edidit **VOLAVF.** Spon. et P. in 4. **COLCLA PRENS.** omisso **CONST.** In 6. ad fin. P. **EM**, ac si fuerit *Emerito:* recte Sp. qui tamen non servavit ligaturam in loco penultimo. In 7. fin. Poc. **ETTRIB.** Rectius Sp. et Fell. **TRIB** et **TRI** sine **E** præposito. Subjungit deinde Fellows. **EM**, opinor ex versu præeunte. In 8. Poc. **MILITOCOH.** Dein, **VOLVNTARIOR** et Poc. et Sp. Mecum consentit Fell. quatenus judicare licet ex vestigio **VAIAR.** In v. 9. Sp. Poc. **TRIBMIL.** Fell. nostrum **MILIT.** In 10. Sp. Poc. **PRAEFEQVIT.** Fell. ad nostrum accedit quod luculenter constabat in marmore, posito **PRAEFETΩ.**

Claudit hunc titulum sigle **VIC** cum numerali VIII. Quid hæc velint dubito. Conjeceram *vice octava*, namque et alii exstiterant, teste Sponio, prorsus similes, quas se Alexandriæ commoratum vidisse refert cum notis VII. IX. Verosimile est plures statuas in honorem principis eorum fuisse constitutas ab Aprensibus, Philippensibus, Parianis, etc. quas proinde singillatim numeris adjectis designaverant

f Voyage, etc. tom. I. p. 299. Conf. Miscell. Erud. Antiq. pp. 173. s.

g Inscr. Antiq. p. 41.

h Journal, etc. pp. 60. 319.

coloni. Restat altera conjectatio, *vico octavo*, nimirum dispositas fuisse statuas per vicos I. II. III. etc.

Notandum est porro titulum designari a Pocockio "a Thracia." Memoria rei fortasse virum doctum fefellit, nam Sponius qui eundem numerum (VII.) apposuit Alexandriæ accenset. Quid autem vetat credamus titulum *Aprensem* in libris Pocockii et Sponii conspici? Quasdam porro varietates lectionum supra memoratas huic ipsi causæ tribuendas?

CXC. e.

SEXQVINCTILIO
SEXFANIVALERIO
MAXIMOLATOCLAVO
EXORNATOADIVOAVG
NERVAQVAESTORIPONTI
ETBITHYNIAEPATPONO
COLONIAEPONTIFICIII
VIROPRAEFFABRVM
IIVIROALIBIETSACERD
ORNAM HONOR
D D
VIC X

Sexto . Quinctilio . Sexti . Filio . Aniensi . Valerio . Maximo . Lato . Clavo. Exornato . A . Divo . Augusto . Nerva . Quæstori . Ponti . Et . Bithyniæ . Patrono . Coloniæ . Pontifici . Duumviro . Præfecto . Fabrûm . Duumviro . Alibi . Et . Sacerdoti . Ornamentum . Honoris . Decreverunt . Decuriones . Vice . Decima.

Titulus honorificus ex basi statuæ quæ posita fuerat (ab Alexandrensibus?) in memoriam Maximi cujusdam qui fuerat patronus coloniæ, etc. a Decurionibus profectus. Descripsi in castello supra

memorato *Tchanagh-Kal 'ahsî* de marmore quod advectum ex *Eskî-'stanbûl* mihi referebant castellani.

* * * * * * *

CXCI. f.

ΕΛΠ

CXCII. g.

ΟΔΟΝΟ
COY

CXCIII. h.

ϽZ⊔IOIEI

f. ἐλπ - - - g. ὁδὸν ο - - - σου - - - h. ὃς δὲ ποιεῖ - -

Fragmenta titulorum supra posita in cœmeteriis prope vicum *Gheyiklî* (quod effertur *Yehklî*) ab Alexandria circiter duodecim millia passuum Cæciam versus distantem reperi. Antiqui cujusdam oppiduli sedem existimarim et in ditione Alexandrensi positam[1]: certe uno ore perhibebant vicani reliquias quas vidi specie perpulcra circumjacentes fuisse advectas ex *Eski 'stanbûl*. Idcirco cum titulis ibi descriptis junxi. Sepulcreta duo sunt, quorum unum est Turcarum. Ex hoc retuli fragmentum CXCIII. quod videtur aliquando sandapilam designasse: de ceteris vana foret conjectatio.

CXCIV. i.

PCAES
DIVITRAI
PARTHICI
DIVINERVAE
NEPTRAIANV
HADRIANVSAVG
PONT·MAX·TRIB
POP·VIII·COS·III
S IIII

[1] Conf. Strab. XIII. 1. p. 117. Tauchn.

Imperator . Cæsar . Divi . Trajani . Parthici . Filius . Divi . Nervæ . Nepos . Trajanus . Hadrianus . Augustus . Pontifex . Maximus . Tribunus . Populi . Octavum . Consul . Tertium . Statuam . Duumviri . Posuerunt.

Descripsi de basi statuæ quam a duumviris fuisse positam ex clausula crediderim. Erat Hadriani. Titulus ab omni parte convenit cum Pergameno quem dudum edidi, eodemque anno conscriptus fuerat ut uberius posthac explicabitur.

Marmori incidebam in agello virgultis obsito prope Græcum cœmeterium.

CXCV. k.

EVTE
- - - -
- - - -
YTAЄTSTωN
- - - - N - - - - - -
CYAL . . O
ƧPFAYGET
MAYRYALMAX . . . ANO
ƧPFAYƧ. . . . . IIIPROCOS
CONƧTANTIYƧ
A. . . . ƧMAXIMIANYƧ
ƧIMICAEƧƧ

- - - - δεύτερος - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
Βουλευτάς τε τῶν - - - - - - - - - - - - - - - -
ν - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Caio . Valerio . Diocletiano .
Pio . Felici . Augusto . Et .
Marco . Aurelio . Valerio . Maximiano .

Pio.Felici.Augusto.Tribuno.Populi.VII.*Cos*.III.*Procos*.
Flavius.Valerius.Constantius.
Galerius.Valerius.Maximianus.
Nobilissimi.Cæsares.

Retuli ex columella adhuc stante in eodem loco cum superius memorata atque e marmore porphyretico conflata. Summa pars erat fere tota inscriptionibus cooperta, quæ vero, superficie lapidis propter aeris temperiem putrescente, visum effugiebant. Græca primum agnovi; deinde Latina inferiore loco posita; intercedebat scriptura quam Græcissantium pronuntiarim specie litteræ V in ea apparente edoctus. Ad lævam vestigia quam plurima se prodebant tituli Latine compositi, verius dixerim *simulacra;* oculos habui paratos, tabulas, stilum—nequidquam!

> "Ter frustra comprensa manus effugit imago,
> Par levibus ventis volucrique simillima somno."

Marmor ipsum fuisse basem statuæ in honorem Diocletiani constitutæ a Cæsaribus Flavio et Galerio crediderim. Exstiterat fortasse et altera Maximiani Herculis indumentis ornati.

Molestiam cepi maximam ex hoc titulo describendo propterea quod marmor erat alienis adeo coopertum. Videtur columella fuisse denuo insculpta ab hominibus qui laudes imperatorias præ gloria vel commoditate propria parum curabant: neque abest suspicio titulum contextum in honorem Diocletiani fuisse a Christianis atrociter adeo vexatis deletum, statuam fortasse conculcatam[k].

[k] Conf. supr. titt. XLIV. XLVI.

CXCVI. l.

D M
C · IVL · ALEXANDER
MIL · LEG · IIII · FL · E · STI · X ·
M · SEX · CANDIDIANVS
SECV · HERE · ET · Q ·
VARIV · MARCELLVS
PROC · CORP · B · M · HT ·
· P · VIXITANNIS · P · M ·
XXVIII

Dignus . Memoria . Caius . Julius . Alexander . Miles . Legionis . Quartæ. Flavianæ . Emeritus . Stipendia . Decem . Marcus . Sextus . Candidianus . Secundus . Heres . Et . Quintus . Varius . Marcellus . Procurator . Corporis . Bene . Merenti . Hunc . Titulum . Posuerunt . Vixit . Annis . Plus . Minus . Duodetriginta.

Titulus sepulcralis est. Conscripserant in laudem Alexandri cujusdam, militis emeriti, amici ejus Candidianus et Marcellus. Reperi in cœmeterio Græco distante a vico circiter duo stadia orientem versus.

* * * * * * *

يلهجق.

CXCVII. m.

Marco . Valerio . Teio . (vel *Tertio, etc.*) . *Signifero - - - Curatori - - - Et . Ab . Imperatore* (vel *Imperatoribus*) . *Honorato . Decurioni . Coloniæ* (vel *Operum*) . *Militi - - -*

ΛΛ ⁊ TEI
SIGNIFERO
CVRATOR
ET · ABIMPE
HONORAT
DECVRIONIC
M

Titulus honorarius Teium (vel Tertium aut quiddam simile) commemorans, signiferum et decurionem. Descripsi de marmore truncato quod in coronide fontis juxta viam, dum iter facerem prope vicum *Yalahdjek*, observavi. Hic dissitus est ab Alexandria plus minus quatuor millia passuum, unde lapidem advectum fuisse credo.

* * * * * * *

ASSOS.

بهرام قلعەسی.

CXCVIII. a. etc.

a. ΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΙΚΑΙΤΩΙΔΙ
b. ΟΙΕΡΕΥΣΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΘ
c. ΕΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ ⁊ ΟΔΕΑΥΤ
d. ΟΣΚΑΙΠΑΤΡΙΟΣΒΑΣΙΛΕΥ
e. Σ ⁊ ΚΑΙΙΕΡΕΥΣΤΟΥΔΙΟΣΤ
f. ΟΥΟΜΟΝΩΟΥ ⁊ ΚΑΙΓΥΜ
g. ΙΑΣΙΑΡΧΟΣ ⁊ ΚΟΙΝΤΟΣΛΟ

Καίσαρι Σεβαστῷ καὶ τῷ Δήμῳ ὁ ἱερεὺς τοῦ Σεβαστοῦ θεοῦ Καίσαρος, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ πάτριος βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ Ὁμονώου καὶ γυμνασίαρχος, Κόϊντος Λουκίλιος - - - - - - - - - - -

Titulus coagmentatus ex fragmentis quæ designavi per litt. a. b. c. etc. in eo ordine qui ad sensum extricandum maxime accommodatus videtur. Descripsi de partibus disjectis epistylii subter murum arcis qua meridiem versus spectabat. Litteræ fuerant manu peritissima incisæ grandioremque formam, ædificii quod hic olim stabat magnitudinem prædicantes, referebant[1].

Quod ad ordinem fragmentorum spectat, legentibus propono qui inter parietinas ipsas versatus excogitavi. Restat alter, mihi in primis probabilior visus ob hanc præsertim rationem quod species litteræ **P** in frustulis a. b. e. ab ea in ceteris ubi occurrit, c. d. g., discrepat. Hoc miror non ad se convertisse virorum doctorum qui in lemmate Böckhiano memorantur acies.

Ponamus licet nos habere plurium, vel saltem duorum, titulorum particulas qui in diversis partibus ædium inscribebantur, vel si hoc non concedatur, adeo ad amussim invicem respondentibus juncturis, sc. b cum c, c cum d, etc. inter exempla inconstantiæ opificum aliquando vel in egregiis monumentis obvia et hoc annumeremus oportet.

Argumentum hujusmodi est: dedicatur vel templum vel pars ejus Cæsari Augusto et Populo (sc. Romanorum). Deinde memoratur quidam cum prænomine *Quintus*, quod exceperat Lucilius, Lollianus, etc. qui sacerdos fuerat Divi Augusti Cæsaris rexque patrius et sacerdos Jovis Homonoi et gymnasiarcha. Hunc in ædibus struendis egregiam operam navasse concludendum est.

Ediderunt plures: Walpolius[m] (ex schedis Huntii), Richterus[n], ex quo enucleate Franckius[o], Leakius[p], Racszynskius[q], Böckhius[r],

[1] Non sane quantam narrat Fellowsius in Diario, p. 48. sc. *novem pollices*. Semissem hujus dixerim.

[m] Vide Memoirs, etc. p. 128.

[n] Itin. pp. 467. 576.

[o] Richt. Inschr. p. 236.

[p] Diary, etc. p. 128.

[q] Itin. tab. LV. 5.

[r] Vol. II. p. 870. n. 3569.

denique Fellowsius[s], cujus apographum concinnavit Yatesius. Hisce meum et exemplar a Borrellio commendatum adjungo. Discrepantiæ sunt, in fr. a. fin. Borr. **ΤΩΙΗ.** In c. omissum video articulum ante **ΔΕ.** In f. **ΟΜΟΝΟΥ.** In g. Böckhius habet **ΔΟ - -** ex quo *Domitium* vel quid simile conjicere possis. Cetera mecum convenit v. d., sed distinctionis notæ nec omnes adsunt nec quales in lapidibus.

CXCIX. h. etc.

h. **ЄΠΙCЄΞΤΟΥΑΠΠ**
i. **ΟΛΗΙΟ**
k. **ΥΑΝΘΥΠ**
l. **ΥΚΑΙΠΑΤΡ**
m. **ƱΝΟCΤΗCΠΟΛЄ**
n. **ΙΠΑΠ**
o. **CΤΑΘЄΙC**

Επὶ Σέξτου Ἀππολη̂ίου τοῦ ἀνθυπάτου καὶ πάτρωνος τῆς πόλεως, ὁ δεῖνα, υἱὸς τῆς πόλεως, φύσει Παπίου, ἀποκατασταθείσων ὑπ' αὐτοῦ τῇ πόλει ἐκ τῶν αὐτοῦ χρημάτων - - -

Titulus pari ratione cum præeunte conflatus ex fragminibus quæ in eadem regione de lapidibus diversis descripsi et in unum corpus, quatenus licebat, redigere conatus sum. Nominari videtur Sextus Appuleius[t] proconsulatum gerens, in cujus magistratu honorem cuidam fuisse delatum propter urbem in quadam parte ejus restitutam ex indiciis ad finem conjeceris.

Editum reperio a Richtero[u] aliquatenus, plenius a Fellowsio[v]:

[s] Diary, etc. pp. 49. et 317. in Append. A. n. IX.

[t] Nomen apparet in Fast. Consular. U. C. 725. ant. Chr. 29. Vide Eckhel. vol. VI. p. 79. b.

[u] Itin. ubi supra.

[v] Diary, ubi supra.

utrosque composuit Böckhius[w] qui in Addendis[x] contulit quoque exemplar Kiepertianum quod particulas h. i. k. l. m. o. et disjecta quædam complexum video. Nostra cum hisce comparavi, necnon apographum ad me missum a Borrellio.

In fr. h. admisit Böckh. **Ε** contra fidem marmoris. In i. legit Borrell. **ΟΛΝΙΟ - -** quasi fuerit nomen *Ogolnius* vel *Ogulnius*. In l. Böckh. habet tantum **ΥΚΑ.** In m. id. **ΠΟΑ** ad fin. In o. id. **ΤΑ ΘЄΙϹΟϹ.** Nimirum descripsit Fellowsiana, quibus deinde adjecit particulam octavam ex Richtero a loco præsenti, opinor, alienam. Vid. infr. CCI. Abest a Borrelliano fr. n.

CC. p. etc.

p. **ΑΙΠΑΤΡΩΝΟϹΤΗϹΤ**
q. **ΤΟΛЄΩϹ**
r. **ΠΟΚΑΤΑϹΤΑΘЄΙϹΩΝ**
s. **ΝΥΠΑΥΤΟΥΤΗΠΟΛ**
t. **ЄΚΤΩΝΑ**

- - - - *καὶ πάτρωνος τῆς πόλεως, ἀποκατασταθείσων ὑπ' αὐτοῦ τῇ πόλει ἐκ τῶν αὐτοῦ χρημάτων* - - - - - -

Hæc fragmina descripsi de lapidibus in regione amphitheatri, occidentem versus, jacentibus. Exhibui qualia conspexi, cum litteris finalibus **Π, Ν,** in vv. 1. 3., dimidiatis, deinde in q. s., secundum fracturas. In apographo quod ad me misit Borrellius repræsentantur ad amussim et lectiones et formæ litterarum, locatur vero inter q. et p. fr. t. quod juncturam turbat.

[w] Vol. II. p. 871. n. 3571.   [x] Ibid. p. 1129.

CCI. u.

ΤΟΝΑΠΟΚΑΤЄϹΤΑΘ

- - - τον ἀποκατεστάθη - - - -

Particulam (de qua monui in VV. LL. CXCIX. supr.) descripsi in eadem regione cum præeuntibus, iis fortasse adnectendam, quum et formæ et magnitudo litterarum invicem quadrent. Sed justam seriem efficere nequibam, ideo seorsum edidi.

CCII. v.

ΕΚΤΗΣΠΡΟΣΟΔΟΥΤΩΝΑΓΡΩΝΩΝΑΠΕΛΙΠΕΝΕΙΣΕΠΙΣΚΕΥ
ΗΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟΣΥΙΟΣΠΟΛΕΩΣΦΥΣΕΙΔΕΑ
ΠΕΛΛΙΚΩΝΤΟΣΕΠΕΣ. . . . ΣΘΗ

Ἐκ τῆς προσόδου τῶν ἀγρῶν ὧν ἀπέλιπεν εἰς ἐπισκευὴν τῆς πόλεως Κλεόστρατος υἱὸς πόλεως, φύσει δὲ Ἀπελλικῶντος, ἐπεσκευάσθη - - -

Titulus honorificorum numero fortasse accensendus. Edocemur partes quasdam ædium (Augustei ?) exstructas fuisse ope proventuum prædiorum quos Cleostratus quidam ad ornationem et instaurationem urbis reliquerat.

Descriptum habui in ea regione cujus mentionem feci in argumento n. CXCVIII., scil. inter parietinas templi quod Augusto fuisse dedicatum putaverim. Duplex erat fragmentum : in uno terminabant versus singillatim ΓΡ - - ΣΤΡΑΤΟ - - ΕΠΕ - - quorum supplementa alterum præbebat.

Edidit hunc titulum Böckhius[7] ex copiis Walpolii[8], Leakii[9],

[7] T. II. p. 871. n. 3570. Particulæ ab invicem discernuntur in edit. Böckh. per lineam duplicem.

[8] Memoirs, etc. pp. 128. 465.

[9] Diary, etc. p. 128.

Richteri[b] (ex quo Franck.[c]) Racszynskii[d], Fellowsii[e], Panofkæ. Nostris congruit omnino in lectt. non item in formis litt. quarumdam, quas secundum editt. accurate minus expressit.

CCIII. w.

ΕΚΤΗΣΠΡΟΣΟΔ . . ΤΩΝΑΓΡ
ΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟΣ . . ΣΠΟΛΕΩ

Ἐκ τῆς προσόδου τῶν ἀγρῶν ὧν ἀπέλιπεν εἰς ἐπισκευὴν τῆς πόλεως Κλεόστρατος υἱὸς πόλεως, φύσει δὲ Ἀπελλικῶντος, ἐπεσκευάσθη κ. τ. λ.

Titulus ejusdem coloris cum præeunte, nimirum munificentiæ Cleostrati commemoratio, et hic, instauratione facta partis cujusdam amphitheatri. Hoc colligendum reor ex lapide inter rudera ejus reperto.

CCIV. x.


ΟΥΘ _ _ ΚΔΟ
ΚΟϒϬϞΟΙ_ΘΝ___ΝϹΔΡΙΟΥ
ΚΑΙ___ϹΤΗΤΑΥ___ΗΔΑѠϟΑΤΟΑΙΨΑΕΡΑΤΟ
ΟϵΦѠΚ- ΔѠϹΙ
ΞΡϵΟϹΥ - - - - - - - - ΙΒ·ΚΑΙΟΡϵϹ

- - - - τοῦ θεοῦ· ἐκδόσεως γενομένης ὑπὸ - - - - τὸν κομψότατον τοῦ Συνεδρίου - - - - - καὶ ἐπιγραφῆς τῆς ταύτης ἐδηλώσατο σφράγισμα Ἐρατοσθένης ὁ Φωκαιεύς· ὃς δ᾽ ἂν ποιήσῃ τι παρὰ ταῦτα δώσει εἰς τὸ χρεωφυλάκιον δηνάρια β· καὶ Ὀρέστης - - - - - - - - - - -

[b] Itin. p. 576.
[c] Richt. Inschr. p. 242.
[d] Itin. tab. LV. Apographum miserat Panofka.

Sensum hujusce fragmenti qui mihi penitus arrideat extricare nequeo. Descripsi de lapide calcario coloris fusci jamdudum in putredinem abeunte et jacente ad partes occidentales ruderum templi memorati in tit. CXCVIII. Ægre potui vel disjectas voces vocumque fragmina ex acervo striarum cum litterarum tum sulculorum in saxo eruere: quinimo inter se dissident haud leviter elementa. Quæ in minusculis subjeci tentaminis loco accipiantur volo

CCV. y.



Ναοῦ τὸ σαθρὸν κήρυκος Κορνηλίου εἰς κάλλος ἦρεν σὺν πόθῳ τε καὶ
μόχθῳ αἰτῶν ἀμοιβὴν λύσιν πολλῶν σφαλμάτων
+ Ἄνθιμος ὁ πρόεδρος Σκαμάνδρου. Πόθῳ
ναοῦ τὸ τερπνόν, τὴν θέσιν, τὸ ποικίλον,
ὑπερφυῆ τε λαμπρότητα πᾶς βλέπων
τούτου νεουργὸν Ἄνθιμον λάτριν νοεῖ. +
Μοὶ αἰτῶν τῶν ἐν βίῳ καὶ λύσιν. Ἔτους
(ατεϛ΄?)

Claudo seriem Assiorum, ut in priore volumine Pergamena, allato insigni exemplo et scripturæ et stili semibarbari.

Refert hic titulus Anthimum quemdam, munus proedriæ Scamandri exercentem, refecisse ecclesiam dictam præconis (sc. prædicatoris) Cornelii et ad pristinum nitorem restituisse, precibus oblatis ut sibi pro labore et sumptu condonetur remissio peccatorum. Tempus instaurationis videtur innui ad finem, sed non perfecte assequor. In minusculis conjeci, *ατεϛ'*[e].

Descripsi de marmore hyperthyro ædium sacrarum ad partes septentrionales oppiduli *Beheram-Kal'ahsi* quæ nunc Mûhammedanorum sunt. Versuum ordines incidendi rationibus coactus mutavi. Primus et secundus summa occupabant in longum porrecti ita ut singularem efficerent. Dein, ad lævam subibant vv. 3. 4. 5. ad dextram, ornatu quodam sculptili interposito, 6. 7. 8.

Editam video a Böckhio[f] in minusculis particulam versus tertii, scil. Ἄνθιμος ὁ πρόεδρος Σκαμάνδρου, de qua præfatur v. d. in lemmate; *In epistylio inter parietinas Assi est titulus litteris inferioris ætatis scriptus in qua, Huntio teste in Diario, hæc habentur, etc.* Reipsa, describendi molestiam refugerat Huntius, nec admiserit chartam madefactam superficies marmoris vario ornatu insculpta.

* * * * * * *

ILIUM NOVUM.

حصارجك.

CCVI. a.

Ἀντωνίαν, τὴν ἀδελφιδῆν τὴν θεοῦ Σεβαστοῦ, γυναῖκα δὲ γενομένην Δρούσου Κλαυδίου, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ αὐτοκράτορος Τιβερίου Σεβ-

[e] Si hoc verum sit egregie confirmatur suspicio Villoisoni de oppidulo Scamandro cujus meminit Böckhius in nott. ad n. 3597. p. 884. Constare quoque videtur nomen Σκάμανδρος, quod a Plinio effertur *Scamandria* (v. 33. 2.) et in tit. Böckh. Σκάμανδροι.

[f] Vol. II. p. 871. n. 3572.

αστοῦ, υἱοσεβάστου, μητέρα δὲ Γερμανικοῦ Καίσαρος καὶ Τιβερίου Κλαυδίου Γερμανικοῦ καὶ Λειβίας θεᾶς Ἀφροδίτης Ἀγχισιάδος, πλείστας καὶ μεγίστας ἀρχὰς τοῦ θειοτάτου γένους παρασχοῦσαν· Φίλων Ἀπολλωνίου τὴν ἑαυτοῦ θεὰν καὶ εὐεργέτιν, ἐκ τῶν ἰδίων.

ΑΝΤωΝΙΑΝΤΗΝ
ΑΔΕΛΦΙΔΗΝΤΗΝΘΕΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΥΝΑΙΚΑΔΕΓΕ
ΝΟΜΕΝΗΝΔΡΟΥΣΟΥΚΛΑΥ
ΔΙΟΥΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥΤΟΥΑΥ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΤΙΒΕΡΙΟΥΣΕΒΑΣ
ΤΟΥΥΙΟΣΕΒΑΣΤΟΥΜΗΤΕΡΑ
ΔΕΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΚΑΙΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥ
ΔΙΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΚΑΙΛΕΙΒΙΑCΘΕΑCΑΦΡΟ
ΔΕΙΤΗCΑΝΧΕΙCΙΑΔΟC
ΠΛΕΙCΤΑCΚΑΙΜΕΓΙC
ΤΑΣΑΡΧΑCΤΟΥΘΕΙΟΤΑ
ΤΟΥΓΕΝΟΥCΠΑΡΑCΧΟΥC
ΑΝΦΙΛωΝΑΠΟΛ
ΛωΝΙΟΥ°ΤΗΝΕΑΥΤΟΥ
ΘΕΑΝΚΑΙЄΥЄΡΓЄΤΙΝ
ЄΚΤωΝΙΔΙωΝ

Titulus ex honorariis. Statuam posuerat Philo quidam, filius Apollonii, in honorem Antoniæ quam appellat *divam* ejus ob præclara ejus erga illum benefacta.

Fuit hæc Antonia quam *majoris* loco posuisse censetur Tacitus[5],

[5] Conf. Annal. IV. 44. Nimirum refert Tacitus *minorem* nuptam fuisse Domitio. Hoc scrupulo laborat Gronovius qui tollere conatur adhibita correctione. Vide not. crit.

Octaviæ, sororis Octaviani, quæ conjux fuerat M. Antonii IIIviri, filia. Cetera quæ hic narrantur, sc. de marito ejus Druso, liberisque Germanico, Claudio, Livia, ex fontibus historicis petenda sunt.

Titulum conscriptum fuisse post fato defunctam Antoniam constat ex v. 10. in quo *Germanicus* audit Claudius, et v. 18. ubi Antonia appellatur *diva*.

Descriptum habui de basi marmorea rotunda cum diametro quasi duorum pedum et quatuor alta in quam incidi inter parietinas vici a Turcis appellati *Halîlelî-keuî*. Locatur in planitie *Dûmbrek* et prope rivum *Dûmbrek-sû* quem miro errore putabat Scepsias fuisse Simoëntem. Contra, *Thymbrium* antiquum esse vel ex ipso nomine liquet, quod Turcæ, sicut expectaveris, explicare nequeunt, et *Dûmbrek-keuî*, *Thymbren* a Plinio[h] memoratam.

Nomen *Halîlelî* opinor corruptum esse ex Græco Καλοληνό, *pulcrum torcular*. Distat paululum Cæciam versus a viculo *Hissardjek*, hoc est, sede Iliensi[i], interfluente Thymbrio. Reliquiæ apud illum conspectæ et *Dûmbrek-keuî* asportatæ feruntur ab Ilio recenti; quapropter et hunc titulum et proxime sequentem quos in sepulcreto Turcico prope *Halîlelî* descripsi Iliensibus accensendos puto.

Inter editos non vidi, neque apographum habeo præter meum et Borrellianum, ex quo eliminanda sunt menda, ΓΥΝΑΚΑ in v. 6. ΑΦΡΟΔΕΤΗΣ in 11. ΙΛΙΩΝ in ult.

CCVII. b.

Ἡ Ἀτταλὶς φυλὴ Σέξτον Ἰούλιον Φίλωνα, τὸν κόσμον τῆς πόλεως, ἔπαρχον σπείρας Φλαβιανῆς, γυμνασιαρχήσαντα λαμπρῶς καὶ φιλ-

[h] Vide v. 33. 3. Θύμβρα, obv. in Strab. XIII. 1. p. 107. Tau. et Stephano Byzant.

[i] Aliter statuere videtur doctiss. Böckh. in lemm. n. 3595. p. 878. u. s. Sed arx veteris oppidi, aquæductus, theatrum, satis testantur situm quærendum esse apud *Hissardjek*.

οτίμως, καὶ πρῶτον τῶν ἀπ' αἰῶνος καὶ μέχρι νῦν μόνον ἐλαιομετρήσαντα τούς τε βουλευτὰς καὶ πολίτας πάντας, καὶ ἀλείψαντα ἐκ λουτήρων πανδημεί.

ΗΑΤΤΑΛΙΣ ΦΥ
ΕΞΤΟΝΙΟΥΛΙΟΝΦ
ΑΤΟΝΚΟΣΜΟΝΤΗΣΠ
ΕΩΣΕΠΑΡΧΟΝΣΠΕΙΡΗΣ
ΑΒΙΑΝΗΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΗΣΑΝΤΑΛΑΜΠΡΩΣΚΑΙΦΙ
ΟΤΕΙΜΩΣΚΑΙΠΡΩΤΟΝ
ΩΝΑΠΑΙΩΝΟΣΚΑΙ
ΜΕΧΡΙΝΥΝΜΟΝΟΝΕΛΑΙ
ΟΜΕΤΡΗΣΑΝΤΑΤΟΥΣ
ΤΕΒΟΥΛΕΥΤΑΣΚΑΙΠ
ΛΕΙΤΑΣΠΑΝΤΑΣΚΑ
ΨΑΝΤΑΕΚΛΟΥΤΗΡΩΝ
ΔΗΜΕΙ

Titulus honorificus laudes Julii Philonis, præfecti cohortis Flavianæ, quique munus gymnasiarchæ obierat, prædicat tribus Iliensium Attalis ob munificentiam ejus quam experti fuerant Buleutæ civesque universi in dono singulari olei.

Descripsi de basi marmorea quadrata quam inter parietinas in cœmeterio supradicto conspexi. Ætas manifeste limitatur per nomen cohortis.

Ediderunt plurimi quorum nomina in lemmate Böckhiano[k] recensita habemus, sc. Lechevalierium[l], Clarkium[m], (unde Osannus[n]),

[k] Conf. n. 3616. p. 900.

[l] Voyage de la Troade. t. III. p. 301. n. 2.

[m] Itin. T. II. P. I. p. 86. cum apogr. Walpol.

[n] Auctar. Lexic. Gr. p. 59.

Anthimum Gazem[o], (unde scriptor in Museo critico Cantabrigiensi[p]), Dallawaium[q], Turnerum[r], Richterum[s] (unde Franckius[t]). Schedas quoque contulit vir doctissimus a Köhlero missas, Duboisianas et Fauvelianas. Addo et ipse apographum duplex, meum et Borrellianum. Lectiones invicem congruere video; discrepare dumtaxat in paucis versuum ordinationes. Sed hoc leviculum.

* * * * * * *

PERGAMUM.

CCVIII. a.

Ἀκακία δὲ ἐπιχρηματισμός· ἰδίᾳ δὴ διὰ τὸ ὕδωρ θέσει εἶσ' ἀπ' αἰῶνος, καὶ λάβρον ἅμα εἶσ' ἐν κόσμῳ.

Ἐπ' ἀγαθὰ τοῖς τεχνίταις τὴν διατριβὴν ἐποίησε Νίκων ἐμπείροις ἀεὶ τῆς μνήμης χάριν. Θεῖα καθόλου, φύσεως ἅμα ἡδείας, ἀεὶ ὁ Κῶνος, ἡ Σφαῖρα, ὁ Κύλινδρος. Εἰ κύλινδρος περιλαμβάνοι ἀμφότερα θίγμα, ἡδεῖα ἐπαφὴ ἔσται σφαίρας, ἄνοιγμα ἡ διάμετρος ἴση πᾶσιν ἐγκυκλίαις διαμέτροις, ἀλλὰ ἰδίᾳ δὴ καὶ ὕψεσι· ἅμιλλα ὁ λόγος καὶ ἐν στερεῷ ἐστι προκοπὴ α' β' γ'· γεννικὴ θεία τις ἐξίσωσις, ἀλλὰ καὶ συμπαθία, τῶν στερεῶν ἀεὶ λόγος α' β' γ'· καλὰ δὲ καὶ θαυμάσια εἴη ἂν στερεὰ τρία σχήματα, ἀΐδιῃ γὰρ λόγον ἴσον ποιέει καὶ στερεοῖς καὶ ὅλαις ἐπιφανίαις. Ὁ Κύβος, καὶ εἰ ἐναρμόζοι Κύλινδρος, ἀλλὰ ἰδίᾳ καὶ θεία Σφαῖρα, ἅπασιν ἥγημα· Κύβος

[o] Vide Ἑρμ. λογ. Jun. et Jul. 1813. p. 113.

[p] Tom. I. p. 556.

[q] Constantinople, p. 384. Ed. Germ.

[r] Itin. tom. III. p. 227.

[s] Itin. p. 572.

[t] Richtersch. Inschrift. p. 221.

ΑΚΑΚΙΑΔΕΕΠΙΧ῾ΡΗΜΑΤΙΣΜΟΣ ῾ΑΨΚϚ
ΙΔΙΑΔΗΔΙΑΤΟΥΔΩ῾Ρ ῾ΑΨΚϚ
ΘΕΣΕΙΕΙΣΑΠΑΙΩΝΟΣ ῾ΑΨΚϚ
ΚΑΙΛΑΒ῾ΡΟΝΑΜΑΕΙΣΕΝΚΟΣΜΩ ῾ΑΨΚϚ
ΕΠΑΓΑΘΑΤΟΙΣΤΕΧΝΙΤΑΙΣ ῾Β῾ΡΝϚ
ΤΗΝΔΙΑΤ῾ΡΙΒΗΝΕΠΟΙΗΣΕΝΕΙΚΩΝ ῾Β῾ΡΝϚ
ΕΝΠΕΙ῾ΡΟΙΣΑ·Ι·ΤΗΣΜΝΗΜΗΣΧΑ῾ΡΙΝ ῾Β῾ΡΝϚ
ΘΕΙΑΚΑΘΟΛΟΥΦΥΣΕΩΣΑΜΑΗΔΕΙΑΣ ῾Τ
ΑΕΙΟΚΩΝΟΣ῾ΗΣΦΑΙ῾ΡΑΟΚΥΛΙΝΔ῾ΡΟΣ ῾Τ
ΕΙΚΥΛΙΝΔ῾ΡΟΣΠΕ῾ΡΙΛΑΜΒΑΝΟΙΑΜΦΟΤΕ῾ΡΑ
ΘΙΓΜΑ῾ΗΔΕΙΑΕΠΑΦΗ ῾Τ
ΕΣΤΑΙΣΦΑΙ῾ΡΑΣΑΝΟΙΓΜΑΗΔΙΑΜΕΤ῾ΡΟΣ
ΙΣΗΠΑΣΙΝ ῾Τ
ΕΝΚΥΚΛΙΟΙΣΔΙΑΜΕΤ῾ΡΟΙΣΑΛΛΑ
ΙΔΙΑΔΗΚΑΙΥΨΕΣΙ ῾Τ
ΑΜΙΛΛΑΟ῾ΛΟΓΟΣΚΑΙΕΝΣΤΕ῾ΡΕΩ
ΕΣΤΙΠ῾ΡΟΚΟΠΗ Α̅Β̅Γ̅ ῾Τ
ΓΕΝΝΙΚΗΘΕΙΑΤΙΣΕΞΙΣΩΣΙΣ
ΑΛΛΑΚΑΙΣΥΜΠΑΘΙΑ ῾Τ
ΤΩΝΣΤΕ῾ΡΕΩΝΑ·Ι·ΛΟΓΟΣ Α̅Β̅Γ̅ ῾Τ
ΚΑΛΑΔΕΚΑΙΘΑΥΜΑΣΙΑΕΙΗΑΝΣΤΕ῾ΡΕΑ
Τ῾ΡΙΑΣΧΗΜΑΤΑ ῾Τ
Α̣ΙΔΙΗΓΑ῾ΡΛΟΓΟΝΙΣΟΝΠΟΙΕΕΙΚΑΙ
ΣΤΕ῾ΡΕΟΙΣΚΑΙΟΛΑΙΣΕΠΙΦΑΝΙΑΙΣ ῾Τ
ΟΚΥΒΟΣΚΑΙΕΙΕΝΑ῾ΡΜΟΖΟΙΚΥΛΙΝΔ῾ΡΟΣ
ΑΛΛΑΙΔΙΑΚΑΙΘΕΙΑΣΦΑΙ῾ΡΑ ῾Τ
ΑΠΑΣΙΝΗΓΗΜΑΚΥΒΟΣΜΕΝ Μ̅Β̅
ΚΥΛΙΝΔ῾ΡΟΣΔΕΛ̅Γ̅ΣΦΑΙ῾ΡΑΔΕΚ̅Β̅ ῾Τ
ΙΔΙΑΤΟΙΟΣΔΕΤΟΥΤΩΝΕΙΗΛΟΓΟΣ ῾Τ
ΘΕΙΟΣΚΑΙΕΝΣΤΕ῾ΡΕΩΑΜΑΚΑΙΕΝΤΗ
ΟΛΗΔΕΕΠΙΦΑΝΙΑ ῾Τ
ΓΕΝΟΣΤΙΚΑΙΑΛΛΟΗΔΕΙΟΝ
ΟΥΔΕΝΕΝΒΙΩΕΘΑΥΜΑΣΑ ῾Τ
ΩΣΚΟΣΜΟΥΑΜΑΕΠΙΔ῾ΡΟΜΗ
ΑΛΕΚΤΟΝΑ·Ι·ΚΕΙΝΗΣΙΑΝ ῾Τ
ΚΑΙΤΟΥΗΛΙΟΥΑΝΑΒΑΣΕΙΗΔΕΙΑΝ
ΑΙΔΙΗΥΠΕΝΑΝΤΙΑΝΚΕΙΝΗΣΙΝ ῾Τ
ΚΑΙΑΜΑΔΗΦΩΣΑΓΑΘΟΝΠΑΝΤΩΝ ῾Τ
ΠΑΓΙΟΝΤ῾ΡΟΦΗΑΠΑΣΙΚΑΙΖΩΟΙΣ
ΚΑΙΓΕΝΗΜΑΣΙΝ ῾Τ
ΜΟΥΣΩΝΑ῾ΡΞΕΙΓΕΩΜΕΤ῾ΡΙΑ ῾Τ

μὲν μβʹ, Κύλινδρος δὲ λγʹ, Σφαῖρα δὲ κβʹ· ἰδίᾳ τοιόσδε τούτων εἴη λόγος θεῖος, καὶ ἐν στερεῷ ἅμα καὶ ἐν τῇ ὅλῃ δ' ἐπιφανίᾳ.

Γένος τι καὶ ἄλλο ἥδιον οὐδὲν ἐν βίῳ ἐθαύμασα ὡς κόσμου ἅμα ἐπιδρομῇ ἄλεκτον ἀεικινησίαν, καὶ τοῦ ἡλίου ἀναβάσει ἡδεῖαν ἀϊδίῃ ὑπεναντίαν κίνησιν, καὶ ἅμα δὴ φῶς ἀγαθὸν πάντων, πάγιον τροφῇ, ἅπασι καὶ ζώοις καὶ γενήμασιν.

Μουσῶν ἄρξει γεωμετρία.

Titulus ad physicam et geometriam spectat. Insunt flores orationis Byzantinæ quos decerpsisse vix operæ pretium fuerit nisi ad captanda studia mathematicorum.

Enuntiantur theoremata de rationibus quas ad invicem habent Conus et Cylindrus quibus eædem sint basis et altitudo cum Sphæra in hoc inscripta. Hæ ordinatim statuuntur 1 : 2 : 3. Hanc partem diatribæ (quam appellat) concludit Nico in vv. 8–20. Deinde ad alteram pergit quæ versatur in rationibus cum invicem molium et superficierum cubi inque eo inscriptorum cylindri et sphæræ, quas justo ordine definit 42 : 33 : 22. Hoc argumentum tractatur in vv. 21–31. Satis est, quod ad ceteros attinet, dixisse, versus 1–4. ad physicum quid ἀκατάληπτον spectare quod argutioribus ut capiant permitto, et vv. 5–7. exordii vicem ad geometrica præstare, quæ nimirum profitetur Nico se in usum delectationemque artificum peritorum condidisse: dein, clausulam totius, sc. 32–41., in astronomicis et physicis versari, videlicet Solis Mundique universi motu et grato luminis impulsu pabulum creatis omnibus suppeditante.

Descriptum habui de marmore sepulcrali (nunc saltem in tumulum imposito[u]) candoris eximii quod in cœmeterio ecclesiæ Pergam-

[u] Hoc notatum volo propter diverse de eo tradita in Lemmate et notis ap. Böckh. pp. 859. sq.

enæ *Ayo Theodhoro* (τοῦ ἁγίου Θεοδώρου) positum in recessu proxime ab ædibus monstravit mihi Diaconus. Litteris majusculis usus sum usque ad v. 24., ceteris premente occasione ταχυγράφος.

Edidit Böckhius[v], citatis auctoribus Choiseul-Gouffierio[w], Cyrillo[x], Turnero[y], Osanno[z], Idelero[a]; schedis quoque Rochetti et Cousinerii. Cum Böckhiano contuli apographum quod feci ipse et Borrellianum quoad licuit, nam versus omnes post vigesimum quartum omissos habuisse virum præstantem reperi.

Mecum in omnibus video consentire Böckhium, nisi quod in v. 31. transtuli ex lapide **ΔΕΕΠΙΦΑΝΙΑ**, quod ille **ΔΕΠΙΦΑΝΕΙΑ**. Habet Borrellius in v. 1. **ΑΚΑΙΚΙΑ**. in 3. init. **ΘΕΣΕΙΕΕΙΣ**. in 4. init. **ΚΑΓΛΑΒΡΟΝ**. Deinde in 5. **ΕΠΑΤΑΘΑ**. in 7. **ΜΝΜΗΣ**. in 15. **ΙΔΓΑΔΗΚΑΙΥΨΕΣ**. in 18. **ΕΞΙΣΟΣΙΣ**. in 19. **ΣΙΜΠΑΘΙΑ**. in 23. **ΠΟΙΣΕΙ**.

In ephemeride Zachii supra laudata demonstravit Idelerus per calculum arithmeticum hæc theoremata Niconis principiis geometricis probe convenire, hoc tantum præmisso quod pro ratione 3.14159 etc., nempe circumferentiæ circuli ad diametrum $= 1$, adhibuit Pergamenus majorem limitem Archimedeum $\frac{22}{7}$, hoc est, 3.14285 etc. Ignoscant spero legentes mihi in hisce aliquantisper immoranti ad formulas notas geometriæ analyticæ revocatis.

Notissimum est theoremata de capacitatibus solidis et superficiebus pendere singillatim ex formulis[b]

$$u = \iint z dx\, dy, \tag{1}$$

et

$$s = \iint dx\, dy \sqrt{1 + p^2 + q^2}, \tag{2}$$

[v] Vol. II. p. 859. n. 3546.

[w] Voyage Pitt. t. II. p. 171.

[x] Ἑρμ. λόγ. Febr. 1813. pp. 63. s.

[y] Itin. vol. III. pp. 272. s.

[z] Syllog. Inscr. p. 385.

[a] Zachii Ephemer. tom. XXIII. pp. 257. ss.

[b] Vide Lacroix, *Traité élém. de Calcul Différentiel, etc.* P. II. ss. 247. 251.

nimirum, ratione habita trium coordinatarum x, y, z, et positis $\frac{dz}{dx}=p$, $\frac{dz}{dy}=q$. Deinde ex calculo secundum æquat. (1) constituto prodire valores

$$2\pi r^3,\ \tfrac{4}{3}\pi r^3,\ \tfrac{2}{3}\pi r^3,$$

quorum primus refert capacitatem cylindri, secundus sphæræ in eo inscriptæ, tertius coni, et litteræ π, r, singillatim, 3.14159 etc. et semidiametrum sphæræ.

Jam si ponamus l pro latere coni, eruitur ex integrali (2) superficies ejus, πrl. Pariter et cylindri, $6\pi r^2$, et sphæræ, $4\pi r^2$. Sed in re præsenti $l=r\sqrt{5}$[c], quo valore substituto in expressione prima, proveniunt ordinatim integrales

$$\pi r^2\sqrt{5},\ 6\pi r^2,\ 4\pi r^2.$$

Proinde habemus rationes ad invicem mensurarum solidarum 3 : 2 : 1. Superficierum quoque $3:2:\frac{1}{2}\sqrt{5}.$, id est, 3:2:1.11833, quæ satis fortasse, pro geometria Niconis, rationem $\frac{22}{7}$ adhibente, ad priores accedunt.

Iisdem vestigiis habemus capacitates solidas cubi, cylindri in eo inscripti, et sphæræ,

$$8r^3,\ 2\pi r^3,\ \tfrac{4}{3}\pi r^3,$$

et superficiales,

$$24r^2,\ 6\pi r^2,\ 4\pi r^2.$$

Sed in calculo Pergameni ponamus pro π limitem majorem Archimedeum $\frac{22}{7}$ oportet, quo facto prodeunt valores supra scripti,

$$168r^3,\ 132r^3,\ 88r^3,$$

et

$$168r^2,\ 132r^2,\ 88r^2,$$

hoc est, rationes ad minimos terminos redactæ, 42 : 33 : 22.

[c] Sc, posita altitudine $=a$,

$$l=\sqrt{a^2+r^2}=\sqrt{5r^2}.$$

In ante dictis expressi rationes (*approximatas* quas vocant geometrici) superficierum coni, sphæræ, et cylindri, quæ stare possunt donec certior factus sum Niconi non propositum fuisse ut hanc quæstionem expediendam sumeret. Videtur equidem moveri in vv. 21–24, quos perinde intellexerim ut τρία σχήματα in v. 22. non de cubo dumtaxat, sphæra, cylindro, simul junctis, sed et de iis quæ præeunt, dicantur. Magis sane elucescit oratio scabra et impedita, subaudito ante ὁ κύβος in v. 25. ὁμοίως, vel quodam simili.

Secus videtur judicasse doctissimus Böckhius qui claudit periodum in v. 20., sublata distinctione post ἐπιφανίαις in 24. Hoc, si magis arrideat, per me amplectantur legentes licet.

* * * * * * *

Monenda quædam volo inter Pergamena versatus de fasciculo priore vel ampliore illustratione vel correctione indigentia.

FASCIC. I. TIT. XXIII. e. p. 94.

Video editum a Böckhio[d] ex Choiseulgouffierio, Turnero, Cyrillo omissis notis diæreticis in vv. 2. 6. 7. In v. 4. legit v. d. ΝΕΙΚΩΝΝΕ ΟΣ, haud dubie contra fidem marmoris. Censet porro, opinor hac prava lectione Cyrilli fretus, eundem fuisse hunc Nicodemum cum Nicone in titulo CCVIII. 6. memorato.

FASCIC. I. TIT. XXIV. f. p. 96.

Exstat inter Böckhianos[e] ex iisdem auctoribus cum Ι postscripto fere constanter omisso. Huic marmor refragatur. Sed pluris valet meminisse quod in v. 1. legit v. d. ΔΙΑΤΑΓΕΙΣΑΙΔΙΑΓΝΩΜΗ, cum interpretatione duriuscula, *sententia propria constituta*. Parum intel-

[d] Vol. II. p. 858. n. 3545. ubi vide Lemma.

[e] Ibid. n. 3544.

ligendam reor, sed vel ob hanc causam plus sapit decorem Byzantinum. Nostro favet magis, in prima parte saltem, apographum Turneri[f]: sed fatendum est lectiones Choiseulgouffierii, quas in primis sequutus est Böckhius, accuratius *ἰσοψηφίαν* infra notatam exprimere. Ad vocem in v. 4. sc. *μετριότητι*, conferenda sunt quæ de formula inter Byzantinos usitata notavit Suicerus in *Thesauro Ecclesiastico*[g].

Quod ad litteras numerales versibus singulis appositas in hoc titulo, et tribus (1. 4. 7.) in XXIII., attinet, quasque *epocham* definire conjeci in nota ad v. 5., simillimum veri existimo indicare eas *ἰσοψηφίαν*, nimirum æqualitatem numeralem in versibus quibus postpositas habemus. Consimiliter se res habet in tit. CCVIII., ubi series triplex constituitur, sc. 1–4., cum valore arithmetico 1726. dein, 5–7. cum 2156. et 8–41. cum 3000., quam summam conficiunt versus partim singuli, partim etiam bini. Hac lege contexta occurrunt Leonidæ Alexandrini epigrammata XI–XIV. XVI. XVIII. XXI. XL. notante Passovio[h].

[f] Nempe, ΔΙΑΓΑΙΗΣ. Reliqua a nostris discrepant.

[g] Tom. II. p. 368. a.

[h] Handwört. der Gr. Spr. in voc. *ἰσόψηφος*, p. 1128. a. Comp. Antholog. (Jacobs.) tom. II. pp. 174. ss.

PAMPHYLIA.

ASPENDUM.

بعلقيز ?

CCIX. a.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝΖΗΝΩΝ.
ΘΕΟΔΩΡΟΥΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΑΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥ
ΤΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕΡΓΟΝΕ..ΔΕΔΩΚΟΤΑ
ΑΓΩΝΑΓΥΜΝΙΚΟΝΓΕΝΕΘΛΙΟΝΤΟΥΘΕΑ
ΔΗΝΑΡΙΑΤΡΙΣΧΕΙΛΙΑΚΑΙΙΣΕΥΦΗΜΟΝΕΚΚΛΗ

Η Βουλὴ *καὶ ὁ* Δῆμος *ἐτίμησεν Ζήνωνα Θεοδώρου, ἀρχιτέκτονα τοῦ θεάτρου εἰς τὸ τῆς πόλεως ἔργον εἰσδεδωκότα δηνάρια - - καὶ εἰς ἀγῶνα γυμνικὸν γενέθλιον τοῦ θεάτρου δηνάρια τρισχίλια, καὶ εἰς εὔφημον ἐκκλησίαν δηνάρια ὀκτακισχίλια* - - - - - - - - - - - -

Titulus commemorat honorem a Senatu Populoque Aspendiorum profectum in Zenonem quemdam qui theatrum exstruxerat variosque sumptus in certamen gymnicum natale theatri (credo, eo tempore quo perfectum fuerat opus celebratum) erogaverat; in conventum (**ἐκκλησίαν**) quoque eadem occasione, ni fallor, habitum, idcirco nuncupatum **εὔφημον,** hoc est, *faustum, bene ominatum, religiosum.* Res quoque probabilis videtur (conf. v. 3.) Zenonem ex propriis contulisse pecunias in erectionem theatri. Vide argumentum tit. ccxi. infr.

Descriptum habui de marmore inter parietinas theatri in vico Turcico *B'alkîz*[i] ad *Eurymedontem* (كوپرى صو[k]) sito. Crediderim cum quibusdam reliquias hic conspici veteris *Aspendi:* certe congruit situs cum descriptione Plinii, urbisque antiquæ nobilitatem testantur rudera adhuc existentia. Contra, quidam (ex. c. Baro de Behr) putant quæri debere *Aspendum* apud viculum *Stavrós* (Σταυρός), et in *B'alkîz* exstantes reliquias esse vel *Isiondæ* vel *Lyrbes* vel etiam *Selges*. En intervalla ampla satis!

Apographum contuli a D^no^ Ross de Bladensburg descriptum et ad me a Borrellio missum. Notanda veniunt; in v. 1. **ΕΤΙΜΗ** etc. in 2. **ΘΕΟΔΩΡΟΝΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝ.** in 3. **ΤΟΝ**, deinde **ΠΟΛΕΟΣ** et **ΕΙΠΔΕΔ** etc. in 4. **ΓΥΜΝΗΚΟΝ.** in 5. **ΕΥΗΜΟΝΕΚΥΛΗ.**

CCX. b.

. . . .
ΗΝΩΝΑΘΕΟΔΩΡΟΥΑΡΧΙ . . . . ΟΝΑ . Ο .
. ΑΤΡ . ΥΚΑ . . . ΤΟ . . . . ΕΡΓΟΝ
. . . . . ΟΝΓΕΝ
. . . . . ΚΟΤΑΤΡΙΣ
ΕΥΦΗΜΟΝΕΚΚΛΗ . . . .
ΗΤΕΝΕΩΚΟΡΟΣ - - - - - - - - - - - - ΝΙ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑ - - - - - - - - - - - ΔΤΛ
ΟΜΑΙΟΥΑΜΔΗΑΝΟ - - - - - - - - ΝΕΝΓ
ΙΥΠΛΕΟΣΙΝΤΚΤΟΥΑΡΜΟ - - - - - - - - -

Ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος ἐτιμησαν Ζήνωνα Θεοδώρου, ἀρχιτέκτονα

[i] Appellatur *Balkesü* in lemmat. Franzii n. 4342. *d.*

[k] Prorsus ut nos dicimus *Bridgewater*. Nomen in Tab. geogr. vulgo effertur *Kaprisû*, in quo affinitatem notes cum stagno *Kapria* inter *Cestrum* (اق صو) et *Eurymedontem*. Conf. Strab. XIV. 5. p. 218. Videtur appellatio prior non nihil illustrare verba Strabonis, XII. 7. ult. γέφυραι δ' ἐπίκεινται ταῖς ὁδοῖς.

τοῦ θεάτρου, καὶ εἰς τὸ τῆς πόλεως ἔργον εἰσδεδωκότα δηνάρια - - καὶ εἰς ἀγῶνα γυμνικὸν γενέθλιον τοῦ θεάτρου εἰσδεδωκότα τρισχίλια, καὶ εἰς εὔφημον ἐκκλησίαν δηνάρια ὀκτακισχίλια - - - - - ἥ τε νεωκόρος πόλις τῶν Ἀσπενδέων ἐτίμησεν εὐνοίας ἕνεκα καὶ - - - - ἀγάπης - - - - Ῥωμαίου - - - - πλείοσίν τε τοῦ ἁρμο - - - - - - - -

Titulus honorificus ad eundem tenorem cum præeunte compositus. Abest exordium in quo facta erat mentio Senatus Populique qui laudes contulerant. In clausula habemus quædam prioris supplementa, sed deleta adeo ut lectiones sinceras difficile admodum sit eruere. Civitas ad quam pertinuerat videtur appellari *Neocora* in v. 6. In v. penultimo digammum posui, quam et in nummis Aspendiorum Eckhelius[1], nisi forte (quod probabilius est) sit error lapidem male habitum tractantis.

Descriptus est de hyperthyride portæ quæ alteri unde titulum CCIX. retuli respondebat. Injuriam marmori factam vel ex apographo Rossiano intellexeris: **ΗΝΩΝΛΘΕΔΟΡΟΥΡΧΗ - - ΟΙΙΛΙΟ - - ΠΑΤΡ[F]ΥΚ - - - ΤΟΝ - - - - - - - ΕΡΓΟΝ** etc. Dein, in v. 3. fin. **ΥΝΤΕΙ.** in 5. pr. **ΕΛΤΙΟΥΑΓΑΠ.** In ceteris pariter.

CCXI. c.

ΚΕΙΜΕΝΩΚΟΣΜΩΖΗΝΩΝ
ΕΚΤΩΝΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥΑΝΕΘΗ
ΓΥΜΝΙΚΟΝΓΕΝΕ . . . ΟΝΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥ✕ΤΡΙΣ
ΦΗΜΟΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΕΧΑΡΙΣΑΤΟΚΗΤΟΙΣΠΡΟΣΤΩΝ

- - - σὺν τῷ προσκειμένῳ κόσμῳ Ζήνων Θεοδώρου ἀρχιτέκτων τοῦ θεάτρου ἀνέθηκεν, καὶ εἰς ἀγῶνα γυμνικόν γενέθλιον τοῦ θεάτρου

[1] Doctr. Vet. Num. vol. III. p. 9. a.

δηνάρια τρισχίλια, καὶ εἰς εὔφημον ἐκκλησίαν ἐχαρίσατο δηνάρια ὀκτακισχίλια· τοῖς πρὸς τῶν - - -

Hunc titulum habui ex hyperthyro portæ quæ ad præcinctionem (*διάζωμα*) ducebat e regione scenæ positæ. Laudes, ut in ceteris, Zenonis, qui ad ornationem ædificii quædam ex re theatrali contulerat, prædicantur; qui porro largitionibus pecuniæ auxerat certamen gymnicum, conventum prospera ominantem, etc. Mutilus est et in capite et fine.

Hunc titulum reperio inter copias Franzianas editum ex apographo Schönbornii quod ad Böckhium miserat[m]. Habeo et exemplaria a DD. Rossio de Bladensburg et Jens Pellio confecta inter schedas Borrellianas.

Primus versus tituli Böckhiani in quo fragmenta **ΙΟ - - - - - - - ΔΙ -** (hic fortasse latet **ΔΙΑΖΩΜΑ**) insunt abest a nostro. Deinde habemus in v. 3. (Bö. 4.) **ΓЄΝΕΘΑΙΟΝ**. Cetera confusa et disjecta. 'In Rossiano ult. **ΕΥΗΜΟΝΩΝΕ . . ΟΝΙΟΨΟΕΛΥΡΟΥΣΡΥ** et **ΟΗ . ΟΝΕΚ ΚΛΗΣΙΑΝ** etc. Pellius non nihil accuratiora: **ΓΥΜΝΙΚΝΕΝΕΘΜΟΝ ΤΟΥΘΕΑΤΡΟΥΧΕΡ - - ΣΕΥΦΙΜΟΝΕΧΚΛΗΣΙΑΝ - - - ΟΥΣΠ - - - Ω.**

CCXII. d.

DIS . PATRIIS . ET . DOMVI . AVGVSTORVM
EX . TESTAMENTO . ACVRTII . CRISPINI . ACVRTIVS . CRISPINVS . ARRVN
TIANVS . ET . ACVRTIVS . AVSPICATVS . TITINNIANVS . FECERVNT
ΘΕΟΙΣ . ΠΑΤΡΙΟΙΣ . ΚΑΙ . ΤΩ . ΟΙΚΩ . ΤΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΕΚ . ΔΙΑΘΗΚΗΣ . ΑΚΟΥΡΤΙΟΥ . ΚΡΕΙΣΠΕΙΝΟΥ . ΑΚΟΥΡΤΙΟΣ . ΚΡΕΙΣΠΕΙΝΟΣ . ΑΡΡΟΥΝ
ΤΙΑΝΟΣ . ΚΑΙ . ΑΚΟΥΡΤΙΟΣ . ΑΥΣΠΙΚΑΤΟΣ . ΤΙΤΙΝΝΙΑΝΟΣ . ΕΠΟΙΗΣΑΝ

Diis . Patriis . Et . Domui . Augustorum . Ex . Testamento . Acurtii . Crispini . Acurtius . Crispinus . Arruntianus . Et . Acurtius . Auspicatus . Titinnianus . Fecerunt.

[m] C. I. vol. III. Fascic. I. p. 172. n. 4342. *d.*

Θεοῖς πατρίοις καὶ τῷ οἴκῳ τῶν Σεβαστῶν ἐκ διαθήκης Ἀκουρτίου Κρεισπείνου Ἀκούρτιος Κρεισπεῖνος Ἀρρουντιανὸς καὶ Ἀκούρτιος Αὐσπίκατος Τιτιννιανὸς ἐποίησαν.

Commemorat titulus bilinguis structionem dedicationemque portæ theatralis secundum testamentum Acurtii Crispini per Arruntianum et Titinnianum.

Descriptum habui de hyperthyro portæ orientalis. Exstabat et alter in vicinia hujus portæ iisdem prorsus verbis compositus quatenus ex fragmento ejus superstite judicare licet, sc.

CVRTIVSCRISPINVSARR.N
FECERVNT
INOYAKOYP..ΟΣΚΡΕΙΣΠ
ΟΣΑΥΣΠΙΚΑΤΟΣΤΙΤΙΝΝΙΑΝ

- - - - - - - - - - -

CCXIII. e.

ΔΗΜΑΡΧΟCΛΟΛΛΙΟC.

e. *Δήμαρχος Λόλλιος.*

CCXIV. f.

✝ΖΟΗϟΓΥΚΛΚΥΔΡΕΟϟ

f. Τὸ (sc. *ἕδος*) *Ζωῆς γυναικὸς Κλαυδίου Κυδρέως.*

CCXV. g.

T. . . ACΓΛΥCIOYKO
NωNOC

g. *Τατίας Πλουσίου Κόνωνος.*

Titulos descriptos habui de gradu secundo sedilium amphitheatri qua cameras arcuatas tangit. Quod in centro positum fuerat designabatur per tit. CCXIII. Cetera hinc inde. Sed nusquam ad partes

laterales comparuit designatio, nimirum ad spectandum minus idonee comparatas.

Sedile n. CCXIII. ad demarchum Lollium pertinebat: n. CCXIV. ad Zoen(?) conjugem (sic enim interpretandum reor ΓΥ) Claudii Cydrei. Litteræ in hoc titulo fuerunt valde obscuratæ formaque inconcinna. Cave ne interpreteris ☥, *τόπος*. Sedile n. CCXV. ad Tatiam filiam Plusii Cononis.

* * * * * * *

ATTALIA.

ادعليه.

CCXVI. a.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙΣΑΡΑΘΕΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙ
ΚΟΥΥΙΟΝΘΕΟΥ
ΝΕΡΟΥΑΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΟΛΥΜ
ΠΙΟΝΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙ
ΔΟΣΣΩΤΗΡΑΤΗΣΟΙ
ΚΟΥΜΕΝΗΣΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱόν, θεοῦ Νερούα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἁδριανόν, Σεβαστόν, Ὀλύμπιον, Πατέρα πατρίδος, Σωτῆρα τῆς οἰκουμένης, ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος.

Titulus in honorem Hadriani contextus in quo *Olympius*[n], *Pater patriæ*[o], *Servator imperii Romani*[p], audit Imperator illustris. De basi statuæ a Senatu et Populo Attalensi positæ jacente inter parietinas veteris urbis descriptum habui. Mireris incuriam quadratarii in v. 5.

CCXVII. b.

ΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙΩΙ
ΤΩΙΟΛΥΜΠΙΩΙΑΡΧΙ. . . . ΜΕΓΙΣΤΩΙΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΣΩΤΗΡΙΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ . . . . ΗΒΟΥΛΗΚΑΙ

Αὐτοκράτορι Καίσαρι, θεοῦ Τραϊανοῦ υἱῷ, θεοῦ Νερούα υἱωνῷ, Σεβαστῷ, Ὀλυμπίῳ, Ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τό - - Ὑπάτῳ τό - - Σωτῆρι τῆς οἰκουμένης - - - ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος - - - -

In hoc titulo designatur Hadrianus Olympius, Pontifex Maximus, Tribuniciæ potestatis: deinde sequebatur mentio consulatus, sed hic (ut in tribunatu) conspicitur lacuna. Quæ sequitur post **ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ** suppleverim per **ΑΤΤΑΛΕΩΝ**. Injuria videtur fuisse marmori facta de industria.

Descriptum habui de hyperthyride portæ Attalensis. Est nimirum de quo monui in nota subjecta([p]). In edit. Franz. conspicitur **ΜΕΠΖ** in v. 2. nec recte distribuitur v. 3.

CCXVIII. c.

Σεβαστοῦ ἀδελφὴν Παυλίναν Ἰουλία Σάγκτα.

[n] Conf. tit. CXXXIV. 5. supr. et Fascic. I. pp. 203. 205.

[o] Vide de hoc titulo Hadriani Eckhel. *D. N. V.* vol. VI. pp. 515–17.

[p] Conf. Fascic. I. tit. XIX. p. 83. ubi hoc variatur in vv. 7. seq.

Titulum alterum Attalensem in honorem Hadriani edidit ex schedd. Beaufortianis Franzius in Fascic. tit. supr. p. 170. n. 4339., tempore, opinor, recte constituto.

ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΔΕΛ
ΦΗΝΠΑΥΛΕΙΝΑΝ
ΙΟΥΛΙΑ
ΣΑΝΚΤΑ

Paulina, soror Imperatoris, honoratur a Julia Sancta. Oritur quæstio, cujusnam? Franzius putat Maximini, cui et fuerat nupta. Hoc sensum vellicat. Prætulerim Hadriani, si verum sit quod alicubi memoratum reperi eum sororem habuisse Paulinam.

Titulum ex basi in maceriam illata transtuli. Edidit et nuper Franzius[q] ex schedis Beaufortianis quibus insunt menda ΑΔΕΙΦΗΝ ΠΑΥΛΞΝΑΝ.

CCXIX. d.

ΡΟΥ. ΟΝ. ΕΑΝΙΑΝΚΟΣ
ΜΙΟΝΛΑΝΠΡΟΝΚΑΙΕΝΑ
ΟΝΚΑΙΣΩΦΡΟΝΑΕΠΑΡ
ΧΟΝΤΕΧΝΕΙΤΩΝΥΙΟΝ
ΓΑΙΟΥΛΙΚΙΝΝΙΟΥΦΛΑΜ
ΕΠΑΡΧΟΥΤΕΧΝΕΙ
ΤΩΝΚΑΙΙΕΡΕΩΣΔΙΑΒΙΟΥ
ΔΙΟΣΤΡΟΠΑΙΟΥΧΟΥΖΗ
ΣΑΝΤΑΚΑΛΩΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
ΤΟΔΑΠΑΝΗΜΑΕΠΟΙΗΣΑΤΟ
ΟΠΑΤΗΡΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ

Ῥοῦφον, νεανίαν κόσμιον λαμπρὸν καὶ ἐνάρετον καὶ σώφρονα, ἔπαρχον τεχνιτῶν, υἱὸν Γαΐου Λικιννίου, φλαμέντου, ἐπάρχου τεχνιτῶν καὶ ἱερέως διὰ βίου Διὸς τροπαιούχου, ζήσαντα καλῶς, ἀρετῆς ἕνεκα· τὸ δαπάνημα ἐποιήσατο ὁ πατὴρ μνήμης χάριν.

[q] Ubi supra, n. 4340.

CCXX. e.

. . . .
ΝΚΟΣΜΙΟΝΚΑΙΣ
ΟΝΑΕΠΑΡΧΟΝΤΕΧΝΕΙ
ΩΝΥΙΟΝΓΑΙΟΥΛΙΚΙΝΝΙ
ΟΥ. . . . ΕΠΑΡΧΟΥ
ΤΕΧΝΕΙΤΩΝΚΑΙΙΕΡΕΩΣ
ΔΙΑΒΙΟΥΔΙΟΣΤΡΟΠΑΙΟΥ
ΧΟΥΖΗΣΑΝΤΑΚΑΛΩΣ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
. ΟΔΑΠΑΝΗΜΑΕΠΟΙΗΣΑΤΟ
ΟΠΑΤΗΡΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ

'Ροῦφον, *νεανίαν κόσμιον καὶ σώφρονα κ. τ. λ.* ut in tit. prægr.

Uterque ex honorificis est. Memoria Rufi (?) cujusdam qui fuerat Præfectus fabrûm conservatur propter vitam decore et honeste actam a patre Licinio, ipso Flamine, Præfecto fabrûm, et sacerdote per vitam Jovis tropæati. Nihil discrepant tituli nisi quod in ccxx. omissa cernimus ΛΑΝΠΡΟΝΚΑΙΕΝΑΡΕΤΟΝ. Descriptos habui de basium fragmentis inter parietinas Attalenses.

Mea contuli cum exemplaribus quæ nuper mecum communicavit Borrellius. In primo obvia incuriosius descripta, ΡΟΥΙΟΝΔΕΑΝΙΑΝ ΚΟΣΜΙ.ΙΩΝΑΛΑΝΠΡΩΝ. Deinde in v. 5. ΛΙΚΙΙΝΝΙΟΥ. ibid. sq. ΦΛΑΜΜΕΠ etc. in 8. ΠΡΟΠ etc., quod in altero repetitum habemus, cum ΛΙΚΙΝΝΙ.ΤΟΥΑΟΩΝ in 3–4. In hoc ultimo vestigia agnoveris lect. ΦΛΑΜ, quæ in titulo (d.) luculenter exstat.

CCXXI. f.

Τὸν *δεῖνα* Κα- (sc. Καπιτωλῖνον? vel Κλ. sc. Κλαύδιον?) - - - - - -

ἔπαρχον Κιλικέων *καὶ* Παμφύλων, *ἔπαρχον σπείρας* - - Βρεταννικῆς, *χιλίαρχον πρώτης σπείρας* Ἀπολλιναρίας, *ἔπαρχον εἴλης* - - Δαρδανῶν, *ἔπαρχον ἔθνους πρώτου* Ῥοδίων - - - - *συγκλητικόν, φίλον καὶ χρήσιμον γενόμενον τοῖς οἰκιστῆρσι* - - - - - Παμφυλίας - - - - -

ΚΑ . . . .
ΛΙ . Ε . ΝΚΑΙΠ . . . . Λ . ΩΝΕΠΑΡΧΟΝΣ
ΡΗΤΑΝΝΙΚΗΣ . ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΝΑΣΓ
ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΑΣΕΠΑΡΧΟΝΕΙΛΗΣ
ΡΔΑΝΩΝΕΠΑΡΧΟΝΕΘΝΟΥΣΛΡΟ
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΟΝΦΙΛΟΝΚ
ΟΝΤΕ . . ΝΟΜΕΝΟΝΤ . . . . ΚΕΙΔΑΣ
ΠΑΜ . . Α . . . .

Titulus in honorem cujusdam qui (de colonis Romanis in Pamphylia?) bene meritus fuerat. Sic colligendum reor ex clausula, atqui minime indubitanter[r]. Prædicantur officia (post eparchiam Cilicum et Pamphyliorum?) militaria, sc. Præfectura cohortis Britannicæ (decimæ?), Chiliarchia primæ cohortis Apollinariæ, Præfectura alæ (Dardanorum?). Claudunt seriem Eparchia gentis[s] (Lyciorum? primæ Rhodiorum?), et gradus Senatorius.

Descriptum habui de fragmento basis graves injurias passo quod sordes ipsæ et lacunæ in nostro apographo haud minus quam in

[r] Alter fortasse in hoc loco conspexerit memoratos vicinæ urbis *Sides* incolas, sc. ΤΟΙΣΣΙΔΗΤΑΙΣ, vel quid simile.

[s] De Lycia res in propatulo est. *Gens Lycia* memoratur a Plinio, v. 27. 1. et ἔθνος in pluribus titt. Fellowsianis, 128. 152. 162. etc. quod et Κοινὸν Λυκίας in Inscr. Gruter. MIX. 5. et Λυκιακὸν σύστημα in Strab. XIV. 3. p. 214. T. *Gentem* appellat quoque Livius, qui et Cariam, in XLIV. 15. pr. Memoratur et *præfectura* (ἐπαρχία) in Concil. Quinisext. p. 1197. et in Notit. Eccles. antiq. p. 47.

Prætulerim vero, quippe vestigiis in marmore accommodatius, ἔθνος πρῶτον Ῥοδίων, nec minus autonomiæ gentis et superbiæ. Vide Strab. XIV. 2. p. 194. T. Plin. v. 36. 1. Sueton. Claud. XXV. Liv. XLIV. XLV. Num. in Eckhel. II. p. 605. b.

Borrelliano quod ad me misit vir humanissimus ostendunt. In v. 1. legit Borr. **KAIIΣ.** Varia hic nomina conjici possunt. Deinde in 2. **Π. ΙΛΩΝΕΠΑΙΧΟΝΣΙ.** In 3. inseritur in sede undecima **I**, hoc est, *decimæ;* opinor, recte. Deinceps **ΧΕΙΑΙΑΙ** etc. In 4. fin. **ΡΙΛΛΙΣ.** n 5. **ΡΔΑΝΩΝΕΠΑΡΧΩΝFΟΝΟΥΣΔΡΟ.** In 6. **ΣΥΝΚΑΠΙΚΟΥ.**

CCXXII. g.

✠ЄΠΙΤΗCΑΓΝΙΑC
ΦΛ°ΘωΜΑΤΟΥ
ΜЄΓΑΛΟΠΡЄΠЄC
ΤΑΤΟΥΚΟΜΚΥ (Η over Μ, Π over Υ)
Κ--ΡΟΔΟΞΟΥΤΟΥΛΑΜ
ΠΡ°ΠΑΤΡΟC
ΑΝΑΙΝЄωΘΗ
ΤΟЄΡΓΟΝΤΗCΠΛΑ
ΚωCЄωCΤΗCΠΥΛΗ
MSINΔSIΔ

Ἐπὶ τῆς ἁγνειας Φλαβίου Θωμᾶ, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κύπρου, καὶ - - Ἱεροδόξου, τοῦ λαμπροτάτου πατρός, ἀνενεώθη τὸ ἔργον τῆς πλακώσεως τῆς πύλης, μηνὸς ἰνδικτεῶνος ιδʹ.

Titulus commemorat operis crustati portæ instaurationem in tempore Flavii Thomæ, cui titulum credo ex marmoris indiciis fuisse *Comes Cypri*, et Hierodoxi(?), Patroni civitatis.

Vestigia se produnt in fine quæ vix expedire queo. Fortasse **M** positum fuerat pro **MHNOC**, ut decurrat oratio, *sexto mense anni indictionis decimi quarti.* Hoc, nisi quædam ante **M** evanuisse ex lapide credenda sint, ex. c. numerale, quod ordinem ejus designet. Deinde ponas illud **S** vel distinctionem notare, vel diem mensis in quo

perfectum fuerit opus, nempe *sextum*. Certe v. 10. non nisi oculis acriter intentis deprehendere potui adeo ut jure quis conjecerit veram speciem fuisse, qualem in monumentis similibus sæpius notavi, **MˢINΔˢIΔ.** Expressi vero in titulo quæ lapidem contrectanti occurrebant.

Indictio, ut in talibus usu venit, incerta manet. Crediderim vero Thomam hic memoratum fuisse vel Heraclii I. affinem, Damascenum communiter appellatum, qui propter conjunctionem cum familia Cæsarea *Flavius* audierat, vel Cappadocem illum, Leoni V^to^. devinctissimum, qui post cædem imperatoris bellum civile moverat contra Balbum, Asiaque fere tota brevi fuerat potitus. In hoc vehementer proclivis sum, quippe tempus optime congruere video, scil. an. 14^m^. indict. 33^a^, nimirum proximum post Leonem occisum, quum jam purpuram sumpsisse nomenque Flavium pro imperatore censendus est Thomas[t]. Si de altero cogites, regredi oportet ad indictionem 19^m^ vel 20^m^, ut ex fastis liquet[u].

Descriptum habui hunc titulum de fragmento marmoreo juxta portam auream veteris oppidi (quæ in sermone communi *porta aurica* effertur, a Turcis (التون قپوسی) in murum illato. Apographum et habeo a Borrellio missum in quo exaratum video v. 6. **ΛΑΜΠΟΡ** etc. et v. 7. **ΜΗЄ . . NЄΟΘΗΝ.**

CCXXIII. h. i.

h. - - *τὴν πόλιν* - - - - - *ὀχυρώσας* - - - - - - *ἀσφαλεστέραν* - - - -
πάγχυ καὶ καύχην χρωμάτων - - - - - *ἀναπληροῖ σου δὴ τόδε τὸ*
ἔργον - - - - - *ψεκάδι, σὺν καὶ τετάρτῳ χρώματι* - - - - - - - - - - -

[t] Vide Eckhel. ubi supr. vol. VIII. p. 238. et Cedren. in Mich.

[u] Eckh. ubi supr. p. 222.

i. - - - ἐκοσμήσατο σοφῶς τὴν πόλιν - - - - τείχει δευτέρῳ ταύτην - - - - - τῶν πόλεων δείξασα - - - - - καὶ σέσωκεν χειρὶ Κυρίου εἰς δόξαν - - - - - προκοπῇ τῶν δυσσεβῶν ἀγανῶν, ἅπαν δέ - - - - - - ῳ καὶ ἔπακτὸν τάδε - - δηνάρια - - - - - - - - - - - - - - - - - -

h. ΙΝΠΟΛΙΗ
ΟΧΥΡΩϹΑϹ
ΑΛΕϹΤΕΡΑΝ
ΝΧΥΚΑΙΚΑΥΧΙΝΑΡΩΜ
ΠΛ.ΡΟΙϹΟΥΔΗΤΟΔΕΤΟΕΡΓΟΝ
ΚΑΔΙϹΥΝΚΑΙΤΕΤΑΡΤΩΧΡΩ

i. ΗϹΑΤΟϹΟΦΩϹΤΗΝ
ΕΙΔΕΥΤΕΡΩΤΑΥΤΗΝ
ΩΝΠΟΛΕΩΝΔΕΙΞΑϹΑ
ΑΙϹΕϹΩΚΕΝΧΕΙΡΙΚΥΡΙΟΥΕΙϹΔΟΞΑ
ΟΠΗΙΤΩΝΔΥϹΕΒΩΝΑΓΑΩΝΑΠΑΝΔΕ
ΩΚΑΙΕΠΑΚΤΟΝΤΑΔΙ[symbol]ΔΙΠΛΙ ΙΑ
ΙΝΑ

Hæc fragmenta descripta habui de lapidibus comminutis prope vestibulum portæ de qua mentio in argumento præeunte facta est jacentibus. Patet sermonem esse de reparatione munimenti. Colores memorati in vv. 4. 6. tit. *h.* erant fortasse quibus illinebatur ἡ πλάκωσις[v]. Deinde sensum continuum difficile foret extricare nisi quis ponat mutilam vocem in capite tit. *i.* fuisse ἐπεχρίσατο, adeo ut procedat sententia χρώματι ἐπεχρ. Hoc vero marmor abnuere reor; exstitisse potius κατεστήσατο aut quid simile. Proinde particulas separatim expressi.

Symbolum illud quod in v. 6. t. *i.* ex lapide retinui expedire nequeo,

[v] Vide tit. præced. v. 8.

nisi sit nota distinctionis inter voces, quales sæpenumero obviæ sunt. Deinde pro ΔΙΠΛΙΙΑ in eodem versu, quod fere totum evanuerat, inferendum opinor ΔΗΝΑΡΙΑ. De multa quadam fortasse sermo est iis qui portam et πλάκωσιν ejus male tractaverint irroganda, quippe præeunte ἐπακτόν[w]; sed hoc incertum. Saltem absit omen!

CCXXIV. k.

ΙΟΥΛΙΑΣΑΝΚΤΑ
ΤΟΝΠΥΡΓΟΝ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Ἰουλία Σάγκτα τὸν πύργον ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέστησεν.

Titulus commemorat liberalitatem Juliæ Sanctæ qui munimentum urbis exstruxerat. Descriptum habui de marmore quod in turri prope *portam auream* (supr. tit. CCXXII.) conspicitur. Ideo in eadem serie pono. Sed vox *πύργος* et sepulcralis est[x], adeo et cum sequentibus hunc titulum jure quis connectere possit.

Sanctæ nomen obvium supra in tit. CCXVIII. conspeximus.

CCXXV. l.

ΜΚΑΛΠΜΥ . Η . ΝΕΙΜΑΝΟΣ . . . .
ΞΟΝΖΩΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΕΑΥΤΩΚΑΙΤΟΙΣΙΔΙΟΙΣ
ΑΥΤΟΥΑ . ΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ

Μάρκος Καλπούρνιος Μαξιμιανὸς τοῦτον τὸν πυργίσκον ζῶν κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἀπελευθέροις.

[w] Quasi *impactum*, hoc est, *irrogatum*. Vide Append. Not. Crit.

[x] Conf. inscr. Rhod. Fellows. p. 244. quam fœdatissimam dederat Clarkius in Itin. P. II. S. I. p. 227.

Titulus sepnlcralis de theca descriptus. Enarrat turriculam(?) fuisse a quodam Maximiano(?) pro se et libertis suis exstructam.

Plurima ex lapide evanuerant. Quod posui pro nomine conditoris in v. 1. incertissimum est, neque in hoc viam complanat apogr. Borrellii, viz. **ΜΥ.ΗΞΝΕΜΑΝΟΣ.** Vocis quam intuli in minusculis (sc. *πυργίσκον*) habeo dumtaxat particulam **ΞΟΝ**; sed favere lectioni credo titulum qui proxime sequitur.

CCXXVI. m.

ΟΥΚΟΙΣΚΑΙ . . . ΤΟΥΓΝΙΟΣΙΟΓΝΟΣ
ΕΙΔΙΑΝΟΣΖΩΝΕΑΥΤΩΙΚΑΙΚΑ
ΙΟΥΡΝΙΑΝΑΝΩΙΤΗΙΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥ

Πυργίσκον τοῦτον Γναῖος Ἰούνιος Ποσειδιανὸς ζῶν ἑαυτῷ καὶ Καλπουρνίᾳ Νάνῳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ (sc. *κατεσκεύασεν*).

Titulus sepulcralis. Posidianus quidam thecam turritam(?) exstruxit in suum usum conjugisque Calpurniæ Nani.

Habui apographum a Borrellio. Dedi in minusculis quæ mihi probatiora visa. In primis, credo certissimum illud **ΠΥΡΓΙΣΚΟΝ ΤΟΥΤΟΝ**, sed in sequentibus hæreo. Possint fuisse **ΚΑΤΕΣΚΕΥ ΑΣΕΝΠΟΣ.**

Video titulum ex schedis Beaufortii a Franzio[y] editum qui haud dubie eodem cum nostro spectat, sed cum lectionibus misere turbatis adeo ut frustra tentaverit vir doctus.

CCXXVII. n.

Λουκὶς Πακωνὶς τοῦτο τὸ κενοτάφιον κατεσκεύασεν ἐμαυτῷ καὶ τῇ συμβίῳ μου καὶ τοῖς τέκνων τέκνοις καὶ τοῖς ἀπελευθέροις· ἐὰν δέ

[y] Ubi supra, n. 4341. p. 170.

τις ἐξωτικὸν πτῶμα ἐπιβάλῃ, δώσει εἰς τὸ ταμεῖον ἱερώτατον - - - τοὺς πενταετηρικοὺς τῶν Ῥωμαίων ἑστῶτας δηνάρια ͵αφʹ.

ΛΟΥΚΙΣΠΑΚΩΝΙΣ . . . . . ΤΟΚΕΝΟΤΑ
. ΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ . . . . ΗΣΥΜΒΙΩΜΟΥ
ΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΩΝΤΕΚΝΟΙΣ . ΑΙΤΟΙ . ΑΠΕΛ . ΥΘ
ΡΟΙΣΕΑΝΔΕΤΙΣΕ . Ω . . . ΟΝΠΤΩΜΑΕΠΙΒΑΛΗ
5 ΔΩΣΕΙ . . . . Ο . . . . . ΑΤΟΝ☰ΤΟΥΣΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΥΣ
ΑΙΩΝΕΣ . . . . . ✱ΑΦ

Titulus ex sepulcralibus. Constituerat Lucis Paconis (h. e. Lucius Paconius) cenotaphium in usum suum et conjugis (fortasse Aureliæ Nannæ vel Nannidis in sequenti memoratæ), ut et nepotum et libertorum. Deinde multa indicitur contra eos qui sanctitatem structionis læserint in ærarium pendenda Quinquennalibus Romanis(?).

Contuli apographum Borrellianum, in quo, ut in meo, apparet nomen ΛΟΥΚΙΣΠΑΚΩΝΙΣ. Notabilis est ratio scribendi, a Græcorum ritu aliena, et qualem exspectare fas erat in titulo Pamphylio, hoc est, barbarismis inquinato. Hoc liquet ex inscriptione quadam Coa inter nostras in qua nomen ΠΑΚΩΝΙΟΣ sæpius iteratum agnosco. Prænomen ΛΟΥΚΙΣ, id est, *Λουκῆς* vel *Λουκᾶς*, iterum conspicitur in n. CCXXVIII. v. 7.

Apogr. Borrell. habet in v. 1–2. ΚΕΝΟΤΑΦΗΝ, quod fortasse se commendat. In 3. pr. ΚΑΤΟΙΣ, et in fine, ΤΩΙ . ΑΠΕΛΙΥΘ . ΡΟΣ . . ΙΝΤΙΣΕ. In 5. ΛΩΣΤΙ . . . . . ¯Ο . . . . ΛΤΟΝ . . ΝΟΥΣΠΕΝΤΑΕΠΡΙΚΟΥΣ. In ult. numerales ΛΦ.

CCXXVIII. o.

Αὐρηλία Νάννα καὶ Λουκὶς Πακωνὶς ἐωνήσαντο ἑαυτοῖς περίβολον, ἐν ᾧ κεῖται κενόσορος Προκοννησία, οὐδενὶ δὲ ἐξέσται παρὰ μὲν

Νάννην ἢ ἀλλοτριῶσαι ταύτην, ἢ καὶ ἐνθακιζομένην μετακινῆσαι παρὰ μὲν δήμου ἡγεμόνα - - - - ανόν, - - - ἄνδρα Λουκὶν Πακωνὶν γενόμενον - - - - - ιανο -

ΑΥΡΑΝ‥ΝΑΚΑΙΑΠΑΚ.ΟΝ ‥‥ ΟΣΑΝΟ
ΕΑΥΤΟΙΣΠΕΡΙΒΟΛΟΝ ‥‥‥ Α ‥ ΚΕΝΟ
ΣΟΡΟΣΠΡΟΚΟΝΝΙΣΙΑ ‥‥‥‥‥‥‥
ΡΑΜΕΗΝΑ . ΗΑΝ ‥‥‥‥‥‥‥‥ ΤΑΣΗΝ
ΚΑΙΕΝΘ . ΚΙΖΟΜ . . ΗΝ ‥‥‥‥‥‥‥ ΡΑΜ
ΔΕΜΟΥΗΓΕΜ . . Α ‥ ΑΝΟ ‥‥‥‥ ΑΝΔ
ΛΟΥΚΙΝ ‥ Α ‥‥ Ε ‥ ΝΟΜΚ ‥‥‥‥ ΙΑΝΟ

Titulus sepulcralis. Apographum debeo Borrellio, quod integrum edo etsi pravis lectionibus et lacunis refertum. Sensus fortasse eruendus quod Aurelia Nanna (vel Nannis) et Lucis Paconis (vid. arg. præced.) ambitum in usum sepulcralem emerant in quo statuebatur cenotheca Proconnesia. Dein ususfructus aliis interdicitur ni interveniat facultas a Prætore concessa vel etiam a Paconide ipso, quibus fortasse et tertius aliquis accedebat cujus nomen prorsus fere evanuit ex marmore. Hoc, nisi eadem fuerint nomina quorum fragmina habemus in vv. 6. 7.

* * * * * * *

PERGA.

موردانه .

CCXXIX. a.

Αὐτοκράτορα, Καίσαρα, Μάρκον Ἀντώνιον Γορδιανόν, Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστόν, Σωτῆρα τῆς οἰκουμένης, ἡ Γερουσία.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙΣΑΡΑ
ΜΑΝΤΩΝΙΟΝ
ΓΟΡΔΙΑΝΟΝ
ΕΥΣΕΒΗΕΥΤΥΧΗ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΩΤΗΡΑΤΗΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
ΗΓΕΡΟΥΣΙΑ

Titulus honorificus. Basem statuæ ornabat imperatoris Gordiani III. qui in eo audit *Pius*, *Felix*, *Augustus*, *imperii Servator*. Constat ex nummis titulos priores fuisse a Gordiano adscitos per tribunatum secundum, hoc est, an. U. C. 992. P. C. 239[a]. Hinc tempus limite distinctum habemus, quod fortasse definitum magis statuere possumus noto quod tres annos post itinere per Asiam minorem facto ingressus est Syriam Saporem adorturus[a]. Hac occasione crediderim statuam Gordiano fuisse a Gerusia positam. Ceterum notatu dignum est nomen *Antonium* ope hujusce tituli contra dubitationes Capitolini firmari[b]. *Africanus* abest, id quod probat hic agi de Gordiano III.[c], ut supra statui.

Descriptum habui titulum de ambitu templi Mûhammedani *Nakhbeyah Djamisi* quod propius abest a vico Turcico *Mûrdânah* ubi veteris Pergæ reliquiæ conspiciuntur.

CCXXX. b.

Τὴν δεῖνα, ἱέρειαν τῆς τῶν Περγαίων θεᾶς Ἀρτέμιδος ἀσύλου, καὶ ἱέρειαν Ἀθηνᾶς, Ἀπφίου Κλαυδίας Παλοινίας Ἀρτεμισίας θυγατέρα

[a] Vide Eckhel. *D. N.* vol. VII. pp. 309. ss.

[a] Eckh. ubi supr. pp. 311. a.

[b] Vide Capitolin. in Macrin. III. in Gordian. IV. V. XVII. Eckh. ubi supr. p. 303. a.

[c] Vide Herodian. *H. R.* VII. 5. fin. Eckhel. in loc. cit.

καὶ ἀδελφὴν Οὐλπίας Ἀρτεμισίας, ἀρχιερείων, Λούκιος Κλαύδιος Ῥοτίλιος Οὔαρος, ἔπαρχος ἱππέων εἴλης πρώτης κολωνῶν, καὶ Λούκιος Κλαύδιος Ποπιλιανὸς Ἀγελλῖνος, χιλίαρχος λεγεῶνος (- - Φλαβιανῆς?), τὴν μάμμην οἱ ἔγγονοι (sc. *ἐτίμησαν*).

................ΙΗΣ...........
ΙΙ⌒ΙΕ⌝ιΜΩΝΘΕΑΣΑΡΤΕΜΙΔᴼΣΑΣΥΛΟΥ
ΚΥΟΙΕΡΕΙΑΝΑΘΗΝΑ.ΑΡΙΟΥΚΛΠΑ
ΛΟΙΝ.ΗΑΡΤΕΜΕΙΣΙΑ...ΤΑΤΕΡ.ΚΑΑ
ΛΕΙΧΚ.ΟΥΛΠΛΡΙΝΕΜΕΙΣΙΛΣΛΡΧΙΕΥΕΩ
ΛΚΛΡΟΤΕΙΛΙΟΣΟΥΑΡΟΣΕΛΑΡΧΟΣΙΠΠ
ΚΙΛΗΣΑΧΟΛΩΝΕΝΚΑΙΑΚΑΠΥΟ
ΑΝΟΣΛ.ΕΛΛΙΝΟΣΧΕΙΛΛΕΙΡΑ.ΑΝΗ
ΤΗΝΝΑΜΜΗΝΟΙΕΓΟΝΟΚ

Titulus ex honorariis. Varus quidam, præfectus equitum primæ alæ colonorum, et Agellinus(?), chiliarchus legionis cujusdam (Flavianæ?), honore prosequuntur aviam illorum quæ sacerdotia gesserat Dianæ Pergææ, et Minervæ.

Relata habet lector quæ probatiora duco. Prima pars tituli abfuit in qua feminæ insignis nomen fuerat expressum: quæ adhuc manet injuriam passa est, adeo ut in nominibus expediendis difficultatis non nihil insit.

Descriptum habui de marmore in arce Pergæa quod ablatum fuisse credo a parietinis templi prope existentibus, fortasse ipsius Dianæ. Adest quoque apographum Pellianum ad me missum a Borrellio quod in loco uno et altero fructuosum inveni. Editum reperio a Franzio ex schedis quas ad Böckhium miserat Schönbornius[d], sed inconcinne adeo contextis ut de sensu extricando plane desperaverit vir doctus.

[d] Franz. lemm. ad n. 4342. *b*. p. 171.

Pretium maximum hujus inscriptionis est quod in principio mentionem fuisse factam deæ Pergæorum nullus dubito. Illud **KYO** in v. 3. init. credo fuisse vel **KAI**, vel syllabam ultimam alicujus epitheti deæ. Post **AΘHNA** obscura erant omnia præter **APTEMEIΣIA**, præsertim **KAΛΛEIXK** in vv. 4. 5. Deinde, in v. 5. fin. et Pellius habet **APXIEYEΩ**, quasi lectio genuina fuerit **APXIEPEYΩN**, nempe Varus. In v. 8. extrema omnino deleta. Quæ dedi stare possunt in loco tentaminis.

Nullus ex collato apographo Schönborniano percipitur fructus. Tantum hoc moneo doctissimum Böckhium vera perspexisse in v. 8. extr. et in 9.

CCXXXI. c–m.

c.	**OΔHMOΣOΠEPΓAIΩN**	h.	**ΠΛANKIOYOYAP**
d.	**PXEIANEYEPΓEΣIAN**	i.	**OYKAI**
e.	**KOKKHIAT**	k.	**ΔHMIOY**
f.	**ANKIAMA**	l.	**‾OΣKAIΓYM**
g.	**ΠOΛEΩΣΘYΓATHP**	m.	**OYMΩ** (Δ above M)

Ὁ Δῆμος ὁ Περγαίων - - - - *ἀρχείαν εὐεργεσίαν* - - - Κοκκηία Πλαγκία Μα - - - - *πόλεως θυγάτηρ* - - - Πλαγκίου Οὐάρου *καὶ* - - - - *δημίου* - - - *σταγηγήσαντος καὶ γυμνασιαρχήσαντος* - - - - -

Varia titulorum fragmenta de lapidibus indidem descripta. Quædam notabilia, qualia sunt; (c.), situ patefacto urbis antiquæ: (g.) cum Assio supr. CCII. 2. comparandum: (l.) in quo memorantur magistratus, Strategus fortasse, de quo adeas Eckhelium[e], certe Gym-

[e] Ubi supr. vol. IV. p. 215.

nasiarchus. Quid sibi velit particula (m.) omnino incertus sum, nam de *δοῦμος* obv. in tit. Mæonio n. CLXIII. vix cogitaverim.

Fragmentum (d.) habui de muro Moschæ illius quæ in arg. tit. CCXXIX. memoratur.

CCXXXII. n. o.

n. ΛΛΑΕΚωΝΤΟ	o. ΝΧΚΥΠΤΟΥϹΗϹΤ
Π	ΙΤωΝΕϿωΠΥΛΙ
ΠΟΠΙΛ	ΝΕΚΤΕωΕ
ΗΙΤωΘ	ΥΠΟΧΦΟΡ
ΤΙ	ΛΤΟΥΚΛΙ

Ἀλλ' ἀέκων το - - - - - ν κυπτούσης τ - - - πολιτῶν ἔψω πυλι - - - - - ἀποπλεονεκτέωσιν - - - - - - - η τῷ θ - - - - - ὑπὸ φορ - - - - τι - - - λτο κλι - -

Fragmenta titulorum descripta in arce Pergæa. Sensum continuum nemo extricare queat; singularia dumtaxat; ex. c. *ἑκὼν* vel *ἀέκων*, et fortasse *κυπτούσης* etc. qualia in minusculis expressi incerta satis. Credo vestigia inesse compagis rhythmicæ. Illud Χ obvium in vv. 1. 4. (o) erat, ni fallor, nota distinctionis inter voces, non littera, cui simile quid vidimus in Aphrodisiensi, n. LXVI. 2. 5.

* * * * * * *

SIDE.

اسكى ادعليه.

CCXXXIII. a.

Κυρεινίαν Πάτραν, *τὴν κρατίστην γυναῖκα* Βρυωνιανοῦ Λολλιανοῦ *τοῦ κρατίστου δουκηναρίου ἀπὸ ἐπιτρόπων, πριμιπιλαρίου, κτίστου*

καὶ φιλοπάτριδος καὶ ἐν πᾶσιν εὐεργέτου τῆς πατρίδος, θυγατέρα καὶ ἐγγόνην ὑπατικῶν, ἡ Γερουσία τοῦ μεγάλου συνεργίου τὴν φιλόπατριν. Εὐτύχει Πηγασί!

ΚΥΡΕΙΝΙΑΝΠΑΤΡΑΝΤΗΝΚΡΑ
ΤΙΣΤΗΝΓΥΝΑΙΚΑΒΡΥΩΝΙΑΝΟΥ
ΛΟΛΛΙΑΝΟΥΤΟΥΚΡΑΤ·ΔΟΥΚΗΝΑ
ΡΙΟΥΑΠΟΕΠΙΤΡΟΠΩΝΠΡΙΜΙΠΠΙ
ΛΑΡΙΟΥΚΤΙΣΤΟΥΚΑΙΦΙΛΟΠΑ
ΤΡΙΔΟΣΚΑΙΕΝΠΑΣΙΝΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΘΥΓΑΤΕΡΑΚΑΙΕΓΓΟ
ΝΗΝΥΠΑΤΙΚΩΝΗΓΕΡΟΥΣΙΑΤΟΥΜΕ
ΓΑΛΟΥΣΥΝΕΡΓΙΟΥΤΗΝΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΕΥΤΥΧΕΙ ❧ ΠΗΓΑΣΙ

Titulus ex honorificis. Opinor statuam positam fuisse a collegio fabrorum seniorum in honorem Patræ cujusdam quæ conjux fuerat Lolliani, procuratoris ducenarii et primipilarii, et de civibus bene meriti. Claudit titulum *εὐφήμως* votum, *εὐτύχει* Πηγασί!, appellatio fortasse a Pegaso desumpta et honoris causa Patræ superaddita[f].

Descriptum habui de basi reperta inter parietinas Sides ubi nunc locatur vicus Turcicus *Eskî Ad'aliah.* Mecum quoque communicavit Borrellius apographum conscriptum a D[no] Jens Pellio in quo discrepare a nostris sequentia video; in v. 3. init. **ΛΟΜΙΑΝΟΥ**, et ibid. sub fin. **ΚΡΑΤΑΟΥΚΗ** etc. quasi mentio fuerit *Cenarii.* In 7. fin. obv. **ΡΑΙΕΡΡΟΝΗΝ.** In ult. **ΕΥΤΥΕΗΠΗΓΑΣΙ.**

Locum quoque habet titulus inter Böckhiana nuper a Franzio[g] edita, qui in nota scripsit, *Titulus ex genere sepulcralium est eorum*

[f] Nomen erat vel mythicum vel blandientium. Fortasse fuerat Patra cultrix Musarum quæ et *Pegasides* audiebant: conf. Ovid.. Heroid. xv. 27. Colum. *Cult. hort.* 263. Propert. III. 1. 19. Quinetiam tractui bene convenit appellatio, ut dicetur in Append. Not. Crit.

[g] Fascic. p. 173. n. 4346.

qui iidem sunt honorarii. Mihi videtur honorem fuisse Patræ adhuc superstiti redditum, in primis, quia in *basi* apparebat titulus; deinde abest γενομένην in v. 2. post γυναῖκα.

Discrepantiæ in edit. Franziana sunt, in vv. 1–2., ΚΡΑΤΙΣ . ΤΕΝ - - ΒΡΩΝΙΑΝΟΥ. Deinde in 4. ΕΠΠΡΟΠΩΝΠΡΙΜΙΠΙΔΑΡΙΟΥ. Hæc habuit Böckhius ex schedis Beaufortianis a Müllero missis.

* * * * * * *

SILLYUM?

اصار كوى.

CCXXXIV. a.

1. 'Αροσίμα - - - 2. ὑπαρχίαι - - - 4. κεκραμένος - - - et deinde fortasse ἔχετε, et in fine ταῖς πόλεσι. 5. δὲ καὶ δεκαϜετει, h.e. δεκαετεῖ - - - 6. ὅσα καὶ τιμαϜεσα, sc. τιμήεσσα, dein πόσα, et in clausula fortasse ἐλαίου. 7. ἀτρόποις, cum gentilitio in fine quod conjeceris esse Σιηενώταις, rectius forsitan Σιηελλώταις, nempe *Sillyensibus*. 8. Βολᾶς, i. e. Βωλᾶς, Βουλῆς, et in fine καταστάς. 9. καί - - - ἔτι καὶ Σιηελλώταις. 10. καί - - - - - καί - - -. 11. πόλιϊ - - - Δίκαστῆρες, h. e. δικασταί. 12. ταῖς ἱκαναῖς? Atqui iterum conspicitur καινις in v. 23. 13. καί - - - et iterum fortasse post medium. 14. πόλιος - - - καί - - - - 15. In ατρεκα sub finem fortasse delitescit Græcum, ex. c. ἀτρεκέα, ἀτρεκῆ. Sed hoc valde incertum est. 16. Δικαστῆρες (ut supr. v. 11.) καί, deinde 'Αργυροταὶ vel 'Αργυρωταί, probabiliter satis ex fonte Græco. Erant nempe magistratus. 17. sq. 'Απιρόταs, sc. 'Ηπειρώτας, dein καθά - - - καί - - - Δικαστῆρες δὲ καὶ 'Αργυρωταί - - - 19. Δικαστῆρες. Quod præit, φυσελαιο δυ,

Σ . ΧΔΕΙΛΕΑΙΗΙΙΑΡΟΙΣΙΜΑΦΕ____ΝΗΕΛΕ _ _ _
ΙΑΔΙΣΙΙΣΣΥΠΑΡΚΑΙ___Α__ΙΑΣ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
ΤΡΛΛΟΙΚ___Ι___ΤΥΚ__ΙΣΡΛΥΛΙΙΟΣΠΑΧ _ _ _ _
_ _ _ _ΠΑΚΕΚΡΑΜΕΝΟΣΕΧΕΤΕ___ΑΙΣΠΟΑ _ _ _
ΔΙΙΑΠΕΔΕΚΑΙΔΕΚΑFΕΤΕΙΑΠ_ _ΛΙΜΗΣ_ _ _ _ _
ΟΣΑΚΑΙΤΙΜΑFΕΣΑΠΟΣΑΒΑΤΙΑΡΙΙΕΛΑ_ _ _ _ _ _
ΑΤΡΟΠΟΙΣΙΠΕΡΤΙΡΕΝΙΑΝΤΑΞΣΙΗΕΝΟΤΑΙΣ _ _
ΕΒΟΛΑΣFΤΥΑΔΡΙΙΟΝΑΚΑΤΑΣΤΑΣ_ _ _ _ _ _ _ _ _
ΡΑΙΕΗΙΚΑΙΜΙΙΡΙΑΛΕΤΙΚΑΙΣΞΗΕΝΟΤΑΙΣ_ _ _ _ _
ΕΠΑΣΜΑΝFΤΥΣΚΑΙΜΗΕ___Α____ΤΥΣΚΑΙΔ _ _
ΟΕFΕΙΠΟΛΙΙΕΦΙΕΛΟΔΥ______ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣ _ _ _
ΤΑΙΣΙΚΑΙΜΙΣΚΙΔ_ _ _ _ΚΑ _ _ΤΕFΕΡΧΟΔΥΚΑ_ _ _
ΚΑΘΕΔΥΚΑΙΗΑΚΙΑΝΕΙΕΚΑΒΥΒΟΛΕΜΙΟΚ _ _ _ _ _
__ΑΙΝΙΝΟΙΚΥΠΟΛΙΟΣΕFΕΤΟΚΑΙΗΟΚΑΔΕΣ_ _ _ _
ΑΣΜΡΥΜΑΛΙΑΝΗΑΔΛΕΣΘΟΗΑΤΡΕΚΑΔF _ _ _ _
ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣΚΑΙΑΡ∠ΥΡΟΤΑΙΜΕΕΧΑ∠ΟΔΙΚ _ _ _
ΑΠΙΡΟΤΑΣΚΑΘΑΝΕΤΟΚΑΙΝΙΝΟΙΚΥΠΟΝΔΙΚΑ _ _
ΣΤΕΡΕΣΔΕΚΑΙΑΡ∠ΥΡΟΤΑΙΑΝΕΑΝΕ _ _ _ _ _ _ _ _
ΑΜΙΙΕΣΔΥΕΧΔΕΦΥΣΕΛΑΙΟΔΥΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣ_ _ _ _
ΑΣΔΕΝΟΔΑΙΗΑΙΡΕΜΕΕΧΑ∠ΟΔΙΗΝΕΣΔ _ _ _ _ _ _
ΟΔΥΑΜΑΤΙΡΕΕΜΗΕ_ _ _ _ _ΑΗ__ΑΠΡΑ _ _ _ _ _
ΕΣΠΕΡΙ∠ΕΡΑΣΗΙΙΑΡΥΔΕ__ΕΤΑΙΚΑΛΙΘΕΑ _ _ _ _ _
FΗΕΚΑΙΜΗΗΑΛΕΚΑΙΜΣΑΜΑΔΙΜΟΣΑΜΑ _ _ _ _ _ _
ΠΟΛΙΣΑ∠ΕΘΛΑFΕ+ΕΤΟΣΑΙΣΠΑΠΙ_ _ _ΤΑΣΒΟFΑΚΑΙ
ΟΝΚΑΙΟΡΟFΥΚΑΙ_ _ _ _ _ _ _ _ _ΟΕ_ _ _ΕΚ_ _ _ _ _
ϟΚΟΧΕΣΘΑΙΠΕΡΑΝ_ _ _ _ _ _ _ _ _ΑΣ_ _ _ _ _ _ _ _ _
ΙΣFΕΧΕΚΑΘΑΝΕ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
ΕΣ.ΑΙΡFΑΤΕ__ΑΙΙ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
ΟΙΣΙΠΟΛΙΣΟΜΥΣΥ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
ΚΑΙΑΠΕΛΟΝΑΠΥΤ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _ΙΙΑΡΥΗΑΕ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _ΦΕΨΟΝΟΥΜΕ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _ΔΥΓΑΝΡΙΞ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _∠ΕΑΤΕ+ΟΔ_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _ΡΔΑΚΑΙ_ _Ε_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _
_ _ _ _ΤΑΣ_ _

complectitur fortasse Græca. Sed discrepant apographa. 23. sq. *και - - - ἅμα δῖμος* (sc. *δῆμος*, exspectandum erat *δᾶμος*) *ἅμα πόλις*, dein *αγεθλα*, fortasse *ἄεθλα, ἆθλα*. 27. *καθά*? 29. - - - *οις ι* (i. e. *ἡ, ἁ*) *πόλις*. 30. *καί* - - - 35. *καί*. 36. *τάς*. Sed hoc forsitan vocem terminabat.

Titulus ex insignioribus, barbarogræcus, epochæque Macedonicæ, ni fallor, tempore prægressus. Tradidit nempe Arrianus, quod et a nummis firmatur, colonos Græcos horum tractuum sensim in barbariem ante Alexandri adventum prolapsos, linguamque patriam omnino fere amisisse. Sic de Sidetibus narrat ex ipsorum testimonio, *ὅτι ὡς κατῆράν τε εἰς τὴν γῆν ἐκείνην οἱ πρῶτοι ἐκ* Κύμης (*Æolidis*) *σταλέντες, καὶ ἐπὶ οἰκισμῷ ἐξέβησαν, αὐτίκα τὴν μὲν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο, εὐθὺς δὲ βάρβαρον φωνὴν ἵεσαν, οὐδὲ τῶν προσχώρων βαρβάρων, ἀλλὰ ἰδίαν σφῶν, οὔπω πρόσθεν οὖσαν τὴν φωνήν· καὶ ἐκ τότε οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους προσχώρους Σιδῖται ἐβαρβάριζον*[h]. Hoc nimirum usu venit. Exemplum insigne præstant Cumani Campaniæ de quibus breviter Paterculus, *Cumanos Osca mutavit vicinia*[i], et in genus incolæ Magnæ Græciæ, quos omnes in barbarismum lapsos præter Tarentinos, Rheginos, et Neapolitanos, diserte tradit Strabo[k], id quod egregie confirmatur per nummos Cumanorum Osca referentes[l].

Neque in re instante abest nummorum fides. Testes sunt Aspendii in quibus cernitur epigraphe barbara **ΕΣΤFΕΔΙΙΥΣ**[m], quæ insigniter cum titulo quem nunc ob oculos legentium pono congruit, digammo in quam plurimis obvia, necnon sæpius concurrente duplici **I**, ut videre est in vv. 1. 2. 3. 5. etc. Quinetiam quod tradidit his-

[h] Expedit. Alexandr. I. 26.

[i] Hist. I. 4. 2.

[k] Lib. VI. c. 1. sub init.

[l] Eckh. *D. N.* vol. I. p. 111. b.

[m] Eckh. vol. III. p. 9. Num. Vet. Anecd. p. 219.

toricus in loco supra allato de lingua peculiari quam sibi finxerunt coloni Græci apprime per titulum nostrum Sillyensem illustratur, nimirum prodiisse dialectum instar chlamydis laciniis Græcis ad vestem horridulam adsutis contextæ. Quo pacto hoc efficiebant satis ex monumento jamjam edito constat. Sermonem patrium omnino exsulare nolebant: dein peregrinas quas adsciverant voces ad leges grammatices ejus constructionisque revocare jugiter studebant. Hinc censeo profluxisse qualia in vv. 6. ss. conspicimus, ut ex hisce in primis exemplum petam; *οσα και τιμαϝεσα ποσα βατια ρυ ελα . . . ατροποις περτιρενιανται σιηενοταις* (*σιηελλοταις*?) . . . . *ε βολας ετυα* (*ϝτυα*?) *δρυονα καταστας* . . . *ραιεηι και μυρια* . . *ετι και σιηενοταις* (*σιηελλοταις*?) . . . *επασμαν ετυ.* (*ϝτυ.*?) *και* . . . . *οεϝει πολυ εφιελο δυ* . . . . *δικαστερες* (*δικαστῆρες*?) *κ. τ. λ.* Difficultas maxima ex hoc oritur quod in dialecto insolita scriptionem continuam usurpabant conditores monumenti adeo ut in limitibus vocum diversarum designandis incertus hæreo. Nimirum patrio sermone cum barbaro hinc inde commixto, litterisque Græcis ad sonos rudiores exprimendos adhibitis, prætermissa nolebant et reliqua quæ in monumentis insculpendis observabant Græci. Aliter fortasse se res habuit in ratione scribendi vernacula: hoc saltem autumandum reor ex titulis qui ad nos pervenerunt Lyciorum sermone conscriptis, in quibus vocabulorum distinctiones plane innotescunt[n].

Transeamus ad singula. In primis illud *τιμαϝεσα* archaismi Græci speciem præ se fert, et fortasse *pretium* vel *multam* significabat idque secundum *βατια*, quod mentem revocat ad notissima inter Aramæa, בֵּית, בֵּיתָא, et Hebræum בַּת[o], *Bathus*, sc. mensura certa li-

[n] Ubique inter mea quæ congessi Lycia se prodit distinctionis nota: ut inter Fellowsiana; ex. c. vol. II. tab. 36.

[o] Vide Lexic. Chaldaic. etc. Buxtorf. p. 55.

quidorum: namque ex vestigiis quibusdam quæ titulo insunt vero non absonum reor leges quasdam inter cetera in hoc titulo statutas fuisse de elæopolarum commercio. Deinde quid illud σιηενοταις? Verisimile puto hic conspici gentilitium ex barbarico confectum incolarum oppidi antiqui, Sillyensium, qui *Sillyotæ* fortasse audiebant, ad normam consimilium, *Epirotæ*, *Phthiotæ*, *Massaliotæ*, etc. Dico *Sillyotæ*, nam littera in sede quinta vim fortasse habebat in alphabeto Pamphyliorum Græci **Λ** vel **ΛΛ**. Certe videtur discrepare a **N**[p], ut titulum perpendenti constabit, ex. c. vv. 7. 14. 17. 18. Quid porro illud **βολας** in v. 8. princ. nisi **βωλᾶς**, hoc est **βουλῆς**, **O**, ut in vetustioribus usu venit, posito pro **Ω**? Deinde **ετυα**, **Ϝετυα**, vel etiam **εϜτυα δριιονα**, quid secum afferunt? Anne *certas constitutiones?* Atqui hoc moratur, quod in Homericis saltem respuere videtur digammum ἐτεός, cum affinibus[q]. Ceterum de sensu generali vix ambigendum duco quum hinc inde versum claudant βολᾶς et καταστάς[r]. In v. 11. conjeci dubitanter ἐπ' ἐλαίου. Rationes exponam. Habemus in uno apographo **εφιελοδυ**, et infra in 19. **εφυσελδοδυ**, in altero, **ε-λοδυ**, et **εφυσελαιοδυ** ante **δικαστερες**. Ex his una sumptis probabile existimo Judices fuisse constitutos (duos crediderim) quorum erat cum sociis, qui videntur fuisse appellati **αργυροται** vel **αρδυροται**[s], oleo vendendo præesse litesque de illo commercio ad finem perducere.

[p] Simile quid obvium est in inscriptione Lycia in op. Fellows. *Discoveries in Lycia*, tab. XXXVI. n. 18. v. 2., nisi in hac parte titulus injuriam passus fuerit, deleta litteræ M membro sinistro. Redit species in titulo Pisidico, infr. COL. 2. sed hoc, opinor, lusus erat marmorarii.

[q] Conf. Excurs. Heynii de Digammo, ad Il. Γ. 384. et Knightii *Prolegomena ad Homerum*, p. 85.

[r] Vox ad determinandum sensum apprime idonea, quæ et de personis et rebus usurpatur. Vide Demosth. *Olynth.* I. p. 13. 2. Reisk. II. p. 31. 10. *Cherson.* p. 92. 19. *Exord. Conc.* p. 1420. 6.

[s] Conf. infr. VV. LL. Littera tertia

Plura et meliora, pro se quisque, excogitabunt docti. Pauca tantum in præsentiarum delibanda censui quum res mea sit potissimum cum Græcis quæ ex congerie rudi insolentique eruere conatus sum. In ceteris quæ ad hanc explicationem pertineant via quærenda est palpando; ingenium sensusque, dum certa aliquis cognitio abest, exercenda. Attamen (quis subjecerit) hæc non sufficiunt; cæcum absque doctrina ingenium, sensus fallax; ut minus nota elucescant confugere oportet ad notiora; hac dumtaxat ratione complanandam esse viam, judiciumque præ quo nauci sunt et ingenium et sensus rite adhibendum. Hæc profecto vera sunt; sed quo me convertam nescio. Cum Lyciorum sermone qui hodierno tempore solertiam virorum præstantissimorum inter monumenta satraparum versantium adeo vexavit affinitatis non nihil fortasse habent quæ hic barbarie obducta proferuntur. Hoc vel ex quarumdam litterarum formis autumandum opinor[t]. Æquo jure dixerit alter illustrationes ab Aramæis petendas, nimirum pro commercio gentium et vicinia. Hæc se commendant satis: utinam exoriatur peritior quis et doctior lumen inter Lyciorum saltus tenebricosos accensurus, cui laborem meum exantlandum traderem! Qui compagem grammaticam barbaris ipsis adeo inauditam ut sua amplius agnoscere recusantes jure depinxeris ad formulas notas accommodaret! Huic prompta voluntate operam detulerim ad iter complanandum et ipse paratus; nam vel primo intuitu me persuasum habeo posse in vocibus singularibus, hac et altera, adjumentorum quæ memini ope, enucleationem confici. Quoad reliqua, *ἀνέξω ἐμαυτόν, εὖ ποιῶν· παραίνεσιν δέ τινα μικρὰν καὶ ὑποθήκας ταύτας ὀλίγας ὑποθήσομαι - - - - ὡς κοινωνήσαιμι*

speciem refert Lyciæ quæ efferebatur sicut nostrum *gh*. Hoc, nisi fragmentum sit illius quæ integro marmore exstiterat, Δ, quod vix probaverim.

[t] Loca designantur in quibus hæ occurrunt infra sub finem VV. LL. Facile perspicient, pro se quisque, lectores horum studiosi.

αὐτῷ τῆς οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ἐπιγραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ πηλοῦ προσαψάμενος[u].

Titulum descriptum habui de lapide in arce antiqua quam Sillyensem fuisse opinor[v] ubi hodie situs est viculus Turcicus *Assarí* vel *Assar-keuí* qui a parietinis Pergæis distat circiter XIII. millia passuum septentrionem versus, Cestroque (آق صو) interfluente. Erat ostii cujusdam domus una ex antis cui, foramine per mediam facto, insertus fuerat pessulus, id quod gravi injuria finem versus titulum affecit.

Scopum attigi supra, dubitanter sane, ut talia contrectantem decebat. Fragmentum decreti municipalis nos habere crediderim, nam mentio obvia est Senatus in v. 8. init. et fortasse in v. 24. fin. Deinde Civitatis, in vv. 13. 24. 29., Populi cum Urbe, in v. 23. fin., et Magistratuum, qui appellantur *Δικαστερες* (sc. *δικαστῆρες*) et *Αργυροται*, fortasse a fonte Græco derivatum; hoc, nisi rectius sit *Αρδυροται*, quod pro certo affirmare nequeo quum in hac voce apographa vacillent. Quorsum spectat hoc decretum in medio relinquo, conjectatione quam supra protuli minime plus æquo fisus.

Quæ in minusculis subjectis posui Græca potissimum respiciunt quorum inter catervas vocum peregrinarum delectum facere potui. Hæc prosapiam Æolicam vehementer redolent sicut exspectandum erat ex vicinia Sidetum[w] inter quos et Sillyenses communitas originis fortasse intererat.

[u] Lucian. *Quom. hist. sit conscr.* IV. fin.

[v] Video hanc conjecturam in lemm. tit. 4342. *c.* fascic. Franz. veramque puto. Leakius de *Selga* cogitaverat in not. 30. ad Eccles. VII. Arundel. p. 317.

De Sillyo conf. Arrian. ubi supr. qui scribit Σύλλιον. Nummi ethnicum ΣΙΛΛΥΕΩΝ præferunt: Eckh. vol. III. p. 17. s. Vide Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 815. Ptolemæus Σίλυον. Aliquando opinatus sum *Sillyum* fuisse quod appellat Livius in XXXVIII. 15. *Xylinen Comen*, ubi vid. discrepp. codicum, ut in Lysinoë quam memorat postea.

[w] Vid. testimonium Arriani in loc. supr.

Restat ut quædam de varietate lectionis moneam. In titulo concinnando exemplaribus usus sum a DD. Rossio de Bladensberg et Jens Pellio confectis quæ humanissime mecum communicavit Borrellius. Ex his Rossianum absolutius est, duobus versibus qui Pellium videntur latuisse conservatis, nempe 3. 28.

In v. 1. fin. *R.* ΝΗΕΔΕ. In 2. med. *P.* ΥΠΑΚΑ. In 4. init. *R.* ΚΕΡΑΜΕΝΟΣ, littera 3tia procul dubio omissa. In 5. med. *P.* ΔΕΚΑFΕΛΡΙ, finalibus per punctiunculas notatis. In 6. *R.* ΤΙΑ_ΑFΕΣΑ. In 8. *R.* ΕΤΥΛΛΡΙΙ etc. In 9. med. *P.* ΜΗΡΙΑΕΤΙΕ^ΑΙFΠΗ etc. In 10. sub med. *R.* FΤΥΣ. *P.* FΤΥΙΚΛΙΜΗΕ etc. In 11. med. *P.* ΕΙΛΟΔΥ, sub. fin. ΔΙΙΑΣΤΕΥΕΣ. In 12. a med. *P.* ΚΑΤΕΓΕΡ etc. In 13. init. *P.* ΚΑΘΥΔΥΚΔΙΗΑΝΑ, et sub fin. ΚΑΙΥΒΟΛΕΜΕΜ, quod *R.* ΚΑΒΥΒΟΛΕΜΙΟΚ - --. In 14. med. *P.* ΗΛΙΟ°FΕΥΟ. Hoc ult. *R.* ΕFCΤΟ. In 15. init. *P.* ΑΣVΛΤΥ, et in fin. ΑΙΡΕΚΔΔ. In 16. fin. *R.* ΑΖCΔ. In 18. *R.* init. ΣΤΕΡΕΣΛΕΚΑΙΑΙΔΥΡΟΤΑΙ, quæ in Pelliano excipit ΑΝΕΑΝΕ. In 19. med. etc. *R.* ΦΥΣΕΛΔΟΔΥ_ΔΙΒΑΣΤΕΡΕΣ, quæ *P.* ΦΥΣΕΛΑΙΟΔΥΔΙΑΣΓΕΡΕΟ. In 20. fin. *R.* ΟΔΗ - - - - ΕΣΔ. In 21. init. *R.* ΟΑΥΑΜΔ, in fine *P.* ΛΠΙ°Α. In 23. init. *R.* ΕΗΕΚΑΙΜΗΕΙΑ. In 24. init. *R.* ΑΔΕΘΛΑ, deinde *P.* FΕΡΕΤΟΣΑΙΣ, et in fine ΒΟFΑΙ°Κ ubi *R.* ΒΟFΛΚΑΙ[x]. In 25. init. *P.* ΟΛΙ. Dein *R.* ΕΥΚΑΙ. In 26. *R.* ΙΚΟ - - ЄΣΘΑΠ etc. In 27. fin. *P.* ΑΟΑ. In 29. fin. *R.* ΟΥ_ΥΣΥ. In 30. fin. *P.* ΑΠΥΓ. In 31. *R.* ΥΙΙΙΙΑΡΥΗΑΙ. In 32. init. *P.* ΕΡΟ, et sub fin. ΟΙΜΕ. In 34. init. *R.* ΑΕΑΤ etc.

Hæc insigniora. Notanda demum veniunt quædam alphabeti

laud. et Strab. XIV. 5. p. 219. T. Σίδη, Κυμαίων ἄποικος.

[x] Comparari potest BOFA, vel BOFΛ, cum Lycio Fellowsii quod citat Sharpius in Appendice B. p. 481. operis sæpius laudati. Fortasse debent exsulare et A et Λ, quorum vestigia in lapide apparebant, et in locum eorum reponi elementum Lyciis proprium cui respondisse fertur Græcorum H. Sic foret pronuntiatio WOFE. Conf. Tab. Alphab. Lyc. in vol. II. Fellows. p. 443.

Lyciorum vestigia in vv. 7. 9. 10. 14. 15. 16. 17. 18. 22. 24. 26. 27. 33. 34. Fortasse illud ↓ in v. 32. formam magis Lyciam induere debet. Quid de elemento in vv. 1. 4. 12. 16 sub. fin. 19. 20. 27. med. versus statuendum sit ignoro. Videtur fuisse Sillyensium proprium, nisi quis cum X finitimorum contulerit quod a Græcorum littera ejusdem speciei prorsus distabat.

PHRYGIA.

APAMEA.

دیناری vel دینارکوی.

CCXXXV. a.

QVÆ . APAMEÆ
NEGOTIANTVR
H . C

Quæ . (sc. *Collegia*) . *Apameæ* . *Negotiantur* . *Hoc* . *Curaverunt*.

Titulus in commemorationem negotiatorum Romanorum qui sedem apud Apamenses fixerant. Descriptum habui de fragmine columellæ repertæ in sepulcreto Turcico vici *Dînarî*. Situm Apameæ insigniter demonstrat, emporii inter Asiana ex nobilissimis, tradente Geographo illustri[y], quod a titulo nostro egregie confirmatur, immo fortasse per ipsum nomen Turcicum oppiduli sedem antiquam occupantis innuitur; nam significatio est, *aurei* vel *aureorum vicus*, nimirum, *divitiis florens*.

[y] Vide xii. 8. p. 73. T.

APOLLONIA.

اولو بورلی.

CCXXXVI. a.

ΤΟΝΑΓΝΟΝ
ΚΑΙΔΙΚΑΙΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ
ΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΥΡΗΛΙΟΝΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΝΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΑ
ΛΩΝΙΑΤΩΝΛΥ
ΩΝΘΡΑΚΩΝΚ
ΛΩΝΩΝΤΟΝΙ
ΟΝΕΥΕΡΓΕ
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΔΡΙΑΝΤΙ

CCXXXVII. b.

ΑΥΡΗΛΙΑΝΑΝΤΩΝΕΙΝΑΝ
ΓΥΝΑΙΚΑΑΥΡΗΛΙΟΥΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΥΤΟΥΚΡΑ
ΤΙϹΤΟΥΕΠΙΤΡΟ
ΠΟΥΤΟΥΣΕΒΑϹΤΟΥ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝΛΥΚ
ΙΩΝΘΡΑΚΩΝΚΟΛΩΝ
ΩΝΑΡΕΤΗϹΕΝΕΚΕΝ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΙ

a. *Τὸν ἁγνὸν καὶ δίκαιον ἐπίτροπον τοῦ Σεβαστοῦ Αὐρήλιον Ἀπολλώνιον ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος Ἀπολλωνιατῶν Λυκίων Θρᾳκῶν Κολωνῶν τὸν ἴδιον εὐεργέτην ἐτίμησαν ἀνδριάντι.*

b. *Αὐρηλίαν Ἀντωνίναν, γυναῖκα Αὐρηλίου Ἀπολλωνίου τοῦ κρατίστου ἐπιτρόπου τοῦ Σεβαστοῦ, ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος Ἀπολλωνιατῶν Λυκίων Θρᾳκῶν Κολωνῶν ἀρετῆς ἕνεκεν ἀνδριάντι (ἐτίμησαν).*

(a.) Titulus ex honorariis. Statuam in honorem Procuratoris Augusti, Apollonii, qui de civitate optime meruerat, ponendam decreverant Senatus et Populus Apolloniensium.

Descriptum habui de basi in atrio domus sacerdotis Græci apud vicum Turcicum *Ulû-bûrlû*. Indicat situm Apolloniæ quæ similiter ac in titulo[a] quem ex muro Aphrodisiensi descripsi designatur *Lyciorum Thracum*, nimirum colonia ab iis deducta.

Edidi ex meo apographo, collato Borrelliano. Video quoque inter Böckhiana nuper a v. d. Franzio concinnata qui Phrygiis accensuit[a]; rectius hoc quam quod plurimi antea fecerant, Pisidiæ, ex. c. Arundellus[b], cujus exemplar a Detterio transcriptum conspicio inter Borrelliana. Supplevit D. in v. 10. fin. ΝΕ, ut sit *νέον εὐεργέτην*, quod Franzius facit *ἴδιον*. Melius hoc fortasse, sed et Detterianum usu comprobatur.

(b.) Titulus honorificus. Antonina, conjux Apollonii illius qui in prægresso memoratur, honorem statuæ virtutis ergo nacta fuerat a Senatu et Populo. Ex nominibus utrumque ratione probabili ad tempus Aureliorum retuleris; Marci opinor.

Descriptum habui de porta castelli in arce vici *Ulû-bûrlû*. Tres versus dumtaxat (sc. 6. 7. 8.) exstant in apographo Detteriano quod ad me misit Borrellius. Negligentius descripserat Arundellus[c] qui integrum edidisse professus est: partem tantum eamque menda aliquot complexam Hamiltonus[d]: ex hisce nuper Franzius[e].

Habet in principio Arund. Η*λιαν*, unde Fr., probante marmore, *Αὐρηλίαν*, nam omiserat prior lacunam quam explevi e vestigiis in monumento. In v. 3. Hamilt. ΛΩΝΙΟΝΥΙΟΝ. Dein Arund. *προπιστου*, et in penult. *της αρετης ετιμησεν*, durior et a marmore improbata ellipsis, cui tamen accedit Franzius. In ult. Hamilt. ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ.

[a] Infr. tit. CCXLVIII. 40. s.

[a] Fascic. p. 54. n. 3969.

[b] *Discoveries in Asia Minor*, vol. I. pp. 243. 5.

[c] Ibid. vol. I. p. 242.

[d] *Researches*, etc. n. 454.

[e] Ubi supr. p. 54. n. 3970.

ATTUDA

ابسیلی حصار.

CCXXXVIII. a.

'Η Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος ἐτίμησαν Νικίαν παῖδα τῶν εὖ γεγονότων, υἱὸν Παυσανίου δὶς τοῦ Διονυσίου ἀνδρὸς βουλευτοῦ καὶ πάσας ἀρχὰς καὶ λειτουργίας λαμπρῶς καὶ ἐπιφανῶς ἐκτετελεκότος, νικήσαντα τὸν πρώτως ἐπιτελεσθέντα τῶν Πυθίων ἀγῶνα, νικήσαντα τὰ καὶ 'Αδριάνεια παίδων πάλην· ἀναθέντος τοῦ ἀγωνοθέτου 'Ανδρέου τοῦ Περείτου τὸν ἀνδριάντα· τῆς ἀναστάσεως γενομένης δι' ἐπιμελητῶν Παυσανίου τοῦ Παυσανίου τρίς, καὶ Παυσανίου τοῦ 'Επιγόνου, τῶν ὑπὸ τῆς πόλεως προτραπέντων. 'Αγωνοθετήσαντος 'Ανδρέου τοῦ Περείτου τοῦ - - - - ς πεντάκις· ἀγωνοθέτας διὰ βίου τῶν Πυθίων Μάρκος Αὐρήλιος 'Αχιλλεύς· προεστὼς διὰ χρόνου Πύθια ἀξιολογώτατος Διογένης· ἀγωνοθέτις - - - - - ἐπιμελησάμενος τῆς ἀγωνοθεσίας 'Ιεροκλέης· ἐν πατρίδι ἀρχιερεύοντος Αὐρηλίου, υἱοῦ Μοσχίωνος, Διοφάντου.

Titulus laudativus. Nicias erat quidam, honesto loco natus, qui vicerat Pythia et Hadrianea, in honorem cujus statuam dicaverat Andreas, præses certaminum, posuerantque curatores a civitate delecti Pausaniæ. Deinceps sequuntur nomina illorum qui vel agonothesias gesserant vel curam muneris illius fuerant sortiti, quorum memorari videntur seni: sed in hac parte (sc. vv. 26–43.) marmor adeo contritum inveni ut sensum aliquem continuum ægre potuerim exarare.

In edendo hoc titulo pro adjumentis habui apographum a Borrellio missum et exemplar Sherardianum quod ex Böckhii thesauris

ΝΕΙΚΙΑΝΤΠΑΙΔΑ
ΤΩΝΕΥΓΕΓΟΝΟΤΩΝ
ΥΙΟΝΠΑΥΣΑΝΙΟΥ
ΒΤΟΥΔΙΟΝΟΙΣΙΟΥ
ΑΝΔΡΟΣ·ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ
ΚΑΙΠΑΣΑ·ΣΑΡΧΑΣΚ
ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣΛΑΜΠΡΩΣ
ΚΑΙΕΠΙΦΑΝΩΣΕΚΤΕΤΕ
ΛΕΚΟΤΟΣ·ΝΕΙΚΗΣΑΝ
ΤΑΤΟΝΠΡΩΤΩΣΕΠΙ
ΤΕΛΕΣΘΕΝΤΑΤΩΝ
ΠΟΙΘΙΩΝΑΓΩΝΑΝΕ
------------ΤΑΚ
ΑΔΡΙΑΝΕΙΑΠΑΙΔΩΝ §
ΠΑΛΗΝΑΝΑΘΕΝΤΟΣ
ΤΟΥΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΑΝ
ΔΡΕΟΥΤΟΥΠΕΡΕΙΤΟΥ
ΤΟΝΑΝΔΡΙΑΝΤΑ
ΤΗΣΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΓΕΝΟΜΕΝΗΣΔΙΕΠΙΜΕ
ΛΗΤΩΝΠΑΥΣΑΝΙΟΥΤ
ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ·Γ·ΚΠΑΥ
ΣΑΝΙΟΥΤΟΥΕΠΙΓΟΝΟΥ
ΤΩΝΥΠΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΠΡΟΤΡΑΠΕΝΤΩΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤ
ΣΑΝΤΟΣΑΝΔΡ
ΕΟΥΤΟΥΠΕΡΕΙ
ΤΟΥΤΟΥ---ΣΕΑΓ.ΝΟ
ΘΕΤΑΣΔΙΑΒΙΟΥ
ΤΩΝΠΟΙΘΙΩΝΜ
ΑΥΡΑΧΙΛΛΕΥΣΤΡΟ
ΕΣΣΤΩΣΔΙΑΧΡΟ
ΠΟΙΘΙΩΝΑΞΙΟΛΟΓΩΤ
ΑΤΟΣΔΙ.ΓΕ..Σ
ΓΩΝΟΘΕΤΙΣ---ΤΡΙ
ΟΣΣ---- ΜΕΛΗΣΑ
ΕΝΟΣ...ΑΓΩΝΟ
ΣΙΑΣ...ΟΚΛΕ
ΗΣ---Ε.ΠΑΤΡΙΔΙ
ΑΙ.....ΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΥΡΥΙ..ΜΟΣΧΙ
ΟΣΔΙΟΦΑΝΤΟΥ

nuper evulgavit Franzius[f]. Descripsi et in regione Pacatiana ipse versatus in loco quem appellat Sherardus *angustum castrulum*, nempe *Ipsili-Hissár*, qui sedem occupat oppidi antiqui Attudensis[g], atque ita a Turcis vocatur a Græco hodierno *ψιλόκαστρον*, h. e. *castellum pusillum*, credo propter Laodiceiam (لاسکیر) tanto magis illustrem in vicinia positam.

Marmor in quo insculptus fuerat titulus bipartiverant lapicidæ Turcici, fragmenque unum in murum Moschæ intulerant, alterum in aream. Quod in hac conspicitur præbet vv. 19–43., reliquos illud. Ex hisce vv. 1–25. in schedis Sherardi reponuntur, ceteris credo prætermissis quæ ob lapidis trituram votis docti viri minus respondebant.

Lectiones quæ a nostris discrepant sunt, in vv. 1. 2. Bö. **ΤΑΙ ΑΔΑΤΩΝΕΥΕΡΓΕΤΟΝΟΤΩΝ.** Hæc in minusculis exhibuit Franz. *ἄνδρα ἀπὸ προγόνων εὐεργέτην αὐτῶν*. Borrell. in 2. fin. **ΕΥΤΕΓΟΝ. ΤΩΝ**, vero propiora. In 3. fin. Bö. **ΠΑΙΣΑΝΙΟΥ.** In 4. princ. Borr. **+ΤΟΥΔΙΟΝ** etc. Bö. **ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.** In 7. fin. Borr. **ΛΑΜΙΡΟΣ.** et in 8. **ΕΠΙΦΑΝΩΕΕΚΤΕΠ**, quæ ult. Bö. **ΕΚΤΕΤΗ.** In 9. Borr. **ΑΕΚΟΤΟΣ.ΝЄΙΚΗΣΑΙ**, et in 10. **ΠΡΟΤΟΣ.** In 12. Bö. **ΠΟΗΘΙΩΝ.** Borr. **ΑΤΩΝΑ.** Quæ sequuntur explicat Franzius in minusculis *ἀγενείων πάλην*[h]. In 13. fin. Borr. **ΤΑΚ.** Bö. **Α.ΑΚ.** In 14. Borr. **ΑΝΔΡΙΑΝΤΕΙΑΠΑΔ.** Bö. **ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΙΑΠΑΙΔΩ.** In 16. s. Borr. **ΑΝΔΡΕΟΥ.** In 18. Bö. **ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΝ.** In 20. Borr. **ΤΕΝΟΜ** etc. In 22. Bö. pro litt. numerali, **F.** In 23. Bö. **ΕΠΙΓΩΝΟΥ.** Ultra v. 25. non processit vir doctus, quippe deficiente codice Sherardiano.

[f] Ubi supr. n. 3952. p. 43.

[g] Hoc luculenter constat ex titulo Sherardiano, Franzii n. 3950., ut in lemmate docti viri notatur.

Locum habent Attuda in recensu Eckheliano, vol. III. p. 142. ubi memorantur *incerti situs*.

[h] Conf. tit. inter Böckhianos edit. vol. II. p. 1112. n. 2810. *b.* (ex Fellows.) vv. 10. 15.

Non item Borrellius, sed misere disjecta referens, quæ in legentium gratiam appono.

Vss. 26. sqq. **ΑΛΩΡ.ΗΟΝ = ΣΝΕΑΝΤΟΥΣΑ = ΕΟΥΤΟΥΠΕΡΙ = ΤΟΥΤΟΥ - - - ΣΕΑΓ - ΟΝ = ΘΕΤΑΣΔΙΑΡ - - ΙΟΥ = ΤΩΝΠΟΙ ΟΙΥ- - Ι - - = - ΥΡΑΧΥΛΛΕΥΣΗΟ = ΕΣΣΤΟΣΝΙΑΚΡΟ = ΠΟΕΟ ΑΕΙΟΑΟΓΩ = ΑΤΟΣΔ - - ΕΙΣ - ΥΣ = ΙΩ - - ΟΕΤΙΣ - - - ΤΡΙ = ΟΣΣ - - - - ΝΕΛΗΣΑ = ΕΝΟΣ - - ΑΤΩΝΩ = ΣΙΑΣ - - ΟΙΔΕ = ΗΣ - - - ΕΙΠΑΤΙ - ΙΔΙ = ΑΙ - Ν - ΝΕΥΟΝΤΟΣ = ΑΥ - ΥΙΑΙΜΙΟΣΧ = ΟΕ - ΔΙΟ - ΦΙΝΤΟΥ.**

Ipse ex materia pæne intractabili per totam hanc partem lapidis molestiam cepi. Quædam adhuc in medio relicta officiis peritiorum commendo, quale est nomen femininum in v. 36.

* * * * * * *

EUMENIA.

اشقلى.

CCXXXIX. a.

ΕΡΜΗϹΑΚΜΟΝΕΥϹΚΑΙΕΥΜΕΝΕΥϹ

ΤΩΥΙΩΜΟΥΕΥΚΑΡΠΩΚΑΙΕΜ
ΤΩΚΑΙΤΗΓΥΝΑΙΚΙΑΦΡΟΔΕΙϹΙΗ
ΕΜΟΥΘΑΝΟΝΤΟϹᵒΚΑΙΓΥΝΑΙ
ΚΟϹΚΑΙΤΕΚΝΩΝΟϹΑΝΑΝΥ
ΞΕΙΤΥΜΒΟΝΗΒΛΑΨΕΙΤΑΦΟΝ
ΠΟΛΛΑΙϹΑΩΡΟΙϹΠΕΡΙΠΕϹΟΙ
ΤΟϹΥΝΦΟΡΑΙϹΟϹΔΕΠΙΧΕΙΡΗ
ϹΕΙΕΠΟΙϹΕΙΤΩΦΙϹΚΩ✱/ΒΦ

Ἑρμῆς Ἀκμονεὺς καὶ Εὐμενεὺς τῷ υἱῷ μου Εὐκάρπῳ καὶ ἐμαυτῷ καὶ τῇ γυναικὶ Ἀφροδισίῃ.

Ἐμοῦ θανόντος καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων,
Ὃς ἂν ἀνοίξει τύμβον ἢ βλάψει τάφον
Πολλαῖς ἀώροις περιπέσοιτο συμφοραῖς.
Ὃς δ' ἐπιχειρήσει ἐποίσει τῷ φίσκῳ δηνάρια
δισχίλια πεντακόσια.

Titulus sepulcralis. Condiderat Hermes quidam sepulcrum in suum usum et conjugis Aphrodisiæ filiique Eucarpi. Apponuntur ad conservationem ejus diræ et multa.

Appellatur H. Eumeniensis et Acmoniensis, hoc est, civis fuerat utriusque urbis. Erat et Acmonia in Phrygia magna sita.

Titulum habui descriptum de marmore in hospitio (قوناق) præfecti Turcici apud vicum *Ishiklí*. Ediderat Arundellus[i] in tabula lithographica itinerario ejus subjecta, deficiente prima littera in v. 1. et in ceteris quibusdam mendis admissis de quibus in Fasciculo priore egi. Ex illo nuper Franzius[k].

Disceptantibus de situ Eumeniæ antiquæ hæc inscriptio minime succurrit, uti manifestum est. Descripserat vero Pocockius in eodem situ titulum sepulcralem in quo diserta mentio facta est Senatus Eumeniensium (**ΕΥΜΕΝΕΩΝ**), quod incuriosius expresserat v. d. **ΣΥΜΕ ΝΕΩΝ**, latuit ideo verum ut in quæstione de situ Trallensi, supra n. cx. Nimirum opinabatur P. se in vico *Ishekli* reperisse Apameiam Cibotum, ut apud *Gueûzel Hissár* Magnesiam ad Mæandrum.

CCXL. b.

.....ΡΗΣΕΙΟΥΔΕΝΙΔΕΑΛΛΩΕΞΟΝΕΣΤΑΙΘΕΙΝΑΙΤΙΝΑΕΙΔΕΤΙΣ
ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΕΙΕΙΣΟΙΣΕΙΕΙΣΤΗΝΕΥΜΕΝΕΩΝΒΟΥΛΗΝΠΡΟΣΤΙΜΟΥ
ΧΑΡΙΝΚΑΙΕΣΤΑΙΑΥΤΩΠΡΟΣΤΟΜΕΓΑΟΝΟΜΑΤΟΥΘΕΟΥ

[i] Eccles. VII. As. p. 373. Conf. not. Leakian. p. 329.

[k] Fascic. p. 23. n. 3893.

- - - - *συγχωρήσει· οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἐξὸν ἔσται θεῖναί τινα· εἰ δέ τις ἐπιχειρήσει, εἰσοίσει εἰς τὴν Εὐμενέων Βουλὴν προστίμου χάριν, καὶ ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸ μέγα ὄνομα τοῦ Θεοῦ.*

Fragmentum tituli sepulcralis indidem descriptum. Restabat tantum clausula in qua cautum est sub pœna multæ et exsecrationis ne injuria monumento fieret.

Edidit jamdudum in minusculis Arundellus[l]; ex illo Franzius[m]. In v. 1. omittit Arund. **ΔΕ**, ut in principio **ΡΗΣΕΙ**. In 2. (Ar. 5.) legit **Ευμενιων**. Ibid. in fin. (Ar. 6.) habet *προστιμον* (*χιλλια δηναρια*). Nihil recte. Confecerat nimirum certam summam ex vera lectione **ΧΑΡΙΝ**. Menda partim sustulit Franzius.

CCXLI. c.

ΕΥΜΕΝΕΩΝΒΟΥΛΗ

. . . . . Εὐμενέων Βουλῇ . . . . . .

Fragmentum tituli sepulcralis in iisdem ædibus ac qui præit repertum. Particula clausulæ tantum restat, nimirum de multa Senatui Eumeniensium pendenda; fortasse *εἰς τὴν Εὐμενέων Βουλήν*, ut in prægresso.

Ediderat sordibus oppletum suo more Pocockius[n] titulum cui fortasse hoc fragmentum pertinebat. Ex illo nuper Franzius[o]. Memoravi supra quod maxime dignum est notatu in lectionibus Pocockii. scil. vers. ult. **ΤΗΣΥΜΕΝΕΩΝΒΟΥΛΗ**.

[l] Discoveries, etc. vol. I. p. 149.
[m] Ubi supr. p. 25. n. 3902.
[n] Inscr. Antiq. II. 5. 11.
[o] Ubi supr. p. 24. n. 3901.

HIERAPOLIS.

.پنبوق قلعهسی

CCXLII. a.

ΤΟΥΤΟΤΟΗΡΩΟΝ
ΣΤΕΦΑΝΟΙ
ΗΕΡΓΑΣΙΑΤΩΝΒΑΦΕΩΝ

Τοῦτο τὸ ἡρῷον στεφανοῖ ἡ ἐργασία τῶν βαφέων.

Titulus commemorat coronationem heroi a collegio artem tinctoriam exercentium. Descripsi in sede antiqua Hierapolitana inter parietinas sepulcrales. Ediderat in libro recens evulgato Fellowsius[p], ex quo et codd. Chishulli[q] et Spanhemii[r] Franzius[s]. Dedi potissimum ob illustrationem quam præbet insignem loci Strabonis ubi Hierapolitana tractat[t].

* * * * * * *

LACINA.

?غازيلر ? ياررسلى

CCXLIII. a.

Ἀγαθῇ τύχῃ· Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νίκης καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν Δεσποτῶν καὶ ἀνικήτων Αὐτοκρατόρων Λουκίου Σεπτιμίου Σεουήρου καὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου καὶ Ποπλίου Σεπτιμίου Γέτας Καίσαρος καὶ νέας Ἥρας Ῥωμαίας καὶ σύμπαντος οἴκου τῶν Σεβαστῶν καὶ ἱερᾶς Συγκλήτου καὶ Δήμου τῶν Ῥωμαίων· ἐπὶ ἀνθυ-

[p] Discov. in Lyc. n. 202. p. 271.

[q] Cod. I. 85. in Ask. Append. II.

[r] Cod. n. 114.

[s] Fascic. p. 37. n. 3924. *b*.

[t] Vide libr. XIII. 4. p. 158. T.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΥΠΕΡCωΤΗΡΙΑCΚΑΙΝЄΙΚΗCΚΑΙΑΙωΝΙΟΥΔΙΑΜΟΝΗCΤωΝΔЄC
ΠΟΤωΝΚΑΙΑΝЄΙΚΗΤωΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝΛΟΥΚΙΟΥCЄΠΤΙΜΙΟΥ
CЄΟΥΗΡΟΥΚΑΙΜΑΡΚΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥΑΝΤωΝЄΙΝΟΥΚΑΙΠΟΠΛΙΟΥ
CЄΠΤΙΜΙΟΥΓЄΤΑCΚΑΙCΑΡΟCΚΑΙΝЄΑCΗΡΑCΡωΜΑΙΑCΚΑΙCΥΝ
ΠΑΝΤΟCΟΙΚΟΥΤωΝCЄΒΑCΤωΝΚΑΙΙЄΡΑCCΥΝΚΛΗΤΟΥΚΑΙ
ΔΗΜΟΥΤωΝΡωΜΑΙωΝ◦ЄΠΙΑΝΘΥΠΑΤΟΥΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ
ΤΑΤΙΟΥΤΙΤΙΑΝΟΥΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗΠΑΤΡΙΔΙΤωΛΑΚΙΝЄωΝ
ΔΗΜωΜЄΤΑΠΑCΑCΑΡΧΑCΤЄΚΑΙΛЄΙΤΟΥΡΓΙΑCΚΑΙΔΙΑΠΟΝ
ΤΙΟΥCΠΡЄCΒЄΙΑCΑCΗΝΥCЄΝЄΠΙΘЄΟΥΚΟΜΜΟΔΟΥΤΡΥΦωΝΑ
ΠΟΛΛωΝΙΔΟΥΥΠΟCΧΟΜЄΝΟCΑΠΟΤΗCΓΛΥΚΥΤΑΤΗCΘΥΓΑΤΡΟC
ΙΔΙΑC - - - - - - ΚΑΙΠΡΟCΦΙΛΟΤЄΙΜΗCΑΜЄΝΟCΜЄΤΑΤΗCΓΥΝΑΙ
ΚΟCΑΜΜΙΑCΚΑΙ - - - - - - ΤΗCΘΥΓΑΤΡΟCΑΥΤΗCΚΑΙΑΥΤΑC
ΔΙΑΒΙΟΥΜЄΤЄΧЄΙΝЄΚΤЄΛЄCΑCΤΟΒΑΛΑΝЄΙΟΝΠΑΡЄΔωΚЄΝ

πάτου λαμπροτάτου Τατίου Τιτιανοῦ τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι τῷ Λακινέων δήμῳ μετὰ πάσας ἀρχάς τε καὶ λειτουργίας καὶ διαποντίους πρεσβείας ἃς ἤνυσεν ἐπὶ θεοῦ Κομμόδου Τρύφων Ἀπολλωνίδου, ὑποσχόμενος ἀπὸ τῆς γλυκυτάτης θυγατρὸς ἰδίας (τῆς δεῖνος) καὶ προσφιλοτιμησάμενος μετὰ τῆς γυναικὸς Ἀμμίας καὶ (τῆς δεῖνος) τῆς θυγατρὸς αὐτῆς καὶ αὐτὰς διὰ βίου μετέχειν, ἐκτελέσας τὸ βαλανεῖον παρέδωκεν.

Titulus commemorat munificentiam in populares suos Tryphonis cujusdam, filii Apollonidæ, cunctisque magistratibus, ministeriis publicis, et legationibus perfuncti, qui ædes balnearias exstruxerat donoque Lacinensibus, ita tamen ut usus fructus per vitam competeret uxori et filiabus, dederat. In exordio ponitur formula solennis precum pro salute, etc. imperatorum, quibus adduntur Plautilla, Augustorum domus universa, et S. P. Q. R.

Imperatores nominantur, Septimius Severus, Caracalla, et Geta, priores Augusti, hic Cæsar; proinde innotescit limes temporis, scil. U. C. 951. P. C. 198[u]. Audit porro conjux Caracallæ *juvenis Juno Romana*, quod egregie illustrat nummus Alindæ apud Haymium in quo epigraphe obvia est ΝΕΑ . ΘΕΑ . ΗΡΑ[v]. Plautillam designans. Ita ad annum U. C. 955. provehimur, ubi nempe filio matrimonii infaustissimi auctor fuit Severus[w].

Descriptum habui titulum de marmore in fontem illato prope vicum Turcicum *Yarraslí* qui jacet in itinere ab oppido *Denizlí* (دكزلى) ad *Bûrdûr* ubi crediderim sitam fuisse *Cretopolin*[x]. Distat Africum versus plus minus viginti millia passuum a vico *Yâz-* (vel

[u] Vide Spartian. in Severo, XVI. et in Geta, V. Eckhel. vol. VII. p. 176. b.

[v] Refert Eckhelius in p. 227. ibid.

[w] Conf. Dion. LXXXVI. 1. Eckh. ubi supr. p. 224.

[x] Hæc Leakiana conjectura est, cui omnino assentiendum puto. Vid. not. 29. in Arundelli VII. Eccles. p. 317.

Yâzî-) keuî (يازى كوى)[y], in cujus vicinia exstitisse puto *Lysinoen*, cujus meminerunt Livius[z] et Polybius[a]. Ex parietinis Lysinoes, quæ in clivo conspiciuntur prope vicum *Ghazîler*[b] parvoque intervallo a fontibus *Lysis*, advectum fuisse marmor fides mea est. Hoc saltem referebant vicani.

Redeo ad propositum. Expressi in legentium gratiam litterarum species versuumque ordinationes magis accuratas quam fecerat Arundellus. In primis omisit vir doctus præfatum solenne in v. 1. Dein in v. 2. legit *ἐπὶ - - - - νίκης*, in v. 3. *ἀνικήτων*. Admisit in 4. **Π.** pro **ΠΟΠΛΙΟΥ.** In v. 5. extr. omisit **ΚΑΙ**, necnon in 11. sub fin. **ΤΗϹΓΛΥΚΥΤΑΤΗϹ.** In v. penult. absunt **ΤΗϹ - - - - - ΑΥΤΗϹ.**

[y] Videtur *Yazî-keuî* vicus esse quem Arundellus in opere supradicto, p. 152., appellat *Yazakeuy*, ubi monumentum imperatorium in basi se conspexisse tradit.

[z] Vide XXXVIII. 15. Vix obstare credo dissimilem scripturam Livianam. Ipse, dum in hac regione versarer, verisimile credebam appellationem *Lysinoe*, ut et *Lysis*, corruptam fuisse ex forma quam titulus noster edocet, *Lacina*, ut adeo ad Græcorum etymologiam accommodatior prodiret species. Reputemus porro diversitatem scripturæ et errores codices exscribentium. Quod Livius *Lysinoen*, Ptolemæus appellat Λυσινίαν, ad nostrum, *Lacina*, proxime accedentem. Codices Polybiani habent Λυνηνόη et Λιηνόη. Immo *Lysis* ipse, flumen suburbanum, diversimode in Codd. Liv. effertur. Certe difficillimum est viam complanare ope scriptorum classicorum, fœdatis adeo nominibus vernaculis. Exemplum capias: memorat Livius oppidum *Lagon:* quis ex hoc eruerit Λακινεύς? Attamen discrepantia nil movet optimum Arundellum. Vide *Discoveries in Asia Minor*, vol. II. pp. 117. seq. ubi in minusculis editum hunc titulum reperient lectores. Exinde Franzius in p. 47. n. 3956. *b*.

Ceterum exstat locus Strabonis quem miror fefellisse auctores qui de Lacinis (vel Laginis) tractarunt ex Scriptoribus Ecclesiasticis. Aperte in illo indicatam credo nostram urbem, et cum nota distantiæ apposita quæ optime situi convenit. Verba sunt: Φησὶ δὲ Ἀρτεμίδωρος, ἀπὸ Φύσκου τῆς Ῥοδίων Περαίας ἰοῦσιν εἰς Ἔφεσον μέχρι μὲν Λαγίνων ὀκτακοσίους εἶναι καὶ πεντήκοντα σταδίους. Ex hoc demum intelligimus inconstantiam scriptt. quam in Lemmate suo notat Franzius, Λάγηνα, Λάγινα, Λαγινία.

[a] Vide libr. XXII. 19. 2.

[b] Appellatur *Hazilare* in op. Arund. ubi supra, qui vel Lysinoen vel Cretopolin ibi sitam fuisse arbitratur. Conf. VII. Eccles. p. 318. not. 31.

Nomina filiarum[c] penitus exsulabant ex marmore; deleta crediderim de industria. Observo demum formas litterarum in titulo rudiores fuisse, et a manu parum exercitata evidenter sculptas.

* * * * * * *

PRYMNESSUS.

سيد ال غازى.

CCXLIV. a.

ΘΕΟΙϹΚΑ
ΤΑΧΘΟ
ΝΙΟΙϹΚΑΙ
ΔΙΙΒΡΟΝ
ΤѠΝΤΙ

Θεοῖς καταχθονίοις καὶ Διῒ βροντῶντι.

Hic titulus est vel dedicatorius vel inter diras annumerandus. Habui ex marmore inter parietinas Prymnessias, de quibus vide argumentum quod sequitur. Erat fortasse templum apud Prymnessios diis inferorum i. e. Plutoni et Proserpinæ, una cum Tonante, dedicatum, cui hæc fuerat epigraphe. De hoc Jove, et quomodo distinct us fuerit apud Romanos a Capitolino, adeundus est Suetonius[d].

Edidit hunc titulum Franzius[e] ex schedis Baronis de Wolff, qui parum accurate expressit. Habeo et apographa Detterii et Kyriaki Phædri, Græci Smyrnensis, quorum hoc absolutissimum est. Species manuum sublatarum cum digitis protensis infra in anaglypho repræsentabantur, quod ipsum precantis gestum refert.

[c] Videtur una ex hisce fuisse filia Tryphonis, altera privigna: sed marmor in hac parte valde contritum fuerat.

[d] Octav. XCI. 4.

[e] Ubi supr. p. 3. n. 3819.

CCXLV. b.

ΗΒΟΥΛΗΚΑ
ΙΟΔΗΜ
ΟΣΠΡΥΜΝΗΣΣΕΩ
ΝΕΤΕΙ
ΜΗΣΑΝΠΑΙΛ
ΙΟΝΚΛΑΥ
ΔΙΑΝΟΝΝΙΓΕ
ΡΑΝΕΟΝ
ΗΡΩΑ

Ἡ Βουλὴ *καὶ ὁ Δῆμος* Πρυμνησσέων *ἐτίμησαν* Πόπλιον Αἴλιον Κλαυδιανὸν Νίγερα, *νέον ἥρωα.*

Titulus ex honorariis qui et sepulcrales censendi sunt. Insculptus fuerat basi statuæ positæ a Senatu et Populo Prymnessiorum in honorem Nigri cujusdam jam fato defuncti; ideo ἥρως appellatur ut usu sæpius venit[f].

Descriptum habui de lapide inter rudera arcis antiquæ reperto ubi nunc situs est vicus Turcicus *Sîd-el-Ghazî* qui in itinere jacet ab *Eski-shehir* (اسكی شهر) i. e. Dorylæo, ad *Afiûn-karah-hissâr* (افيون قره حصار).

Video inter titulos a Franzio[g] nuper editos qui habuit ex Barone de Wolff. Insunt menda, in v. 1. s. ΝΑΙΟΛΗΜΟ. In 2. s. Ε.. ΜΗΣΙΝ. In 3. s. ΚΛΑΛΙΑΝΟΝ. Retuli propter insigniter ab eo demonstratum situm Prymnessi, seu, ut quidam efferunt, Prymnesiæ.

[f] Conf. Fascic. I. tit. XI. 5.

[g] Ubi supr. p. 2. n. 3818.

SEBASTE(?).

سالجقلر.

CCXLVI. a.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΑΝΚΑΠΙΤΩΝΑ
ΣΩΚΡΑΤΟΥΣΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΕΠΙΤΟΥΣΚΥΡΙ
ΟΥΣΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣΣΥΝΚΑΙΤΩΥΩΣΩΚΡΑΤΙ
ΣΠΟΥΔΑΙΩΣΚΑΙΠΙΣΤΩΣ

Ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος ἐτίμησαν Καπίτωνα Σωκράτους πρεσβεύσαντα ἐπὶ τοὺς Κυρίους Αὐτοκράτορας σὺν καὶ τῷ υἱῷ Σωκράτει σπουδαίως καὶ πιστῶς.

Titulus honorificus. Laudes commemorat ex decreto Senatus et Populi (Sebastenorum?) Capitonis cujusdam filiique ejus Socratis, propter legationem ad Imperatores diligenter et cum fide peractam.

Retuli hunc titulum a vico Turcico *Saldjeklar*, varie ab aliis scripto *Segicley*, *Segiclar* vel *Segiklar*[h]. Hunc sedem Eucarpiæ antiquæ occupare opinantur quidam; alii Sebastes Phrygiorum[i]. Ego in primis de Eucarpia[k] cogitavi, sed nunc ad sententiam proclivis sum hanc in vicinia oppiduli *Ushak* quærendam esse[l]. Reperi in marmore quod in ambitum Moschæ illatum fuerat. Non alias editum vidi.

[h] Conf. Arundel. VII. Eccles. p. 250. ubi et appellatur *Eskt-bunâr* (اسکی بوکار), et Franz. in lemm. n. 3871. ex Kieperto et Arundello.

[i] Ut Kiepertus cit. in lemm. Franz. *ubi supra.*

[k] In hac sententia mecum fecisse Detterium (comitem itin. Arundelli) ex apographo ejus ad me misso a Borrellio invenio.

[l] Hoc asserit doctiss. Letronnius in *Journ. des Sav.* 1829. p. 691. Aliter statuit Franzius in lemm. n. 3862. qui Alyddam (s. Flaviopolin) ibi sitam pronuntiat, nempe ex Arund. *ubi supr.* et *Discoveries*, etc. tom. I. p. 105.

سليمان قلعهسى.

CCXLVII. a.



Titulus bilinguis commemorabat fortasse erectionem templi imperatori Claudio dicati. Descriptum habui de fragmine marmoreo (epistylio) inter parietinas templi Ionici apud vicum Turcicum *Sûlîmanî* vel *Sûlîmân-Kal'ahsî* dissitum circiter octo millia passuum a *Kîz-bûk* (قيزبوق) ubi sitam fuisse veterem Blaundum ponit Franzius[m] titulo quodam Hamiltoni fretus a quo appellatur vicus hodiernus *Kobek*. Si hoc verum sit, quid de *Sûlîmanî*, ubi certissima se produnt vestigia oppidi cujusdam antiqui, statuendum? Audiamus Detterium, Arundellum comitatum, de cujus adversariis sequentia describo: *M. Arundell a cru que les ruines de Suleimani marquaient l'emplacement d'Alydda*[n]*; mais je suis porté à croire que c'est plutôt la ville de Klanudda*[o]. Proinde foret titulus inter Lydios recensendus. At quo argumento fretus hoc statuerit Detterius ignoro; nec magis Arundellum sequor, rationibus geographicis coactus quas hic exponere foret a meo proposito alienum. Dudum opinatus sum ipse

[m] Vide lemma n. 3866. p. 16. ubi supr.

[n] Conf. not. *l.* pag. præced.

[o] Conjecerat Leakius (not. ad Arund. VII. Eccles. p. 331.) Clanuddam sitam fuisse prope vicum Turcicum *Yenî-shehir* qui distat ab *Ushak* (supr. not. *l.*) plus minus sex horas notozephyrum versus.

veram sedem Blaundi fuisse ubi nunc conspicimus *Sûlîmanî;* sin hoc minus arridet, restat Apollonia quam prædicant nummi Lydiisque accenset Stephanus[p], diversa Apollonide illa quam inter Sardes et Pergamum collocat Strabo. Hoc situ fortasse quærenda est; nec parum opinor roboris accedere ex fragmento ONIA in tituli exordio, immo ex ONXI in v. 2. si ponamus illud X non esse litteram, sed tantummodo notam inter syllabas diacriticam, qualem obviam vidimus in titt. LXIII. LXVI. et fortasse in CCXXXII. De hoc vero judicium legentibus permitto, fragmento interea posito inter Phrygia, ut fecisse video Franzium[q] in fasciculo recens edito, qui et hunc titulum cum ceteris Arundellianis ex eodem situ expressit.

[p] Vide Eckhel. *D.N.V.* vol. III. p. 92. a. [q] Ubi supr. p. 16. n. 3869.

PISIDIA.

ANTIOCHIA.

يلا باشى.

CCXLVIII. a.

Ἐπειδὴ Μένανδρος Ἀπολλωνίου τοῦ Μενάνδρου Ἀφροδισιεύς, παγκρατιαστὴς παράδοξος καὶ διὰ βίου ξυστάρχης τῶν ἐν κολωνείᾳ Ἀντιοχείᾳ ἀγώνων, ἀθλήσας ἐνδόξως καὶ ἐπιμελῶς ἐπὶ τοσοῦτον δόξης προέβη ὡς πρῶτον ἀνελέσθαι εὐτυχῶς τοσούτους ἀγῶνας καὶ δοξάσαι καθ' ἕκαστον ἀγῶνα τὴν λαμπροτάτην πατρίδα αὐτοῦ κηρύγμασι καὶ στεφάνοις, μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ θεοῦ Ἀντωνίνου, ὡς οὐ μόνον στεφανωθῆναι ταῖς ἐκείνου χερσίν, ἀλλὰ καὶ τιμαῖς ἐξαιρέτοις τιμηθῆναι, μετὰ δὲ ταῦτα γενόμενος ξυστάρχης τοσαύτῃ εὐνοίᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ μετὰ σπουδῆς ἁπάσης κήδεται τῶν ἡμῖν διαφερόντων τὰ κάλλιστα καὶ ἄριστα πολιτευόμενος ἐν ἡμῖν, καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἄλλα τὰ μὲν πολλάκις καὶ τὰ νῦν ἐπαινοῦντες τὸν ἄνδρα καὶ μαρτυροῦντες αὐτῷ ψηφίσματα τοῖς Κυρίοις Αὐτοκράτορσιν πεπόμφαμεν, ἡγούμενοι μεγίστας καὶ ἀνταξίας ἀμοιβὰς αὐτῷ γενέσθαι ἀντὶ τῆς περὶ ἡμᾶς εὐνοίας καὶ ὅτι διακονήμασιν ἱκανοῖς καὶ κόπῳ πολλῷ προεγένετο καὶ διεπράξατο ἀχθῆναι τὸν Μηνὸς ἀγῶνα παρὰ τοῖς Ἀντιοχεῦσιν ὡς κομίζειν ἡμᾶς οἴκοθεν παρ' αὐτοῦ τιμὴν ἐν τοῖς μάλιστα· Διὰ ταῦτα δεδόχθαι τύχῃ ἀγαθῇ εὐχαριστῆσαι τῷ

ΠΑΡΑΔΟΞΟΣΚΑΙΔΙΑΒΙΟΥΞΥΣΤΑΡΧΗΣ
ΤΩΝΕΝΚΟΛΩΝΕΙΑΑΝΤΙΟΧΕΙΑΑΓΩΝΩΝ
ΑΘΛΗΣΑΣΕΝΔΟΞΩΣΚΑΙΕΠΙΜΕΛΩΣΕΠΙΤΟ
ΣΟΥΤΟΝΔΟΞΗΣΠΡΟΕΒΗΩΣΠΡΩΤΟΝ
ΑΝΕΛΕΣΘΑΙΕΥΤΥΧΩΣΤΟΣΟΤΟΥΣΑΓΩ
ΝΑΣΚΑΙΔΟΞΑΣΑΙΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΑΓΩΝΑΤΗΝ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΑΥΤΟΥΚΗΡΥΓΜΑΣ
ΙΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΙΣΜΑΛΙΣΤΑΔΕΚΑΙΕΠΙ
. . ΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΩΣΟΥΜΟΝΟΝΣΤΕΦΑΝ
ΩΘΗΝΑΙΤΑΙΣΕΚΕΙΝΟΥΧΕΙΡΣΙΝΑΛΛΑΚΑΙ
ΤΕΙΜΑΙΣΕΞΑΙΡΕΤΟΙΣΤΕΙΜΗΘΗΝΑΙΜΕΤΑΔΕΤΑΥΤ
ΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΞΥΣΤΑΡΧΗΣΤΟΣΑΥΤΗΕΥ
ΝΟΙΑΚΑΙΕΠΙΜΕΛΕΙΑΜΕΤΑΣΠΟΥΔΗΣΑΠΑ
ΣΗΣΚΗΔΕΤΑΙΤΩΝΗΜΕΙΝΔΙΑΦΕΡΟΝ
ΤΩΝΤΑΚΑΛΛΙΣΤΑΚΑΙΑΡΙΣΤΑΠΟΛΕΙΤΕΥ
ΟΜΕΝΟΣΕΝΗΜΕΙΝΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑΚΑΙΑΛΛΑ
ΤΑΜΕΝΠΟΛΛΑΚΙΣΚΑΙΤΑΝΥΝΕΠΑΙΝΟΥΝ
ΤΕΣΤΟΝΑΝΔΡΑΚΑΙΜΑΡΤΥΡΟΥΝΤΕΣΑΥΤΩ
ΨΗΦΙΣΜΑΤΑΤΟΙΣΚΥΡΙΟΙΣΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ
ΣΙΝΠΕΠΟΜΦΑΜΕΝΗΓΟΥΜΕΝΟΙΜΕΓΙΣΤ
ΑΣΚΑΙΑΝΤΑΞΙΑΣΑΜΟΙΒΑΣΑΥΤΩΓΕΝΕΣΘ
ΑΙΑΝΤΙΤΗΣΠΕΡΙΗΜΑΣΕΥΝΟΙΑΣΚΑΙΟΤΙ
ΟΝΗΜΑΣΙΝΙΚΑΝΟΙΣΚΑΙΚΟΠΩΠΟΛΛΩΠΡ
ΕΓΕΝΕΤΟΚΑΙΔΙΕΠΡΑΞΑΤΟΑΧΘΗΝΑΙΤΟΝ . Η
. ΟΣΑΓΩΝΑΠΑΡΑΤΟΙΣΑΝΤΙΟΧΕΥΣΙΝΩΣΚΟ
. ΕΙΝΗΜΑΣΟΙΚΟΘΕΝΠΑΡΑΥΤΟΥ . . . . ΗΝ
. Ο . . . . . . ΤΑΔΙΑΤΑΥΤΑΔΕΔΟΧΘΑΙΤΥΧΗΑΓΑΘΗ
ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΣΑΙΤΩΜΕΝΑΝΔΡΩΕΠΙΤΕΤΗΣΙΕΡΩ
ΤΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝΠΕΡΙΤΩΝΠΡΟΗΓΟΡΕΥΜΕΝΩΝ
ΤΕΙΜΗΣΑΙΤΕΑΥΤΟΝΑΝΔΡΙΑΝΤΩΝΑΝΑΣΤΑΣΕΙΚΑΙ
ΕΙΚΟΝΩΝΑΝΑΘΕΣΕΙΕΝΤΩΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΩ
ΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΤΟΠΩΕΠΙΓΡΑΦΗΣΟΜΕΝΩΝ
ΤΩΝΤΕΙΜΩΝΤΗΠΡΟΓΡΑΦΗΤΟΥΔΕΤΟΥΨΗ
ΦΙΣΜΑΤΟΣΠΡΟΣΤΟΑΙΩΝΙΟΥΣΥΠΑΡΞΑΙΑΥ
ΤΩΤΑΣΠΑΡΗΜΩΝΤΕΙΜΑΣ

ΕΣΤΙΝΔΕΚΑΙΠΟΛΕΙΤΗΣΠΟΛΕΩΝΤΩΝΥΠΟ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝΑΝΤΙΟΧΕ
ΩΝΚΑΙΣΑΡΕΩΝΚΟΛΩΝΩΝΚΑΙΒΟΥΛΕΥΤΗΣ
ΘΗΡΑΙΩΝΚΑΙΒΟΥΛΕΥΤΗΣΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ
ΛΥΚΙΩΝΘΡΑΚΩΝΚΑΙΒΟΥΛΕΥΤΗΣΜΕΙΛΗ
ΣΙΩΝΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΤΩΝΤΕΙΜΩΝΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΤΟΥΜΕΝΑΝΔΡΟΥΤΟΥ
ΑΔΕΛΦΟΥΑΥΤΟΥ

Μενάνδρῳ ἐπί τε τῆς ἱερωτάτης Βουλῆς καὶ τοῦ λαμπροτάτου Δήμου Ἀφροδισιέων περὶ τῶν προηγορευμένων, τιμῆσαί τε αὐτὸν ἀνδριάντων ἀναστάσει καὶ εἰκόνων ἀναθέσει ἐν τῷ ἐπισημοτάτω τῆς πατρίδος τόπῳ, ἐπιγραφησομένων τῶν τιμῶν τῇ προγραφῇ τοῦδε τοῦ ψηφίσματος πρὸς τὸ αἰωνίους ὑπάρξαι αὐτῷ τὰς παρ' ἡμῶν τιμάς. Ἔστι δὲ καὶ πολίτης πόλεων τῶν ὑπογεγραμμένων· Περγαμηνῶν, Ἀντιοχέων Καισαρέων Κολωνῶν, καὶ βουλευτὴς Θηραίων, καὶ βουλευτὴς Ἀπολλωνιατῶν Λυκίων Θρᾳκῶν, καὶ βουλευτὴς Μιλησίων, Πεσσινουντίων, Κλαυδιοπολιτῶν. Ἐπιμεληθέντος τῶν τιμῶν Ζήνωνος τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Μενάνδρου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Recitatur decretum Senatus et Populi Antiochiensium (qui et Coloni Cæsarei appellantur) in honorem Menandri Aphrodisiensis, propter rem præclare ab eo in certaminibus gestam, insignemque ejus benivolentiam erga cives Antiochiæ, quibus moti decreta ipsis Imperatoribus laudes illius referentia miserant. Gratiarum actionem coram Senatu et Populo Aphrodisiensium, statuarum erectionem, titulosque honorificos, decretum præcipit.

Descripsi de lapide qui basis fuerat statuæ dum in Aphrodisiade versabar apud mœnium partes occidentales. Hoc et paulo ante Fellowsius[r], ex cujus libro in suum transtulit Böckhius[s]. Lectiones Fellowsianæ sunt; in v. 17. **TE**, unde Böckh. **ΑΛΛΟΤΕ.** In v. 24. fin. **TONEN.** Böckhii supplemento fidem facit quod in eo loco descripsi. In 25. s. **NOAEIN.** Locum præruptum sicco pede transit Böckh,, ut et vv. 26. 27. **ΑΝΗΝΗΣ . . TO . . . . ATA.** Instaurationes tentavi in hac parte ubi gravissima perpessum fuerat marmor.

[r] Discoveries in Lycia, p. 307, tit. 21. [s] C. I. vol. II. p. 1114. n. 2811. *b*.

CCXLIX. b. c.

b.	c.
LFLAVIOLF	LFLAVIOPAVLO
SERCRISPINO	SER.DEC.ADICAES
SACERDOTII.O.M.	CVRATORI.AR.CAES.AN
DEC.LFLAVIVSLF	CTVARLFLAVIVSLFSER
SERLONGVSPATER	LONGVSPATRISVO.OB
DD.HC	MERITAEIVS.DD
	HC

b. *Lucio . Flavio . Lucii . Filio . Sergia . Crispino . Sacerdoti . Jovis . Optimi . Maximi . Decurioni . Lucius . Flavius . Lucii . Filius . Sergia . Longus . Pater . Decreto . Decurionum . Hoc . Curavit.*

c. *Lucio . Flavio . Paulo . Sergia . Decurioni . Ædili . Cæsaris . Curatori . Ærarii . Cæsaris . Antiochiæ . Et . Variarum . Lucius . Flavius . Lucii . Filius . Sergia . Longus . Patris . Votum . Ob . Merita . Ejus . Decreto . Decurionum . Hoc . Curavit.*

Titulus uterque *b. c.* ex numero sepulcralium sunt qui et honorem tribuunt. Crediderim et Paulum, Crispino similem, fuisse Longi illius qui tabulas voverat filium. Hoc non aperte declaratur, nisi quis colligendum ex *c.* 5. existimet, ubi interpretandum videtur **PATRIS** de curatore ipso, Longo.

Cetera quæ explicatione indigent in locum magis opportunum differo. Temporis limes fortasse habetur ex nomine Flavio.

Titulos habui descriptos de marmore in vico Turcico *Yala-bashi* qui vicinus est ruderibus Antiochiæ Pisidicæ. Hoc insigniter evincitur ex *c.* 3.

CREMNA.

غرمه كوى.

CCL. a.

ΗΠΑΤΡΙϹ
ΤΦΛΛΑΝΝΙΑΝΟΝΚΛΕΩΝΑ
ΤΟΝΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΝ

Ἡ Πατρὶς Τίτου Φλαουΐου Ἀννιανὸν Κλέωνα τὸν ἀξιολογώτατον.

Titulus honorificus. Insculptus fuerat in basi statuæ quam Cleoni cuidam posuerant cives (ut opinor) Cremnenses. Media abest lineola a littera A in v. 1. quod comparare possis cum tit. CXCVI. supr.

Descriptum habui de marmore in vico Turcico *Ghermeh*, qui subobscure refert antiquæ coloniæ nomen. Fides accedit ex titulo insequente ut statim innotescet. Dederat Arundellus[t] in minusculis, ex quo nuper Franzius[u], cum nomine vitiose scripto Φλαυνιανου, quod Fr. expressit Φλαουϊανόν, parum recte. Attamen fatendum est hoc non male cum prænomine convenire.

CCLI. b–f.

b. ANOCAES f. FORVM e. VLIAE c. ARIETV d. SAEDOM
IIVMOVIN AVITVIB COL OVENN ERDOS

Octaviano . Cæsari . Et . Augustæ . Domui . Cremnæ . Coloniæ . Juliæ . Forum . Duumvir . Quinquennalis . Sacerdos - - - - - - - - Coloniæ . Dedicavit . Vivus.

t Discoveries, etc. t. II. p. 62.

u Fascic. p. 188. n. 4379. Mendosam scripturam Arundelli ex eo natam fuisse opinor quod de forma singulari primæ N lineola tertia fuerat propemodum deleta.

Insignis est congeries fragmentorum quæ de ruderibus disjectis cujusdam hyperthyridis in vico *Ghermeh* descriptum habui. Frustula in eo quo mihi occurrebant ordine disposui, immo cum mendis ipsis quæ inter describendum admisi in hunc finem ut a peritioribus eandem viam cum me ingressis auspicatiora referam.

Seriem continuam in minusculis quas apposui efficere conatus sum; utrum feliciter satis, doctioribus judicandum relinquo. In primis supplevi **OCTAVIANO** (ubi potui **TRAIANO HAΔRIANO** etc.) ob coloniam ab Augusto deductam, quod edocent nummorum Cremnæ epigraphæ, et quia crediderim hunc titulum fuisse inter antiquissima coloniæ monumenta, in eumque fortasse finem contextum ut memoriam rei conservaret. Notabilis quoque est in hoc fr. v. 2. mentio *duumviri*, de quo in coloniis magistratu viderint lectt. tit. cxc. supr. Dein, vel primus aspectus monstravit fragmentum quod *quartum* descripsi esse cum *b.* conjungendum. In ceteris dubitandi locus est; sed hactenus saltem probandus venit ordo quem subjeci quod litterarum dispositio qualis in particulis ipsis conspectui obvia est incolumis ferme servatur. Hoc statim advertent lectores eruditi quos paucula prælibationis instar monitos volo, idque in ordine quo chartis mandavi.

Habemus in fr. *f.* **VIB**, manifesto **VIBVS**, ut in tit. supr. cxxx. Sic Gerrardus[v], ex Reinesio et Ursato, **VIB. FECER.**

Designatio in fr. *e.* optime convenit cum verbis Strabonis[w] supr. sc. *τὴν μὲν οὖν Κρήμναν ἄποικοι Ῥωμαίων ἔχουσιν*, quæ et nummi illustrant quibus epigraphæ sunt **COL. IVL. AVG. FE. CREMNA.** et **PROP. COL. CR**[x].

Hæreo aliquantulum in fr. *c.* Constat, ut dixi, oportere illud cum fr. *b.* connecti. Quid vero statuendum est de **V** in fine v. 1.?

[v] Vide Siglar. Rom. in Append. Lexic. Forcellin. p. 72. c.

[w] Vide XII. 6. sub. fin.

[x] Vide Eckhel. ubi supr. vol. III. p. 20. a.

VINDICI, VLTORI, nempe cædis Cæsareæ[y]? vel, posito excidisse **A** inter describendum, et similiter **T** post **S** in fr. *d.* 1. **AVGVSTAE**[z]? Dein memoratur in v. 2. *Quinquennalis*, de quo respiciendus est tit. supr. CCXXVII.

In fr. *d.* quod quinto loco descripsi et cum *c.* conjungendum duxi, legas in v. 1. **AYGVSTAEDOMVI**, secundum supradicta, vel **IOVISAEDOM**, hoc est, *Optimi Maximi.* Illud magis arridet: pro diligentia describendi stat magis alterum.

* * * * * * *

SAGALASSUS.

اكالصون.

CCLII. a.

ΗΣΑΓΑΛΑΣΣΕ
ΩΝΠΟΛΙΣΠΡΩ

Ἡ Σαγαλασσέων πόλις πρώτη κ. τ. λ.

Tituli fragmentum insignius est propter memoratos Sagalassenses eorumque primatum[a]. Cetera deerant, quæ fortasse suppleveris ex schedis Schönbornianis apud Franzium[b]. Exstant quoque particulæ in libris Arundelli[c] et Hamiltoni[d]. Descripsi ipse de fragmento aræ in arce antiqua urbis celeberrimæ quæ vico Turcico *Agalassún* imminet.

[y] Desidero exempla. Exstat nummus inter Eckhelianos in quo titulus VINDEX comparet: vol. VI. p. 83. b.

[z] Citatur DOM. AVG. hoc est, *Domus Augusti* vel *Augusta* ex Ursato in Siglar. Rom. Gerrardi, p. 21. c. ubi supr. Est quoque Ovidianum, ut in *Pontic.* II. 2. 76. Vide supr. tit. CCXII. 1.

[a] Vide Eckhel. vol. III. pp. 22. s. ubi titulum Schönbornianum a Franzio editum fere integrum habemus in nummis.

[b] Ubi supr. p. 186. n. 4368.

[c] Vide VII. Eccles. As. Tab. lithograph. p. 357.

[d] Researches, etc. tom. II. p. 189.

CCLIII. b.

ΠΟΠΛΙΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΙΑ
ΝΟΣΥΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥ
ΣΙΝΚΛΗΤ
ΙΚΟΥΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΗ
ΣΑΣΤΗΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗΠΑ
ΤΡΙΔΙΤΟΝ
ΕΡΩΤΑ
ΑΝΕΘΗΚΕ

Πόπλιος Ἰούλιος Διογενιανὸς υἱὸς Ποπλίου Ἰουλίου Συγκλητικοῦ ἀγορανομήσας τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι τὸν ἔρωτα ἀνέθηκε.

Titulus commemorat donarium (scil. effigiem Cupidinis, ut supr. in tit. CLXXXIII.) quod patriæ ejus dulcissimæ addixerat Diogenianus quidam agoranomia functus.

Et hunc de ara descripsi ibidem versatus. Apographum aliud a D. Jens Pellio confectum, mihi nuper commendavit Borrellius, quo menda insunt, **ΣΙΝΚΤΟΥΜΓΟΥ** in vv. 7. s. et in 10. med. **ΤΙ.** In 11. s. **ΠΑΥΡΙΔΙ.** Fracta exhibetur vox **ΑΝΕΘΗΚΕ** quæ integra in marmore apparebat.

CCLIV. c.

ΟϹΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΟΙΗϹΕ
ΚΑΙΤΟΥϹϹΤΕΦΑΝΟΥϹΥΠΕΡ
ΥΙΟΥΑΤΤΑΛΟΥΑΝΕΘΗΚΕ

- - - - - - *ος ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησε καὶ τοὺς στεφάνους ὑπὲρ υἱοῦ Ἀττάλου ἀνέθηκε.*

Fragmentum tituli quod in lapide supra fonticulum in vico *Agalassûn*[f] insculptum reperi. Commemorabat liberalitatem civis cujusdam qui præter alia munifice facta et coronas pro filio Attalo dedicaverat. Quænam coronæ hic intelligantur, nisi fuerint athletarum, ignoro. Coronæ mentio est in tit. supr. CCXLII., sed in re a præsenti aliena, nempe ædiculæ sepulcralis vel sacratione vel ornatu.

[f] Video in Notit. Episc. nomen scriptum Ἀγαλασσός, unde sine dubio Turcæ suum effinxerunt, Græcorum recentiorum ritu, qui casus obliquos veteris linguæ in primis retinebant. Sic pro Κάδοι effertur Κάδους, ex quo Turcicum *Ghedûs* vel *Kedûs.*

Urbem antiquam Pisidicam memorant plurimi: Strabo in libr. XII. 7. pp. 60. s. Ptolem. v. 3. Plin. v. 24. ult. Porro historici: ex c. Arrian. in Exped. Alex. I. 28. qui virtutem eorum bellicam pugnamque cum Alexandro narrat: Livius, XXXVIII. 37. 39. Comparet quoque Ionius Sagalassensis in Concil. CP. I. p. 957.

Nummos civitatis tractat Eckhelius in vol. III. pp. 21. s. ubi et primatum. De specie hodierna vide Arundellum in VII. Eccles. pp. 132–144. et nuperrime Fellows. Itin. I. pp. 166. ss.

NICOMEDIA[g].

اسميد.

CCLV. a.

ΑΙΛΙΟΣΣΕΠΤΙΜΙΟΣ
CЄΟΥΗΡΟC
ΑΝΑΙΝΕΩΣΑΜΗΝΤΩΝΣΥΝΓΕΝΩΝΜΟΥΤΗΝΠΥΕΛΟΝΕΜΑΥΤΩ
ΚΑΙΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗΜΟΥΣΥΝΒΙΩΑΙΛΙΑ
ΙЄΡΟΚΛЄΙΗ
ΚΑΙΒΟΥΛΟΜΑΙΜΕΤΑΤΟΚΑΤΑΤΕΘΗΝΑΙΗΜΑΣΜΗΔΕΝΑΕΤΕΡΟΝ
ΚΑΤΑΤΕΘΗΝΕΕΙΜΗΑΝΕΠΕΙΞΗΤΕΚΝΟΙΣΗΜΩΝΟΣΔΑΝΠΑΡΑΤΑΥΤΑ
ΠΟΙΗΣΗΔΩΣΕΙΠΡΟΣΤΕΙΜΟΥΤΩΤΑΜΕΙΩ𐆖
͵ΓΚΑΙΤΗΠΟΛΙ𐆖ΒΚΑΙΑΡΒΕΙΛΑΝΟΙΣ𐆖Α
ΧΑΙΡΕΤΕ

Αἴλιος Σεπτίμιος Σεουῆρος ἀνενεωσάμην τῶν συγγενῶν μου τὴν πύελον ἐμαυτῷ καὶ τῇ γλυκυτάτῃ μου συμβίῳ Αἰλίᾳ Ἱεροκλείῃ, καὶ βούλομαι μετὰ τὸ κατατεθῆναι ἡμᾶς μηδένα ἕτερον κατατεθῆναι, εἰ μὴ ἐαν ἐπείξῃ τέκνοις ἡμῶν· ὃς δ᾽ ἂν παρὰ ταῦτα ποιήσῃ δώσει προστίμου τῷ ταμείῳ δηνάρια τρισχίλια, καὶ τῇ πόλει δηνάρια δισχίλια, καὶ Ἀρβειλανοῖς δηνάρια χίλια. Χαίρετε.

[g] Titulos sequentes qui oculos fefellerant dum schedas meas concinnarem appendicis loco subjiciendos in legentium gratiam curavi, paginis subinde notatis quæ locum unicuique proprium in prima parte hujus fasciculi designant.

Titulum reponas inter Bithynos, pp. 11. ss. Descriptum habui de theca (quæ hic πύελος[h] appellatur), inter parietinas veteris Nicomediæ. Meminit Severi cujusdam qui thecam τὴν συγγενικὴν restauraverat in suum usum conjugisque Hierocleæ. Dein nemini alteri jus in ea sepeliendi concessum fuisse nisi liberis eorum, idque tantummodo ingruente quadam necessitate[i]. Multæ[k] definiuntur si quis bustum violaverit, singillatim pendendæ ærario, civitati Nicomedensi, Arbelanis[l].

Edidit Böckhius ex Hasio[m] et Ulrichio, cum mendis in vv. 1. 3. 8. **ΣΕΠΤΙΜΟΣ, ΑΝΑΙΩΣΑΜΗΝ, ΠΟΤΗΣΕΙ.** Limitem ætati facile constitueris, ut in aliis quam plurimis, ex nomine imperatorio. Accedit porro quod nomen Hierocles (unde Hieroclea in v. 5.) erat insigne apud Bithynos regnante Diocletiano[n].

[h] Πύελος in v. 3., quæ et πύαλος, ut ex Lobeckio et al. monet Passovius in Enchirid. vol. II. p. 818. a., erat *labrum*, *alveus;* in Odyss. τ', 553. *canaliculus* (sive *pelvis*) *anserinus;* in Aristoph. Vesp. 141. *solium furni: Vas* quoque *balneare*, uti probat ex Eupolidis Taxiarch. Pollux. Recentiorum erat *theca*. Vide Joseph. Bell. Jud. III. 5. 2. fin. (Hasii p. 845. B.) Explicationis alterius meminit Böckh. quæ nullo pacto stare potest.

[i] Εἰ μή etc. in v. 7. interpretatur Böckh. *Nisi si res urgeat et sepulcris usus sit necessarius liberis nostris.* Vide notam ad n. 3774. 12. Hoc minus probaverim quum ἐπείγω videatur adsciscere casum quartum, ut in loc. Herodian. II. 8. Ἀλλ' ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι καὶ συνεχῶς βοῶντες ἐπείγουσιν ὀρέξαι τι χεῖρα σωτήριον κ. τ. λ. Libentius accipio constructionem εἰ μὴ τέκνοις, cum ἐὰν ἐπείξῃ interposito, hoc est, *premente occasione*, scil. si non alium locum sepulturæ habeant.

[k] Προστίμου in v. 8. vide in tit. CLXXXVII. v. 7.

[l] Ἀρβηλανοῖς, v. 9. De hisce dubitatur. Certe videntur fuisse in ditione Nicomedensium, et veri simile est locum Dionis ubi narratur fuga Macrini ad eos respicere, sc. LXXVIII. 39. Καὶ διεξήλασε διὰ τῆς Καππαδοκίας καὶ τῆς Γαλατίας τῆς τε Βιθυνίας, μέχρις Ἐριβώλου τοῦ ἐπινείου, τοῦ καταντιπέρας τῆς τῶν Νικομηδέων πόλεως ὄντος. Erat nimirum navale juxta sinum Astacenum.

[m] Vide Diar. Asiat. an. 1826. pp. 257. ss.

[n] Conf. Vales. Emendat. I. 5. pp. 9. ss. citat. ab Hasio, et Pearson. in Prolegom. ad Hierocl. De Provid. et Fato.

STRATONICEA°.

اسکی حصار.

CCLVI. a.

ΖΗΝΙΠΑΝΗ . . . ΙΩ
ΚΑΙΗΛΙΩΔΙΙΣΕΡΑΠΕΙ
ϹΩΘΕΝΤΕϹΕΚΠΟ
ΛΕΜΩΝΜΕΓΑΛΩΝΚΑΙ
ΑΛΛΟΔΑΠΟΙΟΘΑΛΑϹϹΩΝ
ΕΥΧΗϹΙΝΕΚΕΤΑΥΤΕΠΕ
ΓΡΑΨΑΝΥΦΕΝΟΙΤΕϹϹΑ
ΡΕϹΑΝΔΡΕϹΖΩΤΙΚΟϹ
ΕΠΙΚΤΗΤΟϹΗΔΑΝΤΙ
ΟΧΟϹΙ _ _ ΑΜΑΝΕΙΛΟϹ

Ζηνὶ Πανημερίῳ καὶ Ἡλίῳ Διῒ Σεράπει, σωθέντες
Ἐκ πολέμων μεγάλων καὶ ἀλλοδαποῖο θαλασσῶν,
Εὐχῆς ἵνεκε ταῦτ' ἐπέγραψαν ὑφ' ἓν οἱ τέσσαρες ἄνδρες,
Ζωτικός, Ἐπίκτητος, ἠδ' Ἀντίοχος, ἠδ' ἅμα Νεῖλος.

Jovi Panemerio, et Soli Jovi Serapidi, aram votivam ponunt quidam, Zoticus, Epictetus, Antiochus, Nilus, a gravibus bellis augurio felici sospites reversi. Reponas hunc titulum cum sequentibus inter Caricos, p. 81.

Descriptum habui de fragmine marmoreo in parietem templi, cujus adhuc exstant in sede antiqua vestigia, scil. dei Serapidis, illato. Injuriam passus fuerat lapis ad verticem; atqui liquido constat Jovem

° De hac urbe haud mediocriter celebri vide Fascic. pr. not. ad tit. xxxv. 3. p. 121. Eckhel. Num. Anecdot. pp. 210-215.

Panemerium[p] memorari, cujus cultus apud Stratonicenses in primis vigebat. Dein, Solem Jovem Serapidem, de quo numine antehac quædam protuli[q]. Sermo ipse Caricam *βαρβαροφωνίαν* sapit, ex. c. *ἀλλοδαποῖο*[r] in v. 5. *ἵνεκε* in v. 6. quocum conferenda sunt *χῖρας, ἰς,* in tit. Böckh. n. 2715. 9. 11. et Aphrodis., compositus quoque ad licentiam quamdam rhythmicam in versibus inconditis quos statim contulerint legentes cum titt. prægress. CXIV. CLXVIII.

Edidit Böckhius[s], ex Pocockio, Chandlero, Sherardo, cum formis litterarum satis accurate relatis. Illud Σ in v. 2. præferebat marmor. Fellowsius porro, in itinerario recens edito[t].

CCLVII. b. c.

b. **ΟΡΣΙΚΑΙΣΑΡΣΙΔΙΟΝΥ**

c. **ΟΣΟΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚ**
ΕΝΤΟΤΕΤΑΡΤΟΝ
ΤΑΙΣΚΑΙΙΣΟΘΕ

Αὐτοκράτορσι Καίσαρσι Διονύσιος ὁ Στρατονικεὺς ἀνέθηκεν τὸ τέταρτον, τῆς πόλεως κτίσταις καὶ ἰσοθέοις αὐτοῦ εὐεργέταις.

[p] Cultus Jovis P. indicatur in aliis titt. sc. Chishulliano, in Böckh. n. 2715. Conf. 2717. 2720. 2721. Sic et Chrysaorei, Rhembenodi, Serapidis: vid. nn. 2716. 2722. Fidem addunt scriptt. Strab. XIV. 2. p. 207. Pausan. v. 21. 5. sc. in eo quod tradit de appellatione antiqua urbis et regionis. Breviter quoque Tacitus in Annal. III. 62. cui nummorum typi concinunt in Eckhel. vol. II. pp. 590. ss.

[q] Vide tit. LXXXIX. et conf. not. in pp. 335. s.

[r] Hoc in Commentario suo *ridiculum* appellat Böckhius: nec minus injuriose tractat Wienerus in opere Fellowsii. Atque vix somniabant boni milites de *ἀλλοδαποῖο θαλασσῶν*, in tali qualem protulit editor Fellowsianus nexu, *strange seas*. Hoc fuerit sane *ἀλλοδαπόν*! Vertas potius *seas of the stranger*, prorsus secundum indolem sermonis orientalis. Exemplum capias ex Psalm. CXXXVII. 4. אַדְמַת נֵכָר, *land of a stranger*.

[s] Vide p. 485. n. 2716.

[t] Itin. secund. per As. min. pp. 82. 366.

Duo fragmina conjunxi quorum prius notavi, (propter opus insigne anaglyphum, bigarum nempe speciem, in ora superiore exstans,) dum vicum *Eskî Hissár* intrarem ; alterum in maceria ædium oppidani cujusdam Turcici. Opinor fuisse temporis Antoninorum. Dionysius quidam, Stratonicensis, memoriam liberalitatis imperatorum, ara (vel simili quodam grati animi indicio) posita, conservaverat.

Video fragmentum (b.) inter Böckhiana[u] a Pocockio subministrata, et cum altero compositum, ut prodeat epigrapha, *Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ.* Non habuit vir doctus nostrum (c), quod, ut patet, continuum sensum illico præbet. Ad suam porro restitutionem, refingere coactus est Böckhius apographum Pocockianum **ΔΙΟΝΥ**, quod (mirum dictu !) ad fidem marmoris expressum habemus.

Si conjectura nostra legentibus minus arriserit, possunt ex tit. (c.) eruere seqq. Ὁ *Δῆμος ὁ Στρατονικέων ἀνέθηκεν τὸ τέταρτον - - - - - - κτίσταις και ἰσοθέοις αὐτοῦ εὐεργέταις κ. τ. λ.* nempe Imperatoribus qui curam urbis susceperant, Tiberio[v], Hadriano[w], Antonino[x].

Restat ut moneam Pocockium dedisse in primo, **ΟΡΙΚΑΙΣΑΙΙΣΔΙΟΝΥ**, in duos vv. dispertitum.

CCLVIII. d.

ΓΗΣΩΤΕΙΡΑΚΑΙΤΩΜΕΓΙΣΤΩΚΑΙΘΕΙΟΤΑΤΩΚΥΡΙΩΗΜΩΝ
- - - - - - - - ΙΒΕΡΙΩ -

[u] Ubi supra, n. 2718.

[v] Conf. Tacit. Annal. III. 62. et inscript. prox.

[w] Scripsit Stephanus in libr. de Urbibus, de Stratonicea, Ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀδριανόπολις ὀνομάσθη. Hinc epigraphe in nummis, ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΕΩΝ. Eckh. ubi supr., quæ obvia est et in tit. supra dicto Fascic. I. p. 120.

[x] Memoratur in titt. Stratonic. Böckh. nn. 2720. 2721.

Γῇ σωτείρᾳ, καὶ τῷ μεγίστῳ καὶ θειοτάτῳ κυρίῳ ἡμῶν - - - - Τιβερίῳ κ. τ. λ.

Descriptum habui hoc fragmentum de cella templi supra memorati in argum. tit. CLVI. Benignitatem imperatoris (Tiberii, credo) in cives commemorabat tabula, quod historicam fidem secum trahit.

Video in libro Fellowsiano[y] particulam **IBEPI◁**, versu primo penitus omisso, quod miror.

TRIANDA.

CCLIX. a.

ΤΟΥΤΟΤΟΗΡΟΟΝΚΑΤΕϹ
ΑϹΕΝΑΥΡΗΛΙΟϹΝΕΙΚΗΤΗϹ
ΕΥΤΥΧΟΥΑΥΤΟΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙ
ΑΥΤΟΥΚΑΙΤΕΚΝΟΙϹΚΑΙΕΓΓΟ
ΝΟΙϹΚΑΙΘΡΕΜΜΑϹΙΝΑΥΤΟΝ
ΕΙΔΕΤΙϹΠΑΡΑΤΟΥϹΓΕΓΡΑΜΜΕ
ΝΟΥϹ8ΙΑϹΗΤΑΙΘΗϹΕΙΤΟΤΑΜΙΟ

Τοῦτο τὸ ἡρῷον κατεσκεύασεν Αὐρήλιος Νικητὴς Εὐτύχου αὐτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ τέκνοις καὶ ἐγγόνοις καὶ θρέμμασιν αὐτῶν· εἰ δέ τις παρὰ τοὺς γεγραμμένους βιάσηται, θήσει τῷ ταμείῳ δηνάρια, κ. τ. λ.

Accenseas titulis Ionicis pp. 102. ss. descriptum apud Triandam in itinere a Smyrna ad Ephesum. Lapis fuerat illatus in parietem hospitii demarchi Turcici, *Sûlîman Agha.* Notabilis est inscriptio ob **O** constanter scriptum pro **Ω**, et speciem insolitam lit. **B.** in v. 7.

[y] Itin. prim. per Asiam min. p. 256.

DERBE.

دولی vel دوری .

CCLX. a.	CCLXI. b.
ΑΡΤΕΜΕΙΑΣΠΑΙ ΕΥΧΗΝ	ΛΟΥΚΙ ΡΜΕΝΝΕΟ ΕΥΧΗΝ

a. *Ἀρτεμείας παρὰ εὐχήν.* b. *Λεύκιος - - ρμέννεος, εὐχήν.*

Possis hos titulos inter Phrygios recensere sicuti Lycaonios suos ordinavit Franzius, credo propter memorata a Plinio[a] de conventibus. Descriptos habui de fragminibus ararum inter parietinas vici Turcici *Devlî* seu *Devrî* qui creditur situm occupare *Derbes*, urbis Paulinæ[b].

Nomen Artemias videtur effingi ut Hermias ab *Hermes*. In fragmento (b). 2. hæreo. Cogitavi de *Armenio*, quod obvium est in tit. CXXVI. De locut. *παρὰ εὐχήν* vide Fascic. I. p. 128.

[a] Libr, v. 29. 4.

[b] Actt. Apost. XIV. 6. Rudera Lystræ comparent in vicinia oppidi Turcici بیکك بر, كليسه, occidentem versus.

AUCTARIUM

ANNOTATIONIS CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ACCEDUNT

INDICES GRÆCI, LATINI, ORIENTALES.

NOTÆ.

XLIII.

Decretum municipale memoratur; idcirco opinatus sum Euphemum, in cujus honorem illud fuerat sancitum, insignioris gradus, qualis erat cubicularii Principis, fuisse. De Hadriani ministro conjicere licet, et tempore quum in his regionibus versabatur, vel fortasse eodem ac tituli prægressi. Sin cui magis arrideat sententia Aristæum, virum præpotentem, ministro suo familiari voluntatem civium conciliasse, me non magnopere dissentientem habebit.

2. **Φιλοσεβάστου.** De civitatibus et personis dicitur; ex. c. in Böckh. Ephesin[a]. *ἡ φιλοσέβαστος Ἐφεσίων Βουλή.* Habemus et *Πρεῖσκον φιλοσέβαστον*[b], et in titulo Pocockiano[c], T. **Φλ. Μουνάτιος φιλοσέβαστος**, prorsus ut in Aphrodisiensi[d], **Εὔμαχος Διογένης φιλόκαισαρ.**

4. **Ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος.** Satis illustrant verba in Actt. Apost.[e] *καὶ πείσαντες*

[a] C. I. vol. II. p. 606. n. 2966. 6.

[b] Ibid. p. 618. n. 2987. pr.

[c] Inscr. ant. p. 37. n. 32.

[d] Supr. tit. LXVIII. 4.

[e] Cap. XII. v. 20.

Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως ᾐτοῦντο εἰρήνην. Varie audiebat audiebat apud Romanos: *cubicularius*[f], *cubiculariis officiis*, vel *cubiculo, præpositus*[g], *servus*, vel *minister a cubiculo*[h]. Erat et *Decurio cubiculariorum*[i].

XLIV.

Cariæ ut plurimum accensetur Aphrodisias. Sic Pausanias[k]; *καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τέ ἐστι καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦσιν.* Stephanus quoque Byzantinus in loco ubi et quædam de nominibus ejus tradit; Μεγαλήπολις . . . . δευτέρα πόλις Καρίας, ἡ νῦν Ἀφροδισιάς, ἡ πρότερον Λελέγων πόλις. Ὠνομάσθη καὶ Νινόη ἀπὸ Νίνου. Alibi[l] inter Lydiam et Cariam ponit, Ptolemæus inter urbes Nysæ et Trallium[m]. *Liberos Aphrodisienses* in recensu suo civitatum Cariæ memorat Plinius[n], cui concinit in alio loco Ptolemæus qui cum Apollonia et Trapezopole inter mediterraneas urbes Cariæ enumerat[o].

Hæc satis de situ. Nomen inditum fuisse propter cultum Aphrodites sciunt omnes. Testimonium proferre licet ex Appiano[p] qui in oraculo Sullæ edito hæc habet:

. . . . καὶ ἔστι τις ἀμβαίνουσι
Ταύρου ὑπὸ νιφόεντος, ὅπου περιμήκετον ἄστυ
Καρῶν, οἳ ναίουσιν ἐπώνυμον ἐξ Ἀφροδίτης.

Certe deæ hujus religio maxime invaluit, ut Artemidis apud Ephesios, quod testantur nummi, inscriptiones, historia. In narratione sua de cohibenda licentia asylorum Græcorum tutelarem illorum Venerem prætendisse postulatis Aphrodisienses refert Tacitus[q], quod jure factum quum in ipso monumento a Sherardo dudum tractato eadem religio et paria jura asylo Aphrodites in civitate Aphrodisiensium et Plarasensium concessa a M. Antonio leguntur quæ Artemidi Ephesiorum[r]. Nec cedit nummorum fides tum in autonomis tum

[f] Vid. Cic. Epist. ad Attic. VI. 2. Ammian. XXVII. 10.

[g] Ammian. XIV. 10. XXXIX. 2. Conf. Indic. Dignitt. in Edit. Bipont.

[h] Vide Gruter. Inscr. pp. DLXXV. nn. 5. 8. DLXXVI. n. 4.

[i] Sueton. in Domit. XVII.

[k] L. I. 26. 6.

[l] De Urbibus. p. 201.

[m] Geogr. v. 11.

[n] L. v. 29. 7.

[o] Ubi supr. v. 2.

[p] De Bell. Civil. I. 97.

[q] Annal. III. 62.

[r] Chishull. Antiqq. As. p. 152. s. Böckh. n. 2737. b. v. 10.

imperatoriis qui effigiem tutelarem referunt, et quæ antiquitus inter sacra mysteriis circumsepta mentes hominum rudiorum movebat, omnino ut Ephesios multimammia[s], cui elegantias suas ætas recentior et ingenia excultiora adsciverunt[t]. Sed ut rerum, sic et nominum veniunt, labente ævo, mutationes. Cesserunt, ut dictum est supra, appellationi a cultu Veneris petitæ antiquiores Lelegum; novæ postmodum Aphrodisias, Tauropoli[u], quæ minus odium movebat Christianorum ritus exsecrandos majorum suorum aversantium. Immo et hæc non satis videtur fidei sinceriori studentibus arrisisse, qui demum, levi mutatione facta, in Stauropole[v] constiterunt. Nec mirum, quum et ipsum nomen Tauropolis ad tempora ethnicorum pertinuerit[w], et fortasse cum studio spectaculorum ταυροκαθαψίων. a quibus abhorrebant Christiani, conjunctum est[x]. Nihilo minus certum est nomen Aphrodisiadis perdurasse usque ad sæculum quintum[y], quo exeunte et Asclepiodotum Alexandrinum vixisse quem civitati illorum ascripserant Aphrodisienses, superstitionis paganæ instauratorem, qui proinde honorem suum antiquum Aphroditæ restituendum[z] curaverit. Dicetur porro, cur non *Civitas Veneris*, quum in tempore Leonis I. δὶς νεωκόροι audiverint Sardiani[a].

Plarasa, oppidulum vel vicum in vicinia positum, memorat Stephanus; nummi porro, conjunctim cum Aphrodisiade, et titulus citatus supra ex Chishullianis. De his profert sententiam doctissimus Böckhius[b]; *credo Plarasa et Aphrodisiadem ab initio fuisse vicos Caricos, itidemque Tauropolin, eosque postea in unam compositos urbem esse.* Atqui vix concesserim Tauropolem fuisse distinctam ab Aphrodisiade. Nummi perhibent **(ΑΦΡ) ΟΔΙCΙΕΩΝ . ΠΛΑΡΑΣΕΙΩΝ**[c]., nulla mentione facta Tauropolitarum; duplices porro magistratus in autonomis, quos jure conjecit Eckhelius[d] fuisse hunc Plarasensium, alterum Aphrodisiensium. Horum oppidulorum censeo Aphrodisiadem (quæ et Tauropolis) primum gradum obtinuisse, unde factum ut Christiani, exsecrato nomine

[s] Ita vertit πολύμαστος S. Hieronym. in Procem. ad Epist. Ephes. med. Vide Eckhel. vol. II. p. 512. b.

[t] Eckhel. vol. II. p. 576.

[u] Conf. tit. XLV. 3. Stephan. *De Urbib.* pp. 698. 759. Porphyrogen. *Them.* I. 14.

[v] Vide Holstenii nott. in Stephanum, p. 316.

[w] Conf. Stephan. p. 698. iterumque in 759. sub nom. Χρυσαορίς.

[x] Vide Fellows. tit. 20. p. 305. ubi supr.

[y] Vide Böckh. (ex Pocock.) tit. 2712. 14.

[z] Suid. in v. Ἀσκληπιόδοτος. Erat discipulus Procli, magister Damascii, ex quo plura de Asclepiodoto hausit Photius. Conf. Böckh. not. ad tit. 2851.

[a] Tit. VIII. in Fascic. I. pp. 45. 158.

[b] Corp. Inscr. vol. II. p. 494. b.

[c] Eckhel. vol. II. p. 575. b.

[d] Ubi supr. p. 576. a.

Aphrodites, se ad Plarasense non converterint, sed ad antiquius fortasse ipsa Aphrodisiade, Tauropolem.

Ex insigniorum numero fuisse Aphrodisiadem propter artium liberalium studia satis compertum habemus ex scriptorum, præcipue vero monumentorum, testimoniis; floruisse nimirum ibi sculptores, musicos, sophistas, rhetores, medicos, quorum omnium vel nomina conspicimus vel indicia in titulis indidem congestis. Asclepiodotum, filium civitatis, memoravimus, qui peritissimus fuit quum philosophiæ tum artium musices et medicinæ. Erant quoque Chæreas[e], Charidemus[f], Lysimachus[g], Zelus[h], sophistæ; rhetores, Athenagoras[i], Eustephius[k], Ctesias[l]. Charitonem medicum agnoscit Galenus[m]. Pervenit ad nostram ætatem opus amatorium alterius Charitonis quem jure opinatus est Dorvillius[n] fuisse Aphrodisiensem Cariæ. Argumentum satis validum petendum est vel ex ipsis nominibus quæ omnia Aphrodisiensibus erant notissima. In primis Charitonis medici nomen, ejusdem fortasse cum Galeniano, locum habet in titulo ex nostris sepulcralibus[o]: dein Athenagoræ[p], cujus ipse eroticus fuit amanuensis (*ὑπογραφεύς*[q]): nec Chæreæ omiserim, quod in operis argumento prælucet. Referunt omnia sacrarium Aphrodites.

* * * * * * *

Situs ipse Caricæ civitatis egregie ad usus militares comparatus est. Jacet ad latus sinistrum vallis Mossyni per quam iter erat a Lydia euntibus per Cariam ad Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam. Proinde memoratam a Livio[r] invenimus inter oppida quæ expugnanda curaverat Antiochus Magnus, procul dubio ut viam haberet tutiorem ad provincias australes. Idem adhuc testantur mœnia a Constantio[s] firmata ad premendos impetus Parthorum qui regionibus Asiæ occidentalis imminebant, quæ et postmodum, florente Ampelio, patrono

[e] Vide Böckh. C. I. vol. II. p. 524. n. 2798.

[f] Ibid. p. 528. n. 2812.

[g] Ibid. p. 519. n. 2785.

[h] Ibid. n. 2845. inter nostr. LXXXI.

[i] Charito in op. init.

[k] Dorvill. in Charit. tom. II. init.

[l] Böckh. n. 2797. nostr. LVII.

[m] Tom. II. p. 451. *Περὶ ἀντιδότων*.

[n] Ubi supr.

[o] Böckh. ubi sup. n. 2846. nostr. LXXXIII.

[p] Böckh. nn. 2748. 2782. 2788. nostr. LXVIII.

[q] Ubi supr. *Χαρίτων Ἀφροδισιεύς, Ἀθηναγόρου τοῦ ῥήτορος ὑπογραφεύς, κ. τ. λ.*

[r] Vide XXXVII. 21.

[s] Conf. titt. Böckh. 2744. 2745. nostr. XLV. XLVI.

et defensore civitatis, instaurata legimus[t]. Scilicet suam sedem deseruerat Aphrodite et bellatori marito tuendam tradiderat.

Quid de ceteris splendoris pristini reliquiis dicam? Capita attingam. Prægrandi ambitu et marmoreo apparatu instructum amphitheatri simulacrum restat, vestigia quædam fori, collis levi ascensu e planitie exsurgens cui arx antiqua insederat, cum parietinis theatri in acclivi positis; omnium præstantissimæ ædes Veneris, sparsis circumcirca monumentis sequioris ævi, vestigia dico elegantiæ Byzantinæ Stauropolitarum qui furore perciti fana, sepulcra, aras, bases, disjecerant, non tam ad nova ædificia struenda quam ad memoriam veteris superstitionis abolendam. Hæc Græcorum sævitia: deinde grassata est exterorum rabies, scandunt mœnia cohortes, marmoreæ urbis solum cooperiunt informia *σκηνιτῶν* tuguriola, discedit avita lingua, nec in Græcorum sede suavissimos sonos agnoscas nisi quos surda monumenta vel in solo obruta simulacra edant.

* * * * * * *

1. *Αὐτοκράτωρ*. Ætatem hujus tituli definivi in VV. LL. P. C. 286. nam in hoc anno epigraphæ nummorum[u] habentur, Diocletiani, **TR. P. III. COS. II. DES. III. P. M. P. P.**, et Maximiani, **AVGVSTVS. TR. P. COS. DES. P. M. P. P.** Porro intra tres menses ineuntis includitur, nam in titulo nostro notabile est quod *Augustus* non audit Maximianus, ad quam dignitatem non admissus fuerat nisi ad Kalend. April., Diocletiano apud Nicomedenses commorante[v].

Abest ex catalogo titulorum Diocletiani Αρχιερεὺς *μέγιστος* de quo pauca statim monebo. Accensetur Ἀνθύπατος in v. 4. De hac dignitate imperatoria audiendus est Dio[w] ubi narrat quod Senatus Augusto *κᾂν μὴ ὑπατεύσῃ ἔδωκε τήν τε ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον ἐσαεὶ καθάπαξ ἔχειν, ὥστε μήτε ἐν τῇ εἰσόδῳ τῇ εἴσω τοῦ πωμηρίου κατατίθεσθαι αὐτήν* (quod proconsulibus minoris dignitatis imperatum est), *μήτ᾽ αὖθις ἀνανεοῦσθαι· καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἰσχύειν ἐπέτρεψεν.* Erat nempe dignitas perpetua, et ubique valebat.

[t] Böckh. 2744. nostr. XLV. ubi vide nott. critic. etc.

[u] Eckhel. vol. VIII. pp. 2. 16.

[v] Eckhel. (ex Tillemontio) ubi supr. p. 16. a.

[w] Hist. Rom. LIII. 32.

Proconsulatus Diocletiani incipit in nummis in an. P. C. 290[x]. Maximiani quoque, et cum epigr. consimili, quod et confirmat titulus in ejus honorem quem afferunt Gruterus[y] et Marinius[z]. Abest vero, ut monitum est supra, mentio *summi sacerdotii;* nec potest expediri difficultas ex Dione[a] qui certe docet unum tantum inter Augustos potuisse munus exercere; nam lex primo constituta, regnantibus Balbino et Pupieno, deinde utroque Philippo, postea aliis, infracta est[b]. Responsio melior est quod nec res postulabat plenam titulorum enumerationem nec in labore insculpendi plus justo curiosi erant opifices. Plura adsunt exempla. Sic in titulo supra memorato Gruteri omittitur **P. M.** In nostro Ἀνθύπατος non audit Maximianus. Equidem si verum sit quod statuit Spanhemius[c], nempe, omnem aut certe præcipuam vim potestatis proconsularis in imperatoris vocabulo fuisse positam, abesse poterat quum præcedat Αὐτοκράτωρ. Atqui collegæ in imperio tribuitur.

Si quæratur cur omiserim exemplum ductum ex titulis *Jovius* et *Herculius*, quos notum est Imperatores adscivisse eum sensu peculiari (ut nummi crepant) Conservatorum Romanorum, respondeo, mihi non liquido constare eos potuisse in nostro locum obtinere. Videmus in recensu Eckheliano[d] nummorum quos *vagos* appellat, sed absunt ab omnibus definiti temporis usque ad an. P. C. 304. quum jamjam purpuram posituri erant et Diocletianus et Maximianus, hic apud Mediolanum, ille Nicomediam, ad Kalend. Maii, P. C. 305.: nec reperitur **HERCVLIO** in inscriptione Latina anni 293. quem supra ex Gruterianis tetigi.

8. Θεόν. Aphroditen. Sed quare, dominatione principum stabilita, debebant gaudere Aphrodisienses tutelarem eorum recordati? Hoc satis explicant verba quæ sequuntur διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους οἰκειότητα, quæ interpretor *ob necessitudinem cum Romanis.* Erat nempe Græcorum ad origines mythicas appellare in firmandis amicitiis vel in beneficiis rogandis, cujus exempla præbet insignia Tacitus[e], nimirum, quum Ephesii, Magnetes Ioniæ, Aphrodisienses nostri, etc., ut templis eorum jura asyli firmentur peterent, hisce quidem inter cetera Veneris religionem præ se ferentibus cui honos collatus fuerat a Cæsare

[x] Eckh. ubi supr. p. 8. b. Conf. 16. b.
[y] Inscr. p. CCLXXXI. 4.
[z] Monumenti de' Fratelli Arvali, p. DXLVI.
[a] Hist. LIII. 17.
[b] Eckhel. VIII. pp. 17. 383.
[c] Præstant. etc. Dissert. XII. p. 467. Eckhel. VIII. p. 341.
[d] Vol. VIII. pp. 5. 18.
[e] Annal. III. 61. ss. IV. 43.

et IIIviris, et postea a S. P. Q. R. per quorum decretum rata facta erant beneficia principum[f].

Argumentum religionis certe multum valebat apud Cæsarem qui originem gentis suæ ad deam referebat; nec minus apud Tiberium qui, postulantibus Segestanis restaurationem ædium Veneris Erycinæ, *suscepit curam libens ut consanguineus*[g]. Vid. tit. CCVI. et not. ad vv. 11. s.

9. Οἰκειότητα. Vox abunde illustratur ex Demosthene[h], Andocide[i], Lysia[k]. Usi sunt et LXX. in explicando Hebr. שַׁאֲרָה[l]. Hic cum πίστις conjungitur, quod Taciti verba expediunt; *Aphrodisienses posthac et Stratonicenses dictatoris Cæsaris, ob vetusta in partes merita, et recens D. Augusti decretum adtulere. Laudati quod Parthorum irruptionem, nihil mutata in populum Romanum constantia, pertulissent*[m]. Decreta non exstant, sed abunde comparent color sensusque ex titulo Sherardiano supra nominato, nempe, litteris M. Antonii ad Aphrodisienses cum senatus consulto subjecto[n]. Ad hæc, propter nomen Triumviri exosum, non respexerat Tiberius.

Hanc cum Romanis necessitudinem quam ex cultu Aphrodites exortam in primis dixerim possis longius repetere, scil. a tempore Sullæ, de quo vaticinium insigne refert Appianus. Legentibus non ingratum fore, si locum integrum (quem attigi supra) exscribam, arbitror: Ἔστι δ' ὅπου καὶ χρησμὸς αὐτῷ δοθεὶς ἐβεβαίου τάδε, σκεπτομένῳ τὰ μέλλοντα· Πείθεό μοι, ῥωμαῖε, κράτος μέγα κύπρις ἔδωκεν Αἰνείου γενεῇ μεμελημένη· ἀλλὰ σὺ πᾶσιν Ἀθανάτοις ἐπέτεια τίθει· μὴ λήθεο τῶνδε· Δελφοῖς δῶρα κόμιζε· καὶ ἔστι τις ἀμβαίνουσι Ταύρου ὑπὸ νιφόεντος, ὅπου περιμήκετον ἄστυ Καρῶν, οἳ ναίουσιν ἐπώνυμον ἐξ ἀφροδίτης· Καὶ πέλεκυν θέμενος λήψῃ κράτος ἀμφιλαφές σοι. His paulo post subjecta; Ἔπεμψε δὲ καὶ στέφανον χρύσεον καὶ πέλεκυν, ἐπιγράψας τάδε· Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ σύλλας ἀνέθηκ', ἀφροδίτη, Ὡς εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατιὴν διέπουσαν Τεύχεσι τοῖς ἄρεος μαρνάμενην ἔνοπλον[o].

10. Καταστάσει. *Ordinatione.* Indicatur duplex potissimum eventus: primum, bellum civile ad finem auspicatum perductum Carino a suis interfecto apud Margum in Mœsia, an. P. C. 285.; deinde consociatio Maximiani cum titulo

f Chishull. Antiqq. Asiat. p. 152. ss.

g Annal. IV. 43.

h Adv. Leochar. 1088. 15.

i De Myster. XX.

k De cæd. Eratosth. II. Fr. CXXIV. p. 32. ed. Reiske.

l Conf. Levit. XX. 19.

m Annal. III. 62.

n Chishull. ubi supr. Böckh. C. I. n. 2737.

o Appian. B. C. I. 97.

Cæsaris in imperio, statim post victoriam partam[p]. Ad hæc tantum respectum habet titulus: sed erat κατάστασις ulterior, nempe, Augusti nomen Maximiano impertitum (ut dictum supra): deinde partitio inter Principes imperii, ob quam denuo tentatam aliquot annis post, Cæsaribus ad regnandum admissis, dolent adeo historici, tanquam non κατάστασιν, potius rerum enervationem et labem[q].

Degebat hoc tempore, sicuti dictum, Diocletianus apud Nicomediam, ubi antea expeditionem paraverat contra Carinum, et quam impense ædificiis ornaverat ut fieret caput rerum Romanarum in oriente[r]. Hic receptos fuisse legatos Aphrodisiensium dum in itinere fuit Imperator ad bellum cum Varrane II. prosequendum crediderim[s].

XLV.

1. Λαμπρότατον ἡγεμόνα. Sic in titulo Fellowsiano Tloensi[t]; ἐπὶ τοῦ λαμπροτάτου καὶ θαυμασιωτάτου ἡγεμόνος Φλαβίου Κλαυδίου (Ἰουλίου?) Μαρκιανοῦ. Hegemon erat *Dux*, *Præses*, vox latissime patens; dicti enim *Hegemones* Proconsules, Legati Cæsaris, Procuratores[u], immo et Imperatores ipsi, ut infra dicetur. Hinc in VV. LL. (secundum opistographa) scripsi, *commemorat prior erectionem muri per Constantium, filium alterum Magni*. Atqui, si hoc verum sit, quis dixerit, quare absunt tituli imperatorii a nomine jamjam inter Cæsares relato? Restat igitur sententia quemdam alterum a filio Constantini nominatum et ejusdem quasi ætatis hic memorari: sed rationes chronologicas hoc non turbat, ut infra apparebit.

5. Μητροπόλεως. Sic appellatur Aphrodisias in *Notitia* Hieroclis, necnon in epistola Leonis cujus mentionem fecit Mannertus[v], et in titulo Mylasensi apud Pocockium[w]. Supplendum est manifesto in proximo, v. 9.

6. Ἀνενεώθη. Exstat in titulo ipso, barbare scriptum, ἀναινεώθη, ε et αι sæpenumero cum invicem mutatis in sermone recentiorum. Conf. CCXXII. 7. Sic et η, αι, in dialecto Æolum, notante Fischero[x]. Multum vero in talibus

[p] Vide Tillemont. *Hist. des Emp.* t. IV. pp. 500. ss. ex Eutropio et Orosio.

[q] Conf. Lactant. *de mort. persec.* VII. pp. 6. 8. Aurel. Vict. p. 524.

[r] Lactant. De mort. persecut. c. XVII. pp. 7. 15. Libanii Orat. VIII. p. 203.

[s] Panegyr. Vet. Orat. X. pp. 125. ss.

[t] Diar. itin. per Asiam. min. p. 289. Lycia, n. 127. p. 387. Inscr. Böckh. n. 4241.

[u] Conf. Schleusneri Lexic. N. T. in voc. et not. ad tit. prox. v. 7.

[v] Geogr. tom. VI. P. 3. p. 142.

[w] Conf. Pocock. Inscr. P. 1. p. 66. a.

[x] Not. ad Weller. p. 85.

tribuerim inscitiæ lapicidarum qui errores admiserint sonorum similitudine decepti.

Quod ad usum vocis attinet, conferri possunt tituli congeneres supra memorati, sc. Fellowsianus ex Tloe, et Attalensis noster. Nec respuebant Attici, ex. c. Demosthenes[y], Isocrates[z], inter poetas Sophocles[a]. Sensus metaphoricus elucescit in Sacris, sc. versione LXX.[b] et S. Paulo[c], ex quo hausit venustum suum Clemens Alexandrinus, conjuncta voce ἀνάκτισις ad exprimendam novam indolem in humana mente denuo ædificatam per Testamentum[d]. Fortasse ex eodem fonte Antoninus[e].

7. Ἐλλογιμωτάτου. Conf. de voce Passovii Enchirid. L. Gr.[f]. Obvia est in Strabone[g], ubi πόλεις ἐλλογιμώταται, et in Gruterianis[h]. Frequentius erat λόγιμος inter antiquos[i], quod varie reddunt, *æstimandus*, *eruditus*, *facundus*, quæ omnia conveniunt cum σχολαστικός, hoc est, ἔκδικος, *defensor*. Interpretatur Meursius[k], *Advocatus*, *Patronus causarum*, quocum conferendus est Suicerus[l] ex Augustino et variis. Munus quoque judiciale in provinciis pro officio exercebant Scholastici, ex. c. Agathias in Suid. σχολαστικὸς Σμυρναῖος[m].

Ampelius erat et πατήρ, id est, πάτρων, Patronus civitatis. De hoc magistratu disserui in libello priore[n].

Ibid. Ἰνδικτεῶνος ή. De epocha Indictionis pressius loquutus sum in opusculo prædicto[o]. Cyclus erat, ut notum, annorum quindecim et nominabatur vel Cæsareus vel Constantinopolitanus vel et Romanus prout cum VIII. Kal. Octobris vel cum Kal. Septembris vel demum cum Kal. Januarii incipiebat. Scribit Pitiscus[p] primum constitutum fuisse ab Imperatoribus *quo tempore ob maturitatem frugum optime solvi poterant tributa*, quippe (auctore Petavio[q]) *Indictiones nihil aliud esse quam præstationes et tributa quorum canon, id est, modus, quotannis indicebatur*. Secundum definivit Constantinus Magnus, et in

[y] Orat. De Coron. p. 284. 1. Reisk.
[z] Epist. VII. ult.
[a] Trachin. 396. Conf. Eurip. Helen. 721.
[b] Libr. Job. XXXIII. 24. Ps. LI. 10.
[c] Ephes. IV. 23.
[d] Strom. IV. p. 584.
[e] Meditat. IV. 3. ἀνανέου σεαυτόν.
[f] Vol. I. p. 697. a.
[g] Lib. XIII. 1. p. 118. T.
[h] Inscr. p. DLXXXI. 9. 8.
[i] Herodot. I. 143. IV. 138. VI. 106.
[k] Glossar. Græcobarb. in voc. σχολαστικός.
[l] Thesaur. Eccl. p. 1205. a.
[m] Ibid. p. 126.
[n] Vide Auctar. p. 205.
[o] Ibid. p. 157.
[p] Lexic. Antiqq. vol. II. p. 324.
[q] Rationar. Temp. P. 1. 6. p. 247.

P. C. 312[r]. (non, ut tradit Pitiscus, 313.) post victoriam de Maxentio reportatam, nec ob hanc causam, sed potius ad celebrandam victoriam Veronensem et Galliæ Cisalpinæ debellationem, ut probabilibus rationibus nixus docet Maffeus[s]. Tertius erat Pontificum Ecclesiæ Romanæ qui usque ad ætatem Caroli Magni utebantur cyclo Cæsareo, sed postea, regiam dignitatem nacti, periodos mutabant, initio facto cum Kal. Januar. 313.

Notat Eckhelius[t] (ex Bandurio) hanc formulam Indictionum primum in nummis obviam esse regnante Mauricio, hoc est, P. C. 582–602. Deinde in tempore Heraclii I.

Accedamus, his positis, ad epocham tituli nostri cui subjicitur **ΙΝΔΗ**, hoc est, *anno octavo indictionis*. Manifestum est nos parum ex hoc proficere dum incerta manet indictio cui notam numeralem propriam subjungere non erat scriptoribus usitatum. Probabilia vero assequi possumus si reputemus administrationem Orientis fuisse a patre Constantio traditam in anno P. C. 335[u]. nimirum decurrente *octavo anno secundæ indictionis*, quo tempore fidei consonum est munimenta Aphrodisiadis ceterorumque propugnaculorum Asiæ contra vim Persarum fuisse restituta. Deinde in anno 349–350, quum jam moturus esset certamen Magnentius, et administratio Orientis bellumque cum Persa legatis permitterentur[v], quid probabilius est quam hac ipsa occasione iterum factas fuisse mœnium reparationes? Sed hic annus, ut calculum instituenti patebit erat *octavus indictionis tertiæ*. Convenerit ideo epochæ præfinitio qualis in titulo occurrit utrique operi et Hegemonis et Patroni, subintellecto tantum numero indictionis qui occasioni huic vel alteri fuerit proprius.

Videbunt legentes clausulam tituli omnino similem huic nostræ inter Tarsenses Franzii. n. 4438. 7. ss.

XLVI.

2. Ὑπὲρ ὑγιείας. Formulam illustrat titulus Osannianus[w] ex insula Thera reportatus: *ὑπὲρ τῆς τοῦ μεγίστου καὶ θεῶν ἐμφανεστάτου αὐτοκράτορος Νέρβα Τραϊανοῦ, καίσαρος, σεβαστοῦ, γερμανικοῦ, δακικοῦ, ὑγιείας καὶ διαμονῆς κ. τ. λ.*

[r] Petav. ubi. supr.

[s] Gibbon. Hist. c. XIV. p. 84. not. (q) et XVII. p. 333. not. (h).

[t] Doctr. N. vol. VIII. pp. 221. 224.

[u] Eckh. ibid. p. 77. a.

[v] Theodorit. III. 3. p. 125. Julian. Orat. I. p. 77. Gibbon. c. XVIII. p. 382.

[w] Syllog. Inscr. II. 18.

Res sacrosanctæ habebantur in ætate Byzantina salus et valetudo principum quas in titulo Sardiano[x] junctas conspeximus vel cum ipsa SS. Trinitate in formula jurisjurandi. Illustratur porro precatio pro victoria ex Socrate[y], ubi in Rescripto ad synodum Ariminensem Νικητὴς audit Constantius. Ex nummis[z] quoque in quibus ubique se produnt **VICTOR., OB. VICTORIAM. TRIVMPHALEM., DEBELLATORI. GENTI.**, victoriam adeo nomini imperatorio conciliaverant adulantes. Ceterum hinc conjectationem feceris de ætate tituli, nempe an. U. C. 1113. P. C. 360. bello contra Saporem instaurato. De hac re fusius egi in Commentariis Academiæ Regiæ Hibernicæ qui brevi ex officina academica processuri sunt[a].

4. Εὐσεβοῦς. Titulus erat procul dubio Ariani ingenii fetus: in nummis non reperio. Convenit illud *Episcopus Episcoporum* quod ab ecclesiasticis meruisse dicitur[b], nimirum partium Arianarum sectatoribus, quorum post victoriam de Magnentio relatam utilitati magnopere consuluit. Studium quoque Constantii memorant scriptores synodis convocandis ut ad fidei uniformitatem retraherentur episcopi orientales, in cultu divino expurgando, in ædium sacrarum exornatione[c]. Hæc omnia, saltem apud Eusebianos, titulum spectabilem satis vindicabant. Sed operæ pretium fuerit conferre testimonium Ethnici scriptoris Marcellini de religione imperatoris disserentis[d].

Ibid. Ἀηττήτου. Præferendum videtur ἀνικήτου. Certe exstat illud in apographis Sherardi et Fellowsii, profectum, opinor, ex male perspecto tit. αὐτοκράτορος ob fracturam quæ per medium cucurrit. Hanc et versuum ordines turbasse in exemplaribus eorum arbitror.

5. Αὐτοκράτορος. Deletum hoc cum nominibus Cæsaris, partim casu lapidis, sed maxime, opinor, dedita inimicorum opera. Succurrit quæstio, quodnam fuerit nomen? An Galli, qui in imperium adscitus fuerat a patruele, Cæsarque nominatus in an. P.C. 351.[e], postmodum vero propter crudelitatem in Italiam accitus, deinde in itinere in carcerem detrusus et capite truncatus[f]?

[x] Fascic. pr. p. 158. Inscr. (a). 17. s.

[y] Eccles. Hist. II. 37. p. 139.

[z] Eckhel. vol. VIII. pp. 116. s.

[a] Vide vol. XXI. p. 38. Conf. Eckhel. vol. VIII. p. 115. a.

[b] Vide Gibbon. Hist. c. XXI. p. 37.

[c] Vide Socrat. Hist. Eccles. II. 37. 39. et Theodoriti Episc., ipsius Arianis infensissimi, confessionem in l. III. c. 3. D. Conf. et Philostorg. Hist. Excerpt. III. 2. ss.

[d] Rer. Gest. XXI. 16. sub. fin.

[e] Vide Socrat. III. 1. p. 166. B. Theodorit. III. 3. p. 125. D. Eckh. VIII. p. 124. a.

[f] Vide Ammian. XIV. 11. Eckh. ubi supr.

Certe hæc congruunt, et titulus Cæsareus, et odium in quo habitus est ob mores, sed tempora, nempe P. C. 351–354., non arrident. Inscriptionem, ut dixi supra, paulo recentiorem judico; proinde in Juliani nomen magis propendeo qui in locum fratris brevi post interitum ejus, nempe exeunte anno P. C. 355., suffectus est[g].

Retuli in ante dictis titulum ad an. 360. quum bellum cum Persa instauraretur, probabile ratus quod hoc præsertim tempore munimenta arcesque orientis contra barbarorum impetus quam diligentissime reficerentur[h]; respiciens porro preces pro salute et victoria Imperatorum, quas occasionibus eorum maxime accommodatas nemo negaverit. Si quis vero expeditionis Juliani ipsius contra Alemannos Gallias vexantes rationem magis habeat, non vehementer reclamo, quum in hoc anno et Augustum ipsum triumphantem Romæ de Magnentio videam, et Cæsaris victoriam de Chnodomario sociisque reportatam[i].

Juliani histrionis et nomina et titulos periisse ex lapide scalpro adacto vel species ipsa prodebat. Injuriam factam dixerim ab Augusti fautoribus quum primum aliena jura et titulum eminentissimum, militum plausu, invaderet Julianus, hoc est, ineunte anno P. C. 360[k]. Cogitabunt alii fortasse de anno 363. Joviano imperium adepto et nomini Christiano spe restituta[l]; immo quidam de ævo Theodosiano, noto quod magnus ille vel nummos simulacrum Juliani præferentes, ne memoria **τοῦ παραβάτου** servaretur, conflari jussit[m].

7. **Ἔρως Μονάξιος**. Recte distinguuntur nomina. Vide Ciceronem in Epist.[n], Plutarchum in Antonio[o], et titulum Borghesianum a Pitisco citatum[p]. Dein Monaxius quidam cum Plintha consulatum gessit, regnante Honorio[q], et notavit Böckhius[r] (ex Franckio) Monaxium præfectum urbi in tempore Theodosii secundi. Iidem nempe fuere.

Ibid. Ἡγεμών. In disceptatione sua de voce recte statuit Eckhelius *præsidem* Romanorum et ἡγεμόνα Græcorum latissimo sensu usurpari solitos; immo

[g] Vide Socrat. ubi supr. p. 166. c. Ammian. XV. 8. Eckhel. ubi supr. p. 127. a.

[h] Conf. Actt. Acad. Reg. Hibern. cit. supr.

[i] Vide Ammian. XVI. 12. Eckhel. VIII. 115. a. sc. an. 357.

[k] Ammian. XX. 4. Liban. Orat. XII. Eckhel. VIII. p. 128. b. ex Tillemontio.

[l] Eckh. ubi supr. pp. 129. 147.

[m] Eckh. ibid. p. 127. ex Bandurii imp. orient. p. 96.

[n] Ad Attic. VI. 1. X. 15. et al.

[o] Cap. LXXVI.

[p] Lexic. Antiqq. I. p. 609. b.

[q] Hist. antiq. univ. vol. XVI. p. 209. cp. Socrat. Hist. Eccl. V. 23. p. 292. A.

[r] Vide not. ad tit. 2744.

Imperatorem ipsum aliquando *Hegemona* appellari[s]. Sic cum ἄρχων et κόμης conjungitur in explicatione Hesychiana quam in Glossario suo ad vocem Κόμης citat Meursius. Addit quoque Ἔπαρχος Eckhelius[t], quod tamen non bene confirmat, allato titulo Gortynio ex Gruterianis, ut videre est ex nota Böckhii[u]. Quod vero statuit de nummis quibusdam Thraciæ loquutus verum est, nempe, eo nomine intellectum fuisse magistratum Romanum qui provinciæ præfuit[v]. Sic in re præsenti Monaxius erat præses Cariæ, paruitque cum ceteris ejusdem gradus, sc. proconsulibus, consularibus et correctoribus, summo magistratui, comiti orientis[w]. In tempore Justiniani præses Cariæ erat, notante Böckhio, Consularis[x].

8. Κρητάρχων. Anne hic innuitur magistratus qualis erat Asiarcharum? Monaxium fuisse Christianum nullus dubito, sed hoc non officit, quoniam ex Rubenio[y] discimus munus Asiarcharum perdurasse etiam sub principibus Christianis, abolito jam cultu numinum et templorum communium. Nempe sola manebat spectaculorum editio. Porro exstitisse Κοινὸν Κρήτης passim a nummis imperatoriis edocemur[z].

Ceterum hic mentio fit Cretarchiæ, ut in v. prox. consanguinitatis cum Cretensibus, ad conciliandos animos Aphrodisiensium: nec erat a fide communi absonum, ut ex traditis ab Herodoto[a], Pausania[b], Mela geographo[c], liquet quorum secundus memorat amicitiam inter gentes, non diserte affinitatem sanguinis[d].

[s] Vide Strab. III. 4. S. Luc. III. v. 1. Conf. Eckhel. IV. p. 243. a.

[t] Ubi supr. p. 245. a.

[u] C. I. n. 2594.

[v] Vol. II. p. 474. b.

[w] Vide Præfat. edit. Bipont. Ammian. p. XLII. ex Zosim. v. Gibbon. c. XVII.

[x] C. I. not. ubi supr. p. 500. a.

[y] Diatrib. de urb. neocor. in Thesaur. Grævii. tom. XI. p. 1360.

[z] Vide Eckhel. II. pp. 300. 313. Inscr. Gruter. p. MXCIV. 5. in Böckh. C. Inscr. n. 2583.

[a] Vide I. 171.

[b] VII. 3. 4.

[c] I. 16.

[d] Operæ pretium fuerit studiosis in hoc titulo immorantibus ex quo Juliani II. nomen exsulat, conferre diversas scriptorum indoles dum vel interitum ejus plorant, vel in Christianos sævitiam et fidei simulatæ perfidiam vituperio sectantur. Eminent inter Ethnicos Libanius in Concion. funebr. Orat. IX. p. 251. b. X. p. 260. d. Sermon. de vita sua, p. 45. c. Zosimus, (vers. Leunclav.) lib. III. sub. fin. p. 58. 15. Zonaras, Elog. in obitum Jul. Annal. tom. III. pp. 23. a. Edit. Wolf. Contra appellat Nazianzenus plagam lethalem qua accepta vitam efflavit *παντὶ τῷ κόσμῳ σωτήριον* in Orat. IV. p. 117. a jure equidem succensus propter consilium malesanum fidei abolendæ, quod vel ipse Marcellinus improbat in R. G. XXV. 4. Vide Nazianz. Orat. III. p. 51. a. 96. b. d. 97. b.

Quam inepte de hac materia disputat Eckhelius, se Christianum professus, qui Voltairii et Gibboni elogia institutionis suæ parum curiosus comprobat,

XLVII.

Ἡ Βουλὴ κ. τ. λ. Enumerantur singillatim ordines civitatis, Senatus municipalis, Populus, Collegium Seniorum, Juvenes : eo plus existimationis credendum est Attalo provenisse. Plurima restant exempla decretorum factorum a tribus, Gerusia, Populo, Senatu, ut notatum est in opusculo nostro priore[e], quibus addas Trallianum inter Fellowsiana[f]. Aliquando, ut in Tloensi ejusdem viri eximii[g], Juvenes, Gerusia, soli memorati. In titulo Cherræïdensi Pocockii[h] senos habemus memoratos, S. P. G. J. cum Virginibus ordinis sacerdotalis et Ephebis. De hac materia disserentem audi Eckhelium[i]: *Omnium certissime varios hos ordines distinguit Dio Chrysostomus[k]:* οὐχ ὡς πρώην, *inquit,* χωρὶς ἦν ὁ δῆμος καὶ χωρὶς ἡ βουλὴ καὶ νῦν ἔτι καθ' αὑτοὺς οἱ γέροντες, διὰ τὸ σύμφερον ἑκάστων δηλονότι σκοπούντων . . . *et paulo infra;* ἵνα γὰρ τὴν βουλὴν ἀφῶ καὶ τὸν δῆμόν τε καὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς γέροντας. Antea scripserat vir doctus: *Non raro ordines plures Græcorum psephismatis præfiguntur . . . . . qui quidem varii ordines collecti uno vocabulo* κοινοβούλιον *in numis Tarsi et Anazarbi Ciliciæ urbium expressi mihi videntur, quemadmodum eosdem ordines, aut certe totum archontum collegium vocabulo* συναρχία *in numis Antiochiæ Cariæ indicatum alias diximus*[l].

De voce κοινοβούλιον, ut obiter moneam, litem moverat cum Spanhemio Belleyus in loco quo disserit de nummo Tarsensi qui epigraphen prodit, citato Chrysostomo ut supra. Huic adstipulatur Eckhelius[m]. Reperio et extra nummos vocem κοινοβούλιον in loco quodam Polybii[n].

9. Φιλοδοσίων. Non convenit loco φιλοδοξίων, attamen vox est notæ satis bonæ. Video et in Stobæo[o] et in versione LXX[p].

XLVIII.

2. Υἱόν Μ. Apponuntur hæc ad pleniorem distinctionem, nam inclusa

vide in D. N. V. vol. VIII. pp. 180–182.

[e] Fascic. inscr. apocal. p. 169. not. b. Exemplum præbet Dio (LIII. 12.) Senatus ipsius appellati Γερουσία. Conf. LV. 8. Nimirum sensum vocis latiorem admisit politia Romanorum.

[f] Lycia, p. 17. n. 2. Add. Tloens. p. 889. n. 129.

[g] Ibid. p. 387. n. 126.

[h] Inscr. n. 2. p. 20. In Böckh. n. 8098.

[i] Ubi supr. v. IV. p. 191. a.

[k] Orat. XXXIV. pp. 418. a.

[l] Ubi sup. vol. II. p. 575. a. collat. Spanhem. de Numism. vol. II. p. 695.

[m] Vol. III. pp. 42. b. 73. a.

[n] Hist. Reliqq. XXVIII. 16. 1.

[o] Eclog. II. 7. (vol. II. p. 174. edit. Heeren.)

[p] Vide libr. Esther, XIII. 12.

fuerant, credo, in v. 1. Menandrus (pater) tractabat rationes Senatus municipalis, namque ex vv. 23–5. apparet collegium senatorum habuisse proventus quosdam, ex. c. ex agris. Cui officium fuit horum coactiones factitandi et administrandi Œconomus dicebatur[q].

6. Παίδων π. Erant nempe puerorum, imberbium (sc. ἀγενείων, ἐφήβων), virorum, certamina[r]. Ceterum hic forma elimatior usurpatur quæ in altero Aphrodisiensi (inter Fellowsianos) barbare scripta habetur παγκράτιν, cui rectum παγκράτις conquisiverat Wienerus[s].

9. Ἐπιτετελεσμένον. *Celebratum, rite peractum.* Vide notam in Fascic. priore de hoc verbo[t]. Appellatum est certamen fortasse ex Philemone quodam qui ludos quadriennales apud Aphrodisienses inchoasse censendus est, et hoc per testamentum, ut Lysimachus[u], et apud Sagalassenses Callipianus[v]. Sic, nummis[w] juvantibus, recensentur quatuor ludi Aphrodisienses, scil. Ἀττάληα (dicta et Ἀ. Γορδιάνηα, et Ἀ. Γ. Καπετώλια), Οὐαληριάνηα, Λυσιμάχηα, et nostra. Omisit de industria in recensu suo Böckhius Valeriana.

16. Νεωποιῶν. Nimirum agonothetæ erant æditui Veneris cum principe illorum Antonio Carminio Agelao; sic nomina Archineopœi explico ex titulis Sherardianis[x]; et Π̊, Ποπλίου, sc. filium Publii; nam de tribu intelligere, Pollia, Pomptina, Popillia, absonum foret a loco.

29. Ὅστις. Hoc, quod in sermone puriore sensum indeterminatum habuit, definite usurpatur in Aphrodisiensibus, ut ex titulis liquet[y].

De tituli postscripto vv. 29–35. vide VV. LL.

XLIX.

1. Παίδων στ. Vide tit. præced. ad v. 6, necnon de locutione ἐπιτελεσθέντι ἀγῶνι, ad v. 9. Memorantur et Philemoniea in eodem ad v. 10. s.

[q] Sic in Epist. ad Rom. Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως. ad quem locum conf. Elsner. tom. II. p. 68. Transibat appellatio ad Ecclesiasticos: vide libr. IX. Cod. Theodos. tit. 45. Leg. 8.

[r] Conf. Fellows. Lycia, p. 311. n. 22. Böckh. C. I. n. 2758.

[s] Fellows. ibid. p. 315. Cf. Böckh. Addend. not. ad n. 2810. *b.* v. 14. etc.

[t] Pag. 111. not. ad tit. XXXI.

[u] Vide C. Inscr. II. p. 496. n. 2741. 18.

[v] Vide Fascic. I. ubi supr.

[w] Eckhel. vol. II. p. 577. b. Adscivit Eckhel. Valeriana ex fide Wheleri, Itin. n. 87

[x] Vide Böckh. ubi sup. nn. 2782. 2783. pp. 517. 519.

[y] Vide infr. n. LXXVIII. 2. Böckh. n. 2774. 19. fortasse et Trallianum, infr. CIX. 9. Sed locus præruptus est.

9. Ἀγωνοθετούντων. Conf. ibidem ad v. 16. Erat Charidemus procul dubio præses neopœorum, ut Agelaus in præced. vv. 14. ss. Memoratum habemus hunc Charidemum in titulo sepulcrali LXXXI. 8. infr. et in v. 1. s. cum adjecto Juliano. Pater ejus Claudius Aurelius Zelus cum matre Julia Paula obvius est in vv. 1–4. De nominibus Zelo et Juliano in nummis vide Eckhelium[z].

L.

2. Καὶ μετηλλαχυῖαν. Vertenda sunt, opinor, *et fato defunctam*, ut sensus prodeat, *quam adhuc viventem eandem et mortuam honore prosequutos fuisse cives.* Aliter reddunt quidam, *vel post mortem, tametsi excesserit.*

Locutio μεταλλάσσειν τὸν βίον, vel simpliciter μεταλλάσσειν, abunde illustrari potest ex scriptoribus: Polyb.[a] Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος μὲν μετήλλαξε, προήει δ' ὁ χρόνος, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καιροὶ μονονοὺκ ἐπ' ὀνόματος ἐκάλουν τὸν Κλεομένην, μετηλλαχότος μὲν Ἀντιγόνου κ. τ. λ. Dion.[b] Πράξας δὲ ταῦτα, μετήλλαξεν, sc. Nerva. Dein, τοῦ Τραϊανοῦ ἄπαιδος μεταλλάξαντος. Lycurg.[c] Ἅμα γὰρ οὗτοι τε τὸν βίον μετήλλαξαν καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν. Herodian.[d] Ὅπως μὲν δὴ Σεβῆρος τὸν βίον μετήλλαξε. Dein, Γέτας μὲν δὴ τρωθεὶς καιρίως, προσχέας τὸ αἷμα τοῖς τῆς μητρὸς στήθεσι, μετήλλαξε τὸν βίον. Vide Bast.[e] a Passovio citatum in Enchiridio, in voc. μεταλλάσσω.

8. Φιλοτιμίαν. Vide notam de hac voce ad titulum Thyatirenum in Fasciculo priore[f].

9. Κοσμιότητα. Mores decoros, bene compositos et ordinatos, innuit locutio. Conf. Aristoph.[g] Περὶ σωφροσύνης ἤδη τοίνυν περανῶ σφῷν κἀναδιδάξω, Ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν.

10. Κάλλει διενεγκοῦσαν. Elogium formæ, mulierculæ gloria minime levis! Reddas *venustate præstantem.* Sic Euripides[h], κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν, quam lectionem bene defendit Porsonus ex Œdipo Rege[i], et aliis locis classicis, Propius ad nostrum accedit Æschines[k]; τοὺς δὲ ἤδη γεγονότας - - - - ἐὰν κάλλει

[z] Doctr. N. V. vol. II. p. 577. a.
[a] Libr. v. c. 35. §. 2.
[b] L. LXVIII. c. 4. et LXIX. 1.
[c] Adv. Leocrat. XII.
[d] L. III. c. 15. et IV. 4.
[e] Ep. Crit. p. 116. App. p. 88.
[f] Pag. 57. tit. XI. 11. Conf. p. 95. XXIII. 6.
[g] Plut. v. 563. s.
[h] Hecub. v. 268.
[i] Sc. v. 881.
[k] Orat. adv. Timarch. p. 19. 4. Steph.

καὶ ὥρᾳ διενεγκόντες ἐκπλήξωσί τινας - - - - ἀτιμώσετε. Conf. in aliis locis ejusdem[l] et Thucydideis[m] hunc sensum verbi διαφέρω illustratum. Ex hisce notatis intelligitur quam graviter errat in versione sua hujus tituli interpres Fellowsianus[n].

11. Παρθένον ἔτι. Diem supremum obiit intacta, votique compos,

Τέλος δὲ κάμψαιμ' ὥσπερ ἠρξάμην βίου!

Nec dulces natos, Veneris nec præmia nosti!
. . . . nulli quondam flexere mariti,
Non Libyæ, non ante Tyro: despectus Iarbas,
Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit: . . . .

. . felix una ante alias Aphrodisia virgo,
Quæ patrio in tumulo, Lelegum sub mœnibus altis
Sancta jacet, quæque amplexus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit desponsa cubile.

LI.

h. 2. Μετηλλαχότα. Vide not. ad tit. præced. v. 2. Adde exemplis ibi congestis sequentia ex Alexandrinis: Esdr. I. 1. 31. Maccab. II. 4. 7. et 5. 5. et 7. 40. Abest βίον in 4. 37. et 6. 31. et 7. 7, 13. In loco exagitato, II. 7. 14. αἱρετὸν μεταλλάσσοντας ὑπ' ἀνθρώπων τὰς ὑπὸ τοῦ θεοῦ προσδοκᾷν ἐλπίδας, vers. vulg. est, *potius est ab hominibus morti datos spem exspectare a Deo*, reclamante vero Schleusnero[o] qui prælatam habet lect. ἀπ' ἀνθρώπων, ut constructio sit μεταλλάσσοντας (τὰς ἐλπίδας) τὰς ἀπ' ἀνθρώπων. Sic equidem bene consulitur vi rhetoricæ clausulæ; atqui non assentior viro docto in eo quod subjicit, interpretationem vulgatam passivum (μεταλλασσομένους) requirere; nam stante etiam lect. ἀπὸ, possis comparationem facere cum Ciceroniano[p], *Quæ* (ratio) *sit eadem sempiterna; nihil enim est valentius a quo intereat.*

[l] Ed Steph. pp. 11. 13. et 76. 87.
[m] Sc. II. 39. III. 88.
[n] Lycia, p. 39.
[o] Conf. Lexic. V. T. Vol. II. p. 447. a. Glasg.
[p] Acad. II. 1. 7.

5. Φιλότιμον. Sc. *appetentem honoris* (h. e. liberalitate usum) *in omnibus quæ ad negotia publica pertinebant.* Sic Attici φιλοτίμως ἔχοντα[q]. Viri nempe politici laus eximia apud Græcos erat ut publici commodi ergo tales peteret magistratus ad quos obeundos facultates amplissimæ requirebantur. Hujusmodi erant Asiarchia, Stephanephoria, etc. Vide tit. præced. v. 8.

6. Ὑποσχέσεσιν. Hæ erant Romanorum *pollicitationes*, h. e. promissiones civitati factæ vel reipublicæ, de quibus adeas Jctos[r]. Occurrit inter Gruteriana[s] seq. **C. IVLIO. AVGVSTI. L. HELENO. EX. DECRETO. DECVR. MVNICIPII. ALETRINAT. ET. POLLICITATIONE. SEVIR. ET. MVNICIPVM. ET. INCOLAR.** Hinc expeditur sensus in loco Pliniano: *Huic theatro* (sc. Nicæensi) *ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicæ circa, et porticus supra caveam, etc.*[t] Sic in tit. Mylasensi Fellowsii; Λέων Λέοντος Κόϊντός, στεφανηφορῶν, ἐξ ὑποσχέσεως τὸν κίονα συν σπείρῃ καὶ κεφαλῇ[u].

Erant et aliæ pollicitationes, de quibus scriptores[v], ab hoc loco alienæ.

Ibid. Ἐργεπιστασίαις. Nominatim perhibetur in titulo Thyatirensi, ἐπιστησάμενος τοῦ ἔργου τῶν βαφέων[w]. Erant *operum curatores* vel *præfecti* οἱ ἐργεπιστάται, nuncupati a Xenophonte ἐπιστάται τῶν ἔργων[x], quorum unum habemus memoratum in titulo quem in theatro Aphrodisiensi descripsi, ἐργεπιστήσαντος Ἑρμᾶ Ἀριστοκλέους κ. τ. λ.[y] Erant hæc munera in numero Liturgiarum, et ex sumptibus propriis vel omnino vel magnam partem a ditioribus agebantur, quales exstructio et ornatio ædium, ut in titulo infr. n. CLIX. erectiones statuarum, ut in Ephesino quodam fasciculi nostri prioris[z], et cetera ejusdem generis opera in publicum commodum suscepta.

8. Ὑπειρεσίαις. *Ministeriis.* Proprius sensus verbi conspicitur apud Thucydidem[a], quocum conferri possunt Diodori[b] et Arriani[c] loca. Tractant vocem docte, suo more, Dukerus[d] et Schefferus[e]: ex hoc in primis Potterus[f]. Usus

[q] Orat. Amator. p. 1412. 25. Reiske.
[r] Conf. Digest. lib. L. tit. 12. de pollicitat.
[s] Inscr. p. CCCCXXII. n. 3.
[t] Epist. X. 48. 3.
[u] Lycia, p. 69. n. 71. Conf. Böckh. n. 2713.
[v] Conf. Herodian. I. 10. Cic. Epist. ad Divv. X. 32.
[w] Fascic. I. p. 173. tit. (b).
[x] Instit. Cyr. VIII 1. 9.
[y] Vide supr. tit. LXVI. 4. a.
[z] Vide p. 27. tit. III.
[a] Vide I. 143. VI. 31.
[b] Bibl. Hist. XIV. 54.
[c] Exped. Alex. VI. 1. extr.
[d] Edit. Bipont. Thucyd. t. IV. p. 387.
[e] De milit. nav. II. p. 79.
[f] Archæol. Gr. libr. III. c. 15. extr.

qui in Arriano cernitur, sc. abstracti pro concreto, ut dicunt, obvius est in vers. LXX. libri Job, I. 3. וַעֲבֻדָּה רַבָּה מְאֹד h. e. καὶ ὑπηρεσία πολλὴ σφόδρα, *famulitium* pro *famuli*, ut *remigium* pro *remiges*. Ceterum ex hoc transibat usus ad rem politicam, ut notum est ex œconomia civili Atheniensium ; de hoc conf. Böckhii opus in hac materia versatum[g], et titt. quamplurimos: ex c. Thyatirenum in Fascic. L[h] ubi enumerantur ἀρχαί, λειτουργίαι, ὑπηρεσίαι. Alibi[i], ἐπιδόσεις, ὑπηρεσίαι. Sensus restat invidiosus quem cernere potest qui velit apud oratores[k].

Videmus, ut dudum notavi, in editt. Böckhii et Fellowsii, **ΥΠΗΡΕΣΙΑΙΣ**, sed marmore invito. Veram lectionem illustrat quod explicationi suæ subjecit Passovius[l]; *Man findet bei Dichtern auch* ὑπειρεσία *geschrieben.*

Titulus (*i*) sequitur in honorem conjugis Metrodori Demetrii qui videtur (ut in VV. LL. notavi) conjunctus fuisse in eodem marmore cum elogio mariti. Supplere potest qui velit in capite seqq. Ὁμοίως ἐτίμησεν ἡ Βουλὴ καὶ ὁ Δῆμος, ut in simili Aphrodisiensi, Böckh. 2786.

LII.

2. Ἀνθρωπίνως. *Humaniter. Æquo animo.* Conf. Demosth.[m] Οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, οἵ τινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν, εἰς ὅσον εἶχε καλῶς, τὰς συμφοράς. Similiter de secundis Diodorus[n]; Ὁ δ' Ἀκτισάνης ἀνθρωπίνως ἐνέγκας τὴν εὐτυχίαν ἐπιεικῶς προσεφέρετο τοῖς ὑποτεταγμένοις. Iterum[o]; Ἑρμοκράτης παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνεχείρει λέγειν, ὡς κάλλιόν ἐστι τοῦ νικᾷν τὸ τὴν νίκην ἐνεγκεῖν ἀνθρωπίνως. Vide et Ciceronem[p], qui fortasse ad Demostheneum spectat: *Spero, si absolutus erit, conjunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis; sin aliter acciderit, humaniter feremus.*

3. Περὶ τῷ τ. Anglice, *in the matter of his child.* Constructio cum casu tertio usu venit[q].

g Staatshaush. d. Ath. I. p. 257.
h Vide p. 183. tit. *g*. 14. s.
i Ibid. tit. *k*. 7. s.
k Ex. c. Demosth. in Exord. Conc. p. 1458. 18. Æschin. de male gesta legat. XXXIV.
l Enchirid. II p. 1249. b.
m Adv. Aristocr. p. 648. 9.
n Sc. I. 60.
o Ibid. XIII. 19. Conf. IV. 76. XI. 26.
p Ad. Attic. I. 2.
q Vide Matthiæi Gr. Gr. §. 589. *b*.

7. *Μετηλλαχότα.* Vide L. 2. LI. 2. Vacillo inter lectt. XX. et KX., adeo obscura erant vestigia in lapide.

Formam vel hanc vel alteram vix tribuerim, ut primum in mentem venerat, incuriæ quadratarii. Satius est ad normam futurorum in *ξω* referre, unde perfecta prima in *γκα*, et cum vi aspirationis in littera pænultima, *κχα*. Ex hoc effluxit terminatio in sermone Carico *χχα*, vel si libet *κχα*, quæ ipsa analogia non caret. Habemus in nominibus propriis *Σαπφώ*, *'Απφία*, *Βόκχος*, et similia: in dialecto antiquiore *καπφάλαρα*, *κάτθανε*[r]. Eodem spectant et *ὄπφις*[s], *σκύπφος*[t], *ἴακχος*, *ἰακχίω*[u], immo et *σοπφός* si concludere licet ex versu noto Aristophanis[v]. Præbet et Pindarus, notante Wienero, exemplum in *ὄκχος* pro *ὄχος*[w].

8. *'Ανδριάντας, κ. τ. λ.* Quæ *εἰκόνες* appellantur in hoc titulo ampliori designatione efferuntur in proxime sequentibus *εἰκ. γραπταὶ ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις.* Excutiamus voces in ordine quo sensum cuique proprium facilius expediamus. In primis *ἄγαλμα*.

Explicat Hesychius, *πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, ξόανον, ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων.* Etym. Magn. *ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα, κ. τ. λ.* dein, *οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον*[x] *ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον.* Hoc tentat Passovius ut sequitur; "Daher von Hdt. an bes. häufig *Bildsäule*, *Statue*, dergleichen zuerst den Göttern[y] zu Ehren gesetzt wurden, Hdt. II. 42. 46. u. sonst, Pind. Nem. v. 3., der auch Menschen *χώρας ἄγαλμα* nennt: *ein Götterbild* als Gegenstand der Verehrung, Plat. Phædr. p. 251. a. überhaupt in der Bedeutung *Bildsäule* sehr häufig b. d. Att." His quæ a Passovio dicuntur addere libet quod a Siebelisio[z] notatur de usu vocis apud Pausaniam, nempe, aliquando eam significare *opus crustatum in superficie extans;* ut nos loquimur, *Relief*. Hoc in re præsenti expedienda plurimum valere apparebit ex sequentibus.

[r] Vide Buttm. Gr. Gr. I. p. 9. II. p. 296. Matthiæ, §. 188. init. §. 88. Obs. 1.

[s] Citat Passov. in voc. Schæfer. Theogn. 1057.

[t] Vide Athen. p. 498. a. etc.

[u] Passov. ubi supr. I. p. 1093. a.

[v] Ecclesiaz. 571. *Νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόσοφον ἐγείρειν.*

[w] Vide Olymp. VI. 40.

[x] Locus videtur respici Iliad. δ', 144.

[y] Add. Herodot. I. 183. II. 51. Aristoph. Nub. 306. 995. Euripid. sæpius, ut in Androm. 245. Iph. Taur. 87. 112. Hippol. 115. Hinc reddunt LXX. פְּסִלֵי in Isa. XXI. 9. *τὰ ἀγάλματα*, quocum conf. Maccab. II. 2. 2. *βλέποντες ἀγάλματα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ*, sc. *Idola*. Sic Aquila in Sam. I. 7. 4. הָעַשְׁתָּרוֹת, *ἀγάλματα 'Αστάρτης.*

[z] Vide Præfat. ad Pausan. vol. I. p. xlii. Conf. Herodian. I. 9. Lucian. Pseudomant. XVIII. in sacris, S. Matth. XXII. 20. et parall. in SS. Marc. Luc.

Accedamus nunc ad ἀνδριάς. Etymon ejus manifesto præbet significationem, *Bild eines Mannes, besonders Bildsaule, Statue, oft bey Hdt. selten ein Gemälde*[a]. Denique εἰκών, eodem auctore, est *Bild, Ebenbild, Bildniss, sowohl Gemälde*[b] *als Bildsäule*[c], u. s. w.

His positis, restat ut sensum qui cuique voci tribuendus sit probatissimum exquiramus, missis verborum ambagibus quæ explicationes turbant sæpius quam promovent. In primis crediderim simulacra decurtata quæ *Hermas* vocant in materia præsenti locum non habere; dein, tria quæ hic enumerantur vocabula ad peculiarem quamdam artis speciem respicere singillatim. Quomodo hoc melius effici potest quam ponendo ἀνδριάντας explicari debere de *statuis*, ἀγάλματα de *sculptis in superficie*, et εἰκόνας de *picturis*, non video. Certe εἰκών aliquando et *sculptile*[d] sonat; sed in re præsenti quam inepta foret enumeratio quæ nihil nisi sculptilium genus incluserit! Mitto quod sensus apertius declaratur in titt. proxime sequentibus, vv. 8. et 9., nimirum per γραπτάς, quod et in loco ante oculos subaudiendum opinor.

Audi Herodianum[e]; Ἐπεὶ δὲ τὰ παρὰ τῷ Ἴστρῳ στρατόπεδα διῴκησε (sc. Caracalla), κατῆλθέ τε εἰς Θρᾴκην Μακεδόσι γειτνιῶσαν, εὐθὺς Ἀλέξανδρος ἦν· καὶ τήν τε μνήμην αὐτοῦ παντοίως ἀνενεώσατο, εἰκόνας τε καὶ ἀνδριάντας ἐν πάσαις πόλεσιν ἀναστῆναι ἐκέλευσε· τήν τε Ῥώμην ἐπλήρωσεν ἀνδριάντων καὶ εἰκόνων ἐν τῷ Καπετωλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις ἱεροῖς τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον συναφείας.

[a] Passov. ubi supr. I. p. 173. b. Conf. Herodot. I. 183. VIII. 121. Lucian. de Saltat. XIV. Clem. Alexandr. p. 24. vers. Symmach. צלם in Daniel. II. 31. ubi LXX. εἰκών. De pictura loquitur aperte Plato in Republ. IV. p. 420. c. ὥσπερ οὖν ἂν εἰ ἡμᾶς ἀνδριάντας γράφοντας προσελθών ἄντις ἔψεγε, λέγων ὅτι οὐ τοῖς καλλίστοις τοῦ ζώου τὰ κάλλιστα φάρμακα προστίθεμεν.

[b] Hoc constat ex Lucian. Imagg. XVIII. τοιαύτη σοι καὶ αὕτη, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών, agitur enim de *pictura*, γραφῇ.

[c] Loca pæne innumera coacervare est: sufficiant pauca. Demosth. De Corona, p. 256. 11. στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἐνδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορίχῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων. Huc respiciunt Passovii, *Gedankenbild, bildlich Vorstellung von etwas Uebersinnlichem.* Sic et in Orat. contr. Leptin. p. 478. 4. Lysiæ Fragm. LXVIII. de quo vide Aristot. Rhetor. II. 23. Lucian. Saltat. XIV. Εἰλατίωνι τὰν εἰκόνα ὁ δᾶμος εὖ ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν. De Mort. Peregr. XLI. Diogen. Laert. II. 33. Loca Herodotea sunt II. 148. VII. 69. In Sacr. vide Isai. XL. 19. 20. LXX. et Apocal. XIII. 14. s. XIV. 9. 11. Euripidem in Iph. Aul. 239. et Andromed. fragm. XXIX. 1. collat. cum Ovid. Metam. IV. 672. ss. citaverim si multum poetæ in significatione definienda tribuendum sit. Sed satis dictum.

[d] Habemus in Marm. Oxon. tit. LX. p. 107. τούτων τῶν ἀγαλμάτων εἰκόνας καὶ τιμάς.

[e] Hist. Rom. IV. 8. init.

Ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ χλεύης εἴδομεν ἀξίας εἰκόνας ἐν γραφαῖς ἑνὸς σώματος ὑπὸ περιφερείᾳ κεφαλῆς μιᾶς ὄψεις ἡμιτόμους δύο Ἀλεξάνδρου τε καὶ Ἀντωνίνου. Quæ hic enumerantur, εἰκόνες et εἰκ. ἐν γραφαῖς, fuisse ab invicem diversa existimarim: nam quum dicit historicus ἀναστῆναι, necesse est ut concludamus sculptile aliquod indicari, idque vel anaglyphum, vel, quas appellant, *Hermas*[f], seu *Protomas*. Posteriora de picturis accipienda sunt, simulacris in plano (quod dicunt) ora referentibus et coloribus distinctis. Quæ memorantur ab historico ἐν γραφαῖς efferunt tituli proximi γραπταὶ ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις, qualia narrantur Claudii a Trebellio Pollione[g]; *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clupeum aureum, Senatus totius judicio in Romam curia collocatum est, ut etiam nunc videtur ejus expresso thorace vultus.* Caligulæ porro a Suetonio[h]; *Quas ob res, inter reliquos honores, decretus est ei clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente, nobilibusque pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Pariter in Antonino Pio*[i] refert Capitolinus *clypeum magnificentissimum Hadriano positum.* Hæc seriorum temporum. Ex Plinio[k] discimus morem primum instituisse Appium Claudium dicandi clypeos in quibus, ut ex loco concludendum est, imagines cernebantur, et notissimum est quod a Macrobio[l] refertur de faceto quodam dicto Ciceronis fratrem irridentis; *Nec Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit: nam cum in ea provincia quam ille rexerat vidisset clypeatam imaginem ejus ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam (erat autem Quintus ipse staturæ parvæ), ait, "Frater meus dimidius major est quam totus!"*

Hæc de clypeis in quibus effigies areas complebant. Hoc, ut obiter notem, non semper obtinuisse edocemur a Philone[m] qui tradit Pilatum dedicasse intra urbem sanctam, in Herodis regia, clypeos auratos, non tam in gratiam Imperatoris quam in odium populi; qui tamen nullas imagines præferebant, sed titulos solum, nomen dedicantis ejusque cui dedicabantur complexos[n].

[f] Vide Thucyd. VI. 27. s. Winckelmanni, *Geschichte der Kunst*, 1. 1. 9. Anm. 30.

[g] In Claud. c. III.

[h] Calig. c. XVI. fin.

[i] Cap. V.

[k] Lib. XXXV. 3.

[l] Saturnal. II. 3.

[m] De Legat. ad Caium, p. 1033. E.

[n] Loca classica de clypeis adeas seqq. Liv. XXXV. 10. fin. et Horat. Carm. I. 28. 11. Ulpian. Digg. L. 9. t. 3. leg. 5. fin. Inter recentiores Salmas. in Trebell. et XXX. Tyrann. Sponii Miscell. Antiq. Erud. Sect. IV. p. 158. Lipsium in Tacit. Annal. XI. p. 53. Citat lapidem ex Gruterianis (p. CCCCXLI. 7.)

Ceterum ὅπλα in quibus effigies pingebantur erant ἐπίχρυσα, h. e. *auro illita, deaurata,* qualia artis Byzantinæ, quæ perhibetur, monumenta, immo a Græcis ipsis hodiernis expressa. Barbarico quodam fulgore area nitebat, quem ad meliora progressi pictores occidentales penitus ablegabant. Hæc dico certissimum ratus et clypeos exstitisse ex auro conflatos, vel ære, vel aliis metallis, quorum documenta etiamnum in museis restant: sed qui a Callia in inscriptt. LIII. seq. referuntur suspensi speciem solam metalli præ se ferebant, ex ligno fortasse confecti, ut de pictura in Pinacotheca Monachensi dicit Von Dillis[o], *im Byzantinischen Style .... auf Holz und Goldgrund*[p].

9. Ἐν ἱεροῖς. Plin. supr. citat. *Suorum vero clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit (ut reperio) Appius Claudius,* etc. De ἱερόν notat Passovius; *Später bezeichnete τὸ ἱερὸν alles Heilige, Geweihte .... heiliger, geweihter Platz.* Ceterum conjunxerim cum τόποις, ut procedat sententia, *in locis sacris et publicis.*

LIII.

4. Ἀναστροφήν. Vox sæpius a classicis repetita: *conversio, locus in quo versatur, se convertit, aliquis.* Conf. Thucyd. II. 89. Xenoph. Venat. VI. 25.

Pitiscus quo innotescit consuetudo cives hospitio excipiendi quum dedicaretur clypeus. Lexic. Antiq. vol. I. p. 475. a.

[o] Vide *Verzeichniss der Gemälde* u. s. w. p. 16. n. 49.

[p] Vertenda existimo ad litteram verba εἰκόνας γραπτὰς ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις, *imagines pictas in clypeis deauratis,* nam sensum quem alicubi propositum vidi, *simulacra in gravi armatura auro illita,* nil moror. Ex iis quæ dixi facile intelligetur ὅπλα fuisse *clypeos, scuta, discos,* in quibus pingere solebant veteres heroum aut virorum illustrium effigies ad pectus usque quas Græci προτομὰς vocabant. Pervenit, ut notum est, ad nostra tempora appellatio, quum dicimus *shields,* vel voce *scutum* adhibita, *escutcheons,* in stemmatibus familiarum describendis.

Huc usque progressus, in disquisitionem Böckhii eruditam ad tit. ex suis 3068. v. 27. a. in C. I. vol. II. pp. 662–5. incidi. Gratulor mihi quod virum tanti nominis habeo consentientem de significatione verborum εἰκόνας γραπτάς, etc. Quod dicit de ceteris, ἀνδριάντας, ἀγάλματα, in p. 664. a. spectato nimirum Sherardiano in p. 513. non adeo me movet ut a supradictis discedam. In primis vir ipse spectatissimus concedit *etiam dei vel herois figuram opere anaglypho effictam esse ἄγαλμα dictam:* deinde, in Addendis, p. 1110. *a.*, reperio notatum ad hos ipsos titulos; Ἀγάλματα *hic crediderim esse anaglypha, etsi p.* 664. a. *de simili loco aliter judicavi: nempe non necesse est ut in omnibus terris et quavis ætate putemus eidem vocabulo eandem vim tributam esse.* Non ergo expedit ut confugiamus ad sensum pro ἀνδριάντας in p. 664. *a.* sc. *Hermas cum impositis thoracibus.* Præstat de *statuis* cogitare.

Relegandi sunt lectores eruditi ad titulos in opere Böckhiano in quibus hæ voces vel conjunctim vel singillatim inveniendæ sunt: nn. 124. 2059. 2271. 2715. *b.* 2771. Col. I. 2879. 3067. 3068. 3085.

Diodor. IV. 52. XIII. 77 extr. XVIII. 59. pr. Eurip. Androm. 999. Belleroph. Fr. XXI. 1. Hinc facilis est translatio ad *rationem vivendi, vitæ mores, instituta*, ut in Polyb. IV. 82. 1. Κατά τε τὴν λοιπὴν ἀναστροφὴν καὶ κατὰ τὰς πράξεις τεθαυμασμένος ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν, κ. τ. λ.

De hoc sensu seqq. habet Suicerus[q]: *Eam tantum hujus vocis significationem observamus quam quoties in N. T. occurrit (occurrit autem tredecim vicibus*[r]*) obtinet. Notat autem, ex Vulgati interpretatione, conversationem, quæ apud Christianos*[s] *scriptores est vita et familiaritas.* Hujus explicationem petit ex variis allatis exemplis quo referendi sunt legentes.

15. s. Παραμεμυθῆσθαι. Dubito de sensu, an sit *consolandi* vel *cohortandi*. Uterque satis se commendat. Conf. Xenophont.[t] Οὓς ἂν σφόδρα φοβηθῶσιν ἄνθρωποι τούτοις οὐδὲ παραμυθουμένοις ἔτι ἀντιβλέπειν δύνανται; Thucyd. in orat. Pericl.[u] Διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι· ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. Demosth.[v] Ἔστι τοίνυν τὶς εὐήθης λόγος παρὰ τῶν παραμυθεῖσθαι βουλομένων τὴν πόλιν. In cod. sacr. S. Johan.[w] Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν ----- ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν. Secundus, cujus memini, sensus constat ex Xenoph.[x] Hom. in Iliad. ί. 417. ό. 45. ύ. 680. et in sacr. Thessal. I. 2. 11.

20. Συμβεβηκός. Vide Sherardianum in Böckh. n. 2767. in quo exeunte suppleas ex hoc titulo ἀτύχημα.

LIV.

1 Μετηλλαχότα. Vide ad LI. h. 2. LII. 7. LIII. 1.

[q] Thesaur. Eccl. I. 822. s.

[r] Nempe, Galat. I. 13. Ephes. IV. 22. Timoth. I. 4. 12. Hebr. XIII. 7. S. Jacob. III. 13. S. Petr. I. 1. 15, 18. 2. 12. 3. 1, 2, 16. II. 2. 7. 3. 11. Vocem adhibuerunt LXX. in libr. Tobit, IV. 14. et in Maccab. II. 5. 8.

[s] Ethnicos quoque; ex c. Paterc. II. 102. 3. Quintil. I. 2. 4. VI. 3. 17. Senec. Epist. VII. 1. XCIV. 40. XCIX. 18. De Ira, III. 8. 1. Addas porro Christianis a Suicero laudatis, S. Hieronym. in vit. Hilarion. *Ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in Syria fuit.*

[t] Inst. Cyr. III. 1. 23.

[u] L. II. c. 44.

[v] Philipp. III. p. 128. 5.

[w] C. XI. v. 19. Notanda est bellissima versio Syriaca hujus loci quæ ex Isaia, XL. 2. desumitur דַּבְּרוּ עַל־לֵב יְרוּשָׁלַםִ, quæ ad litteram LXX. Λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. Vim poeticam conservarunt et Arabica et Targum Jonathanis, quam omnino diluit nostra, de sensu tantum sollicita.

[x] De Venat. VI. 25.

5. *Ζήσαντα κ. τ. λ.* Vide supr. ad LI. h. 3. s. i. 7. s. Præclara est admonitio S. Apostoli[y]: *Ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.*

6. *Πρὸς ὑπόδειγμα ἀρετῆς.* Hoc in prægresso, *ἀναστροφὴν πεποιημένον ἐνάρετον.* Vertas, *ad exemplar virtutis.* Sic Scriptt. Rom. *ad exemplar antiquitatis*[z], *Atticæ religionis*[a], *Epicharmi*[b]. Notissima porro est constructio, quam hic habemus, præpositionis, de qua copiose satis grammatici[c]: Angl. *agreeably to.*

Vox *ὑπόδειγμα* bonæ notæ est, ut ex Xenophonte discimus[d]; *Ταῦτα γὰρ ὑποδείγματα ἔσται τῷ πωλοδάμνῃ, ὧν δεῖ ἐπιμεληθῆναι, εἰ μέλλει τὸν μισθὸν ἀπολήψεσθαι*, nimirum, *præscripta ratio agendi.* Temere ideo egit Phrynichus (p. 6.) qui obelo notavit[e]. In sacr. codd. locum obtinet: ex. c. S. Johan. XIII. 15. Hebr. IV. 11. VIII. 5. IX. 23. S. Jacob. v. 10. S. Petr. II. 2. 6. In Apocryph. Maccab. II. 6. 31. *Καὶ οὗτος οὖν τοῦτον τὸν τρόπον μετήλλαξεν, οὐ μόνον τοῖς νέοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔθνους τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς καταλιπών.* Comp. v. 28. et Sirach, XLIV. 16. Aquila per *ὑπόδειγμα* expressit תַּבְנִית in Deut. IV. 17. ubi. LXX. *ὁμοίωμα.* Denique et a S. Clemente Rom. usurpatum video[f].

20. *Ἔπι τοῖς.* Hactenus clare distinguendæ erant litteræ in marmore, reliquæ vero injuriam passæ oculorum aciem pæne effugiebant. Böckhius supplet, *Ἐπὶ τοῖς τέκνοις ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα ἐπί* cet. ultimis non expeditis, nisi quod supplet post lacunam *εἰσηγησαμένου Μητροδώρου.* Tentavi ipse ex vestigiis quæ inspexi *ἐπιδεδηλῶσθαι*, lapidem ratus ex basi fuisse fabricatam in qua *palam factum*, h. e. insculptum erat, decretum honorificum. Scrupulum tantum movet quod desidero exempla verbi *ἐπιδηλόω*, quum tamen *ἐπίδηλος*, *ἐπιδήλως*, satis frequenter in usu fuerint[g].

[y] In Epist. ad Tit. II. 12.

[z] Plin. Secund. Epist. v. 15. 3.

[a] Tacit. Annal. xv. 23.

[b] Horat. Epist. II. 1. 58.

[c] Conf. Matthiæi Gr. Gr. §. 591. δ. Vigeri. Id. IX. 8. 13. Passovii Enchirid. II. p. 752. b.

[d] De Re Equestr. II. 2.

[e] Vide Alberti, Obs. Philol. p. 463. Thom. Magist. p. 681. Ed. Bernard. Wetstein. Nov. Test. I. p. 930. II. p. 704. Salmas. De Lingua Hellenist. p. 103.

[f] Epist. ad Corinth. I. p. 38. 40. Ed. Lond.

[g] Conf. Theogn. Sentent. 422. et LXX. in Maccab. II. 15. 35. Variatur constructio in tit. supr. XLVIII. 32. ss.

LV.

1. Υἱωνός. Dubitationem affert de hoc supplemento quod inter Aphrodisienses usitatius erat ἔκγονος. Ex Böckhio nil adjumenti habeo in loco intractabili.

2. Ὑπερφερής. Supplet Böckh. ὑπερβεβληκώς. Conf. Herodot.[h] apud quem et ὑπερφέρειν est *præstare*[i]. Sic et ὑπερφέρεια, ὑπερφερής, in sensu *præstantiæ* apud LXX. et Aquilam[k]. Bene ideo processerit clausula, ἤθει καὶ σεμνότητι βίου ὑπερφερὴς γενόμενος.

5. Ἀποβολῆς. Böckh., ut in VV. LL. notatum, ἀπο βουλῆς. Atqui nullus dubito verum sensum in lectione quam descripsi inesse. Ἀποβολὴ est *jactura*, *amissio*. In sacr. habemus, ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν[l]. Favet quoque locus Plutarchi[m]; Τῷ δὲ Πύῤῥῳ προείρητο μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν, ἀλόβων γενομένων, ὑπὸ τοῦ μάντεως ἀποβολή τινος τῶν ἀναγκαίων. Constructionem παραμυθεῖσθαι περί κ. τ. λ. obviam vidimus in S. Johan. supr. cit. ad LIII. 15.

10. Γονεύς. Erat fortasse *scriba* cum Mithylio, quo posito, restituendum foret γραμματεῖς in ult. Sed *binos* exstitisse apud Aphrodisienses, ut in quibusdam aliis civitatibus, probare nequeo. Vide Eckhl. IV. p. 197. ex Vaillant. Num. Gr. p. 313.

LVII.

9. Ῥήτορα. Thom. Magist.[n] Ῥήτωρ· τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο ὁ δήμῳ συμβουλεύων, καὶ ὁ ἐν δήμῳ ἀγορεύων· ὕστερον δὲ καὶ ὁ παρ' ἑνός τινος καλούμενος ἐν δικαστηρίῳ λόγοις καὶ συνηγορίαις βοηθήσων· ἤγουν ὁ δυνάμενος ὑπεραπολογήσασθαί τινος ἐν ὑποθέσει, ὃς καὶ συνήγορος καὶ δικολόγος καλεῖται. Hæc posteriora Suidas; et Etymol. Magn. ὁ τῷ δήμῳ συμβουλεύων τὰ συμφέροντα, quibus subjicit, ὁ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις λήμμασι σύμβουλος. Erat ideo Rhetor qui non tantum artem decoram exercuit Consiliarii, Defensoris, Patroni, in curiis provincialibus, sed et quæstuosam; et hinc in appellationem probrosam

[h] Sc. I. 61. IX. 71. etc.

[i] Vide VIII. 138. IX. 96.

[k] Vide Job. XXXVII. 4. Psalm. XLVI. 5. Daniel. II. 31.

[l] Act. Apost. XXVII. 22.

[m] In Pyrrho, c. XXX. Conf. Joseph. A. J. II. 6. 9. XIV. 14. 8.

[n] Ed. Bern. p. 781.

cesserat nomen, ut ex Oratoribus[o] patet, quibus concinunt et Juvenalis[p] et Martialis[q]. Sed in nostro loco omnino cogitaverim de viro in præstanti et liberali arte se exercente, non de ludi rhetorici magistro. Tales ab Evagrio[r] memorantur, Zacharias et Johannes, historici. Exemplum quoque insignius capere licet ex codd. sacr.[s] qua parte mentio fit rhetoris Tertulli, qui coram Procuratore Romano seniores Judæorum comitabatur, litem iniquam in S. Paulum prosequuturus. Judæi nempe, ut plerique alii victi, juris Romanorum ignari, oratorem conduxerant, ut facilior aditus esset ad aurem Præsidis. Hic Tertullus erat fortasse numero eorum accensendus qui alicubi[t] a Cicerone memorantur.

Notandum porro est Græcum nomen, Ctesias, paterno additum in v. præced. Fuisse Romanum ex nobilioribus patrem nomina ipsa satis indicant. Conjecerim vero eum apud Aphrodisienses sedem fixisse (comp. titt. LVIII. LXI.), et cum femina quadam Græca matrimonium contraxisse; exinde factum ut *Ctesias* audiverit filius. De hoc more quædam notant Böckhius[u] et Wienerus[v].

LVIII.

4. *Κρατίστην.* Hic de *persona* agitur[w]: aliquando Collegia[x] et Civitates[y] *κράτιστα* appellata. Sic in prosopopœia sacr. כְּבוּדָּה בַת־מֶלֶךְ, ubi de Tyro sermo est, habet Symmachus *θυγάτηρ κρατίστη*.

9. s. *Συγκλητικῶν.* *Ordinis Senatorii;* scil. inter Romanos. Erant municipales, *Βουλευταί*[z],

De voce *Σύγκλητος* scripsi alias[a]. Senatus Romanorum varie designatus est *Σύγκλητος*, *Βουλή*, et amplius, *Σύγκλητος Βουλή*[b], aliquando et *Γερουσία*[c].

[o] Conf. Orat. contr. Mid. p. 575. fin. contr. Ctesiphont. p. 56. 14. et 87. 17. Steph. Ed. De Orat. I. 18. fin.

[p] Sat. I. 44. III. 76. X. 132. etc.

[q] Epigr. II. 64. 1.

[r] Hist. Eccl. II. 10. b. 12. b.

Actt. Apost. XXIV. 1.

Vide Orat. pro Cœlio, XXX.

[u] C. Inscr. n. 2821. Not.

Ad Fellowsii op. *Lycia*, p. 343. n. 47.

[w] Vide Fascic. pr. p. 111. tit. XXXI. Xenoph. Republ. Laced. VIII. 2. *Ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται μάλιστα τὰς ἀρχάς.* Sic et 1. 5.

[x] Fascic. pr. p. 57. Marm. Oxon. IV.

[y] Psalm. XLV. 14.

[z] Senatores municipales appellat Plin. Secund. *Buleutas* in Epist. X. 118. a. Recte ideo interpres Græcus Commentar. Cæsaris belli Gallici. II. 18. *Ἐκ μὲν ἑξακοσίων Βουλευτῶν τρεῖς μόνον κ. τ. λ.* nam de Nerviis agitur.

[a] Fascic. pr. p. 199.

[b] Herodian. I. 2. 6. 7. 8. etc.

[c] Dio, LIII. 12. init. Alibi sæpius.

12. Ἐκ προγόνων. Sensus manifestus est, *ad instar avorum*, ut ἐξ ἐθισμάτων, ἐκ νόμων, ἐκ τούτων in Orat. Demosth.[d] Angl. *agreeably to these principles*. Hoc modo in primis explicat Schleusnerus[e] verba S. Pauli; Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων, h. e. juxta instituta et fidem majorum meorum, Patriarcharum. Diversa sunt prorsus quæ subjungit vir doctus, ἐκ παιδός, ἐκ νεότητος. Illustrant porro verba Herodiani[f]: Ἀλλ' ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι . . . . ἐνάρετον ἀπὸ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιϊδεῖν, *illustre adeo et honestum, inde a majoribus, imperium.*

13. Εὐεργέτην. Hoc, non εὐεργέτιν, in marmore exstabat: videtur εὐεργέτης hic pro adjectivo ideoque communis generis usurpari. Vide annon exemplum usus hujusce præstet Lucianus in libr. De Gymnas. XVII. Ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω.

LIX.

4. s. Ἀσιαρχιερέως, vel ut in editt. Böckh. (cf. et n. 2777.) et Fellows. scriptum, Ἀσίας ἀρχιερέως, idem ac Ἀσιάρχου, de quo magistratu docte in primis Vandalius disseruit[h]. Capita disceptationis hic quam brevissime proferre libet. Octo sunt, quatenus extricare queo.

a. Statuit sacerdotium summum (ἀρχιερείαν) et Asiarchiam ab invicem discrepasse.

b. Contra, sacerdotium commune Asiæ (ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ἀσίας), cujus mentionem fecit Aristides sub finem Orationis sacræ, et Asiarchiam, eadem fuisse.

c. Asiarchas opinatur fuisse numero plures, nempe, unum principem, ceteros *assessores* sive *socios*, eodemque modo, quo Irenarchæ ab Aristide[i] memorati, electos.

d. Asiarchæ officium ponit fuisse totius Asiæ proconsularis, ratione ludorum, moderationem.

e. Plures insuper et diversos diversarum civitatum Asiarchas exstitisse censet, ex. c. Smyrnæorum, Pergamenorum, Sardianorum, prout unaquæque Metropolis fuerit, aut sua κοινὰ habuerit.

[d] Orat. De Chersones. p. 91. 28.

[e] Lexic. in voc. πρόγον., ad Epist. ad Timoth. II. 1. 3.

[f] Hist. II. 8. p. 60. Tauchn.

[g] C. XVII. (vol. VII. p. 171. Bipont.)

[h] Dissert. III. pp. 274. ss.

[i] Tom. I. p. 345. Ed. Oxon. Orat. Sacr.

f. Ephesiorum non item reperitur in nummis Asiarchia, quia perpetua erat Neocoria Artemidis, et cum ea necessario connexum sacerdotium. Res aliter sese habuit cum civitatibus quæ supra memorantur, necnon cum Cyzicenis Hypæpenisque[k]: porro cum Ionica, quod dici solet, confederatione tredecim urbium, cui erat suum *κοινὸν* proprium.

g. Exstiterunt quoque *κοινὰ* in aliis provinciis, ex. c. Lycia, Bithynia, Cappadocia, Galatia, Phrygia, Macedonia, Creta, necnon inter Eleutherolaconas; unde designationes notæ, Lyciarchæ, Bithynarchæ, etc.

h. Collegium Asiarcharum, si non semper ac perpetuo apud Ephesios resederit, videtur tamen eo fuisse potissimum congregatum[l].

Hæc omnia eruditione eximia stabilire pergit vir doctissimus. Atqui videndum est annon quædam vel emendari vel in melius proferri queant. In primis certissimum est ministeria *'Ασιάρχων* et *'Αρχιερέων* non eadem fuisse, de quo argumentum præcipitantius capessivit optimus Spanhemius ex Epistola Ecclesiæ Smyrnensis de morte S. Polycarpi, in qua Philippus et *'Ασιάρχης* et *'Αρχιερεύς* audit[m]. Erat nimirum P. eodem tempore et sacerdos summus Asiæ suæque civitatis, Smyrnæ. Sic in titulo quodam Thyatireno[n] perhibetur Tatianus et *'Ασιάρχης* et *'Αρχιερεύς*, et in Muratoriano[o] legimus *'Αρχιερέα τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν, Γαλατάρχην, Σεβαστοφάντην κ. τ. λ.* quibus consentit nummus citatus (sed minime fidenter) ab Eckhelio[p], sc. **ΚΟΙΝΟΝ . ΙΓ. ΠΟΛΕѠΝ . ΠΡΟΔΙ . ΟΝ . ΚΛ . ΦΡΟΝΤѠΝΟϹ . ΑϹΙΑΡΧΟΥ . ΚΑΙ . ΑΡΧΙΕΡΕѠϹ . ΙΓ. ΠΟΛΕѠΝ .** Recte enimvero videtur statuisse Vandalius eos qui fuerunt et *Asiarchæ* et *Archiereis* curasse, ut Asiarchæ, sacra illa communia quæ ad ludos, certamina, cuncta præterea ad ista spectantia, pertinebant, atque, ut Archiereis, civitatum suarum regionumve religionem, constituisse sacerdotes, pontifices quoque, (si modo *pontifices primi* fuerint ipsi), ceteraque ad ritus, cærimonias, officia sacra, attinentia ordinasse[q].

Nihilo minus satis constat Asiarchiam et Summum Asiæ Sacerdotium, quod

[k] Addit Eckhelius Laodiceiam et Otrum, Phrygiæ: vol. IV. p. 207. a.

[l] Dissert. ut supr. p. 278.

[m] Euseb. Eccl. Hist. IV. 15. p. 182. A. *Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα.* Cum his conferantur quæ in nota p. 78. C. ex edit. Usseriana, scil. extr. epist. eccl. Smyrn., retulit Valesius, *Συνελήφθη ὑπὸ 'Ηρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, κ. τ. λ.*

[n] Fascic. pr. p. 188.

[o] Pag. DCXXX. 8.

[p] Vol. II. p. 507. b.

[q] Dissert. pp. 287. ss.

appellat Aristides *τὴν ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ἀσίας*[r], eadem fuisse. Quapropter Philostratus in Scopeliano Sophista dicit, de Asiarchis loquens, *Ἀρχιερεῖς μὲν ἐγένετο τῆς Ἀσίας αὐτός τε καὶ πρόγονοι αὐτοῦ*, et de Celænis Phrygiæ Chrysostomus[s]; *Καὶ μὴν τῶν ἱερῶν τῆς Ἀσίας μέτεστιν ὑμιν, τῆς τε δαπάνης τοσοῦτον, ὅσον ἐκείναις ταῖς πόλεσιν ἐν αἷς ἐστὶ τὰ ἱερά· οὔκουν ἔγωγε ταύτης εὐποτμοτέραν ἐπίσταμαι πόλιν.* His convenienter, in titulis[t] Asiarchæ fere semper appellantur Ἀρχιερεῖς τῆς Ἀσίας. Aliquando tamen Ἀσιάρχαι[u].

Quod statuit Vandalius de pluribus Asiarchis habemus oppugnatum et a Valesio[v] et Eckhelio[w]. Certe me movet vehementer argumentum quod nusquam repertum fuerit monumentum cum titulo ΑΣΙΑΡΧΗΣ. Α. vel ΠΡΩΤΟΣ, qualem, secundum notam collegiorum formulam, si fuerint numero plures, jure exspectaremus. De hoc argumentum capere possumus ex Archontibus[x]. Equidem vix autumandum est quin Græci, tam gloriæ appetentes titulorumque, occasionem captarent dignitatis hujusmodi arripiendæ quæ in nota eminentiæ ponitur. Nec, contra, satis validæ rationes mihi videntur a viris doctis allatæ. Quod ad expediendam quæstionem a magno Usserio profertur ex Actt. Apost. XIX. 31. refellit jamdudum Valesius: quin amplius impugnari potest ex ratione ipsa Asiarcharum eligendorum, quod in primis a Synedris, deinde a Proconsule, factum est: nimirum Synedri, hoc est, Assessores concilii communis Asiani, ex nominibus a legatis civitatum renuntiatis decem circiter secernebant, quorum unum eminentissimum Proconsul nominabat, ceteris in occasionem reservatis, quorum nempe ministerio uti possent si fato concessisset Asiarcha[y]. Ponas igitur nomen honorificum cuique horum sociorum sive assessorum fuisse indultum; eos quoque qui semel Asiarchia functi fuerant semper postmodum Asiarchas appellari; omnia quæ ab Aristide, Strabone, immo Chrysostomo ipso, afferuntur de numero Asiarcharum explicari

[r] Orat. Sacr. IV. p. 613. c. Ed. Canter.

[s] Orat. XXXV. p. 70. Reiske.

[t] Conf. Böckh. (ex. Arundell.) n. 3960. et Thyatiren. in Fascic. pr. p. 184. Nummos quoque Eumenienses in Eckhel. III. p. 153. a.

[u] Conf. Fasc. pr. p. 188. Arundell. *Visit*, etc. p. 341. n. 1. 365. 27.

[v] In not. ad Euseb. IV. 15. p. 132.

[w] Vol. IV. p. 210.

[x] Vide tit. infr. LXI. Eckhel. tom. IV. p. 194. b.

[y] Poteram hic uti verbis Livianis; *Ut etiamsi cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum reipublicæ esset.* v. 31. Ceterum de supra dictis conf. Valesium in Euseb. not. p. 72. A. quem et Pitiscus sequitur (exscripsit potius) in Lexic. Ant. I. pp. 189. a. Certe juris Proconsularis assertio mera conjectura est, et ex analogia eorum quæ ab Aristide memorantur de electione Irenarcharum petita. Vide Orat. Sacr. tom. I. p. 34. Oxon.

possunt. Quid enim Rhetores? Unus *se fuisse tertio vel quarto loco electum ad gerendum sacerdotium*[z]; alter *eos beatos prædicat qui ceteris omnibus sacerdotibus antecellunt, cognomines nimirum Asiæ*[a], scil. Asiarchas. Denique Geographus, *Semper fuisse ex Trallensibus qui sacerdotium Asiarchicum gerebant*[b]. Nihil horum doctrinæ illorum obviam ire constat qui unicum quotannis electum fuisse opinantur, Asiarcham *κατ' ἐξοχήν*, ceteros vero a Synedrio constitutos, non equidem jure sed indulgentia quadam titulum honorificum consequutos. Si etenim jus rei adesset, procul dubio in nummis vel monumentis legeremus hunc vel illum fuisse Asiarcham primum. In hoc puto titubasse Vandalium, sed in eo quod de Assessoribus profert veritatem assequutum.

Erant porro sacerdotes summi Asiæ templorum in Pergamo, Sardianorum in Lydia, Smyrnæorum, Ephesiorum. Hoc ex fide titulorum[c]. Colligit exinde Vandalius fuisse civitatibus quibusdam præstantioribus proprios Asiarchas: contra existimat Eckhelius, *Eos fuisse tantum particulares pontifices, et præfectos templis quæ propter κοινὸν 'Ασίας, quod per vices in his urbibus agi consuevit, exstructa fuere, conferentibus symbolam urbibus minoribus*[d]. Probabilis sane sententia, sed ad quam stabiliendam parum proficiunt nummi[e]; in hisce enim prædicantur dumtaxat cives qui ad munus Asiarchicum, hoc est, Sacerdotium communis Asiæ, delecti fuerant, gloriam minime levem, quippe indicium opulentiæ secum trahentem.

Erant quoque aliis, præter Asiam, provinciis, ex. c. Bithyniæ, Galatiæ, Lyciæ, Cypro, Syriæ, sua *κοινά*, et proinde sacerdotia Asiarchiæ consimilia[f].

[z] Ibid. sub. fin. Eckh. IV. p. 210. a.

[a] Conf. Dion. Chrysost. XXXV. Τοὺς *μακαρίους λέγω, τοὺς ἁπάντων ἄρχοντας τῶν ἱερέων, τοὺς ἐπωνύμους τῶν δύο ἠπείρων τῆς ἑσπέρας ὅλης.*

[b] Vide Strab. XIV. 1. p. 188. T. *Συνοικεῖται* (sc. civitas Trallensium) *δὲ καλῶς, εἴ τις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν 'Ασίαν, ὑπὸ εὐπόρων ἀνθρώπων, καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς 'Ασιάρχας καλοῦσιν.* Certe valde operosum erat hoc munus: idcirco non nisi opulentiores ei gerendo deligebantur, quod testatur Philostratus: 'Ο *δὲ στέφανος* (insigne dignitatis) *οὗτος πολύς, καὶ ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων.* Vit. Sophist. XXI.

[c] Vide infr. tit. CXIA. Tit. Thyatirens. in Fascic. I. p. 184. Sardian. ibid. p. 168. Phocæens. ibid. in not. (*a*).

[d] Eckhel. vol. IV. p. 209. a. ex Dion. Chr. Orat. XXXV. in Celæn.

[e] Vide in unum collectos ab Eckhel. IV. p. 207. vel in propriis locis, nummos Cyzicenorum, Hypæpenorum, Panionii, Laodicenorum Phrygiæ, Otroenorum, Pergamenorum, Sardianorum, Smyrnæorum.

[f] Nempe, Lyciarcharum, Bithynarcharum, etc. Vide Fellows. Inscr. Lyc. nn. 100. 166. collat. cum Strab. XIV. 3. p. 214. T. Liban. Epist. 1217. Maccab. II. 12. 2. Addas Phlegon. Trallian. De Mirabil. et Modestinum, leg. VI. §. 14. De Excusatt.

Poteram addere Arabarchiam, reclamante tamen Eckhelio[g], *Arabarchen, sed* σατυρικῶς, *habemus apud Juvenalem*[h]. Atqui in titulo quem descripsi ipse ex colosso Thebarum legimus, **ΚΛΑΥΔΙΟΣ . ΕΜΙΛΙΟΣ . ΑΡΑΒΑΡΧΗΣ . ΚΑΙ . ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΣ . ΘΗΒΑΙΔΟΣ.** Restat Cretarchia, de qua conjecturam inivi in nota ad tit. XLVI. 8. supr.

Edocent demum tituli[i] et feminas illustriores Asiarchatum gessisse, aut saltem assequutas fuisse nominis dignitatem. Hoc opulentiæ earum tribuerim, nam, ut dixi, ad exsequenda hujusmodi munera censu minime spernendo opus erat. Nempe, facilis jactura. Ad mentem femineam commovendam quam comparatum est quod tradidit Pancirollus, *Coronam auream in capite, togam auro purpuroque intextam, hi sacerdotes gestabant*[k]. Similia Chrysostomus. Tertulliani verba sunt[l]; *Purpura illa et aurum cervicis ornamentum eodem more apud Ægyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ vel trabeæ vel palmatæ et coronæ aureæ sacerdotum provincialium.* Sprevit sane ingenium muliebre præ phaleris argentum!

(6.) **Νομοθέτου.** Nomen de politia Atheniensium desumptum quorum Nomothetæ erant qui leges ad examen revocabant, habebantque Oratores (ῥήτορας) adjunctos ad opem in ministerio ferendam[m]. Tale quid de hoc munere Aphrodisiensi conjicere licet, præsertim quum et Rhetores apud eos exstitisse habemus fidem marmorariam[n]. De sensu exquisitiore vocis silent monumenta, et hoc, et Sherardianum in Böckh. tit. 2777.

Νομοθέτης audit Hadrianus in titulo Megarensi[o], sed diverso sensu, nimirum qui leges sodalitii non tam castigavit quam constituit.

(7.) **Συγκλητικόν.** Vide not. supr. LVIII. 9.

LX.

2. **Μύωνα.** Nomen non reperitur in nummis ab Eckhelio enumeratis, sed in Antiochensibus vicinis obviam habemus epigraphen **ΜΥѠΝΟϹ.ϹΥΝΑΡΧΙΑ**[p].

Perhibetur Myo noster filius adoptivus Agelai, sed per generationem,

[g] Ubi supr. p. 208. a.

[h] Sat. I. 130.

[i] Ex. c. Teius infr. CLVIII. Smyrn. CXLVII. Asiarchiam particularem gerebat Marcella in Smyrn. CXLI.

[k] Notit. Imp. Oriental. Commentar. c. CV.

[l] De Idololatr. XVIII. vol. IV. p. 173. Seml.

[m] Æschin. contr. Ctesiph. XVI.

[n] Supr. tit. LVII.

[o] Fascic. I. p. 203. Böckh. C. I. vol. I. p. 566. n. 1072.

[p] D. N. V. vol. II. p. 574. b.

Eusebis. Hinc occasionem arripere possumus disceptandi de usu in titulis et nummis vocis *υἱός*, qui vel adoptionem designat, vel genituram, vel juris municipalis communicationem.

In primis illustrat hunc titulum Aphrodisiensis alter quem de columna. in templo Aphrodites descripsi[q], in quo refertur *Ἀμμίας Διονυσίου, φύσει δὲ Ἀδράστου τοῦ Μόλωνος, Ὀλυμπιάς*. Citat porro congenerem Walpolius[r], *Φίλων Ἀγλαοῦ (Ἀγελάου?), φύσει δὲ Νίκωνος*, parum feliciter sane pro re nata, quum illustranda venerit inscriptio quædam ex Assiis (inter nostras CCII. infr.), quæ in sua phrasi singulari *υἱὸς πόλεως* nullo modo explicationem habet ex Aphrodisiensi. De hoc agemus infra. Qui hic perhibetur *υἱὸς φύσει* appellatur eodem prorsus sensu *υἱὸς φυσικός*, et generatim proles *φυσικὰ τέκνα* in titulo quem ex muro occidentali (sicut antea Fellowsius) descripsi, scil. LXXVI. infr. Adoptivus erat simpliciter *υἱὸς τοῦ δεῖνος*, phrasi nonnunquam variata *κατὰ θέσιν, καθ' υἱοθεσίαν, θετός, εἰσποίητος*. Hoc est quod S. Gregorius Nyssensis appellat *προσηγορίαν ἐπισκευαστὴν καὶ ἐπίκτητον*[s]. Municipalis demum erat *υἱὸς πόλεως*, cujus exempla bene multa præbent et tituli et nummi. In primis, in Acharacensi(?) Fellowsii obvium est, *Ἱεροκλέους - - - υἱοῦ πόλεως*[t]. In Assio a me descripto, antea a Walpolio et aliis, *Κλεόστρατος υἱὸς πόλεως, φύσει δὲ Ἀπελλικῶντος*. In nummis habemus **ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ . ΥΙΟϹ . ΑΦΡΟΔΙϹΙΕΩΝ**[u]. et **ЄΠΙ . ΟΥΑΡΟΥ . ΥΙΟΥ . ΠΟΛЄΩϹ**[v]. et **ΖΗΝΩΝΟϹ . ΖΗΝΩΝ . ΥΙΟϹ . ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ . ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ**[w]. Hæc pauca. Indicatur consuetudo quæ per urbes invaluit adoptionis virorum insignium aut bene meritorum, dato civitatis jure, ut adeo peculiari quodam sensu dici possent *civitatum liberi*. Contra, physicus sensus, ut ita loquar, conspicitur in Catulliano, *Tu præter omnes une de capillatis Caniculosæ celtiberiæ fili*[x], quod comparaverim cum nota inter orientales formula, cujus exempla sunt בְּנֵי־הַמְּדִינָה, וּבְנֵי־קֶדֶם, in Cod. Sacr.[y] Profluxisse equidem ad Græcos ex fonte

[q] Infr. tit. LXVIII. 4. ss.

[r] Nempe ex Commentt. Acad. Inscr. XXI. 418. Locus est in Walp. libro. *Memoirs relating to European and Asiatic Turkey*, p. 465.

[s] Vide Orat. c. Eunomium, III., vol. II. p. 528. A. Clausula est, *Ὥστε τισὶ μὲν ἐκ φύσεως, τισὶ δὲ ἐπισκευαστὴν καὶ ἐπίκτητον εἶναι τὴν τοιαύτην προσηγορίαν*. Quod est *ἐκ φύσεως* dicit S. Cyrillus Alex. *φυσικῶς* in Actt. Concil. Ephes. p. 23.

[t] Lycia, p. 21. tit. 8.

[u] Eckh. vol. II. p. 577. a.

[v] Ibid. vol. III. p. 148. b.

[w] Ibid. p. 162. a.

[x] Vide XXXVII. 17. s.

[y] Vide Judicc. VI. 3. Ezr. II. 1. Conservant LXX. *υἱοὶ ἀνατολῶν, υἱοὶ τῆς χώρας*. Sic et Regg. IV.

orientali loquutionem existimarim, primum **φυσικῶς**, deinde de participe facto juris municipalis dictam. Utcunque hoc sit, ex prægressis liquet exstitisse inter civitates et personas analogiam: utrisque erant **φυσικὰ τέκνα**, utrisque **τ. καθ' υἱοθεσίαν**, hæc per adoptionem vel participationem juris, illa conditione natali.

LXI.

1. **'Αξιολογώτατον.** Vide supr. XLVIII. 13. Bonæ notæ verbum, ut patet ex Thucyd. I. 1. 17. IV. 23. V. 74. Conf. et Diodorum[z]. Plerumque resolvunt Attici[a].

2. **"Αρχοντα.** Archontes Aphrodisienses memoratos vidimus in tit. supra, XLIV. 7. Erant ideo plures in hac civitate, unde designatio **πρῶτον** explicatur, quod et ex nummis comprobatur[b].

De officio in genere legantur in primis quæ a doctissimo Spanhemio[c] traduntur. Erant Arehontes vel principes regionum, vel generatim rectores, vel præsides Romani in provinciis, vel (ut hic) magistratus patrii urbium Græcarum, quarum plures institutum notissimum Atheniensium imitatæ sibi collegium Archontium præfecerunt, eponymiæ honore Principi concesso, ceteris non item, ut bene ex nummis docet Eckhelius[d]. Porro (ut obiter moneam) in quibusdam urbibus Græcis Archontes dicti sunt quibus publicorum sacrificiorum, quæ ad communis suæ urbis Vestæ honorem pertinebant, procuratio fuerat commissa. Hi aliquibus in locis "Αρχοντες, in aliis vel **Βασιλεῖς** vel **Πρυτάνεις**, vocabantur[e]. Fortasse ex horum numero erat **πάτριος βασιλεὺς** infra in tit. Assio (CXCVIII.) commemoratus.

(*Ibid.*) Δίς. Conf. nummum Philadelphenum jamjam citatum, **Є. ΤΡЄΒ.**

19. Jerem. II. 16. Joel, III. 6. Comp. Vorstii Philolog. Sacr. c. XXIV. p. 491. et Glassii (Edit. Dath.), de Nom. Can. XXXVI. 4.

[z] Bibl. Hist. I. 15.

[a] Vide Plat. Ion. p. 541. d. Οὒς ἤδη ἡ πόλις ξένους ὄντας, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσί, καὶ εἰς στρατηγίας καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει. Comp. Lysiam, Pro Milite, VIII. 4. Aristot. Rhetoric. II. 24. 2. Pausan. IV. 5. 2. etc. in nota Wesselingii ad Diodor. I. 2.

[b] Vide Eckhel. II. 577. Peysonnelli *Voyage à Thyatire*, pp. 332. 335. Citat amplius Eckhel. num. Nicomed. Bithyn. et Philadelphen. Lydiæ, cum epigr. ΑΡ. ΠΡ. et ΑΡΧ. Α. in II. p. 431. III. p. 111. et all.

[c] De Usu, etc. Dissert. IX. pp. 694. ss.

[d] Ubi supr. vol. IV. p. 194.

[e] Vide Aristot. Politic. VI. 8. citante Spanhemio, ubi supr.

ΝΙΓΡΟΥ. ΑΡ. ΠΡ. Β. Sed prætulerim constructionem adverbii cum ταμίαν, quod sequitur : aliter, foret (credo) τὸ δίς.

Ταμίαν hic memoratum cave ne credas fuisse Quæstorem Romanum. Erat nempe *patrius*, qualis in titulo Smyrnæo quodam[f] perhibetur Callinus, et in Sponiano[g] obvius est, ΤΑΜΙΟΥ. ΤΟΥ. ΔΗΜΟΥ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. Tres in nummis recenset Eckhelius[h], scil. Pergami, Rhodi, Smyrnæ, et munus statuit fuisse *Pecuniæ publicæ quocunque nomine ad usus sive sacros sive profanos administrationem.*

3. Γραμματέα. Ex honoratioribus fuisse hunc magistratum satis ex titulo nostro comparet, quum in eodem catalogo cum summis recenseatur. Jure igitur statuerat Vandalius[i] eum fuisse longe majoris dignitatis atque anctoritatis in civitatibus Asiæ quam apud Romanos vel etiam Athenienses. Hoc evincitur præcipue ex nummis qui signati conspiciuntur nominibus scribarum tanquam eponymorum. Excitat Vandalius[k] Ephesios, Magnesios, Nysæos, Trallianos, etc. titulos porro ex Reinesio[l] et Sponio[m]. Horum maxime sensum movet Ephesinus propter fidem historicam ex codd. sacr.[n] comprobatam in loco ubi scriba luculenter apparet gradum obtinuisse inter primores civitatis, quum tumultum formidolosum compescuerit, dictisque obsequentem habuerit conventum. Hinc bene vertit ὁ γραμματεὺς Interpres Syrus *princeps civitatis*, ut סָפְרָא, sc. præses Samariæ Babylonius, ab Alexandrinis vocatur Γραμματεύς[o].

Si quis ampliora desideret, referendus est ad Wetstenium[p] (qui tamen minus feliciter, quatenus de dignitate magistratus agitur, comparat instituta Atheniensium), Seldenum[q], Eckhelium[r], Schwarzium[s], cum tituliis Pocockii[t] et Cuperi[u].

4. Δὶς ἀρχινεωποιόν. *Qui bis collegio Neopœorum præfuit.* Vide supr.

[f] Marm. Oxon. II. 81.
[g] Voyage, tom. III. p. 93.
[h] Vol. IV. p. 202.
[i] Dissert. V. c. 3. p. 428.
[k] Nempe, ex Morellio, p. 285. 116.
[l] Syntagm. Inscr. Cl. III. n. 36.
[m] Miscell. p. 369.
[n] Actt. Apost. c. XIX. 35. ss.
[o] Conf. Ezr. IV. 8. Sirach. X. 5.
[p] N. T. vol. II. p. 586.
[q] Marm. Oxon. p. 110.
[r] D. N. Vet. vol. IV. p. 196. s.
[s] Opuscula Academ. 230.
[t] Vide Fascic. I. tit. c. p. 144.
[u] Lettres de Crit. p. 281.

XLVIII. 15. Hi templorum curatores erant qui in iis constituendis, reficiendis et sustentandis operam navarunt. Inter primarios magistratus referebatur hæc Archineopœia, uti ex titulo nostro patet, necnon ex Ephesino[v], ubi Archiprytanis Romulus munus exercuisse neopœi memoratur. In altero[w] legimus neopœum a Senatu et Populo aurea corona donatum. In re sepulcrali jura quædam habuisse videtur collegium ex titulis Aphrodisiensium: sed hoc fortasse ex testamentis specialibus profluebat, ut in titt. infr. LXXVIII. LXXX. Officium nempe statuitur hereditamenta deæ Aphrodites, h. e. bona templi, integra et illæsa servare.

Erant pariter apud Athenienses *ἱεροποιοί, ναοφύλακες, ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων*[x], quorum posteriores habuisse cum neopœis nostris affinitatem videntur. Diserte quoque Neopœos memorat Aristoteles[y], quasi et Naophylaces fuerint; scil. Melanopum quemdam in litem a Callistrato vocatum fuisse propterea quod curatores[z] templi tribus vasculis fraudaverat. Proinde duplex erat magistratus, Neocoria et Neopœia: spectabat prior ad rituum, cultus, cærimoniarum procurationem; templorum ornatus, supellectilis sacri, bonorum custodia mandabatur Neopœis.

6. Ἀγορανόμον. *Agoranomum*, sc. patrium magistratum; in politia Romana, *ædilem*[a]. Comprobat satis Eckhelius[b] quod et ex titulis[c] liquet, citatis Cicerone[d] et Spartiano[e], fuisse *Colonias et municipia quorum summus magistratus fuere ædiles.* Hinc suppeditatur responsio adversus Schleusneri emendationem textus Alexandrini in libr. Maccab. II. 3. 4., qui pro ἀγορανομίας illatum vult παρανομίας Vaticani, quod et interpretes nostri, cum Vulg. et Arab. Verba docti viri sunt, *Nullo modo a me impetrare possum ut credam Simonem, qui fuit* Προστάτης τοῦ ἱεροῦ, *simul Agoranomi munere functum esse*[f]. Atqui

[v] Sc. ex Pocockio relat. in Fascis. I. tit. *e*. p. 144. In tit. Aphrod. Böckh. n. 2795. conjunguntur Quæstura et Archineopœia, ut hic, subjectis *πάσαις ἀρχαῖς καὶ λειτουργίαις*. Comparetur et tit. 2782. v. 15.

[w] Fascic. I. tit. *f*. p. 145. ex Pocock.

[x] Vide Aristot. Polit. tom. III. p. 506. Ed. Bip.

[y] Rhetor. vol. IV. p. 146. Bipont.

[z] Ibid. not. Buhl. p. 446.

Notanda sunt, ut redeam ad v. 2. hujus tituli, loca in titt. Sherardianis a Böckhio editis ubi memoratur *πρῶτος ἄρχων*, diverse appellatus *πρωτόλογος ἄρχων* et *ἄρχων τὴν πρώτην ἀρχὴν* scil. titt. 2761. 2762. 2763. 2764. 2777. 2799.

[a] Vide Fascic. I. tit. XXI. p. 91.

[b] Ubi supr. IV. p. 481. b.

[c] Ex. c. Thyatirens. in Fascic. I. p. 188. vv. 7. ss. et Sardian. in Peysonnel. *Voyage*, etc. p. 352.

[d] Epist. ad Divers. XIII. 11.

[e] In Hadrian. c. XIX.

[f] Lexic. Vet. Testam. vol. I. p. 27. *e*. Ed. Glasg.

officia non erant invicem contraria: δικαστὴν facit agoranomum Hesychius, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ νέμοντα τὸ δίκαιον. Suidæ prima explicatio congruit cum Scholiasta Aristophanis[g], Ἀγορανόμους δὲ οὓς Λογιστὰς καλοῦμεν.

10. Ἐπεκδόσεσιν. Convenit Peysonnelianum[h]; Καὶ ἐπιδόσεσι καὶ κυριακαῖς ὑπηρεσίαις χρησιμεύσαντα τὴν πατρίδα. Hinc, et ex loco Herodiani[i] patet significare ἐπιδόσεις, vel ut in nostro, ἐπεκδόσεις, sumptus liberaliter erogatos in magistratibus exercendis, vid. c. in spectaculis edendis, levanda annona, etc. Nihil in monumentis sæpius obvium est quam hæc commemoratio magnificentiæ et φιλοτιμίας principum virorum, quippe Græcorum ingenio accommodatum[k].

13. Τιβερίου. Nomen insigne bis alias inter nostra obvium est, nempe in titt. LVII. LVIII. Ex hisce comparatis possis conjicere honorem hic memoratum fuisse cuidam ex Claudiis redditum, quorum duos præter Capitolinum ipsum in nostris reperio, scil. Diogenem et Attalum, sanguine, si fas sit conjectationem inire ex tit. LVIII., cum illo junctos. Doleo partem inferiorem marmoris contrectatam et situ obrutam vestigia tantum literarum ostentasse.

LXII.

4. Μενίππου. Nomen obvium in nummis Aphrodis.[l] ΜЄΝΗΠΠΟϹ. ΚΑΙ. ΖΗΝѠΝ. ΑΝЄΘЄϹ. ΑΦΡΟΔΙϹΙЄѠΝ. In hac scribendi ratione conspicere licet iotacismum Græcorum recentiorum.

6. Ζήσαντα κ. τ. λ. Vide tit. LIV. 5.[m]

LXIII.

Ἱππικόν. Cave ne accipias pro nomine: designatur ordo equestris, ut in Sherardiano[n], phrasi variata, ἐξ ἱππικοῦ τάγματος. Sic marmor Thyatirenum[o],

g In Acharn. v. 728.

h Vide Fascic. I. tit. *k*. p. 185. Conf. et *g*. ibid. p. 188.

i Hist. Rom. I. 12.

k Vide Fascic. I. titt. pp. 27. 57. 120. 131. 145. 149. 168. 169. 172. In libello præsenti eminet Philadelphenus, CLXXVI.

l Vide Eckhel. vol. II. p. 577. b. Nomen et in titt. Sherard. Böckh. 2774. 2836. 2838. occurrit.

m Formula προς ὑπόδειγμα ἀρετῆς usitatior est in Aphrodisiens. ex. c. Böckhii nn. 2787. 2788. 2794. 2807. 2814. 2817.

n Vide Böckh. n. 2803.

o Fascic. I. tit. *h*. p. 184.

M. Αὐρ. Διάδοχον ἱππικόν, et Palmyrenum[p], Ἰούλιος Αὐρήλιος Σεπτίμιος Ἰάδης, ἱππικός. Obv. aliquando Ἱππεύς. cum adjuncto Ῥωμαίων, ut in simili Palmyreno[q], et titt. a Grutero[r] et Montefalcone[s] allatis. Adjectivum cernimus in scriptt. ex. c. Strabone[t]; Τὰς δὲ ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει Καῖσαρ· ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας, εἰς ἃς δὲ στρατηγικούς, εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς. Nec abest a nummis, iisque tam autonomis, quam imperatoriis: ex. c. ΕΠΙ . ΦΙΛΗΤΟΥ . ΙΠΠΙΚ . CΜΥΡΝ[u]. et ΕΠΙ . CΤΡ . Μ . ΑΥΡ . ΦΙΛΗΤΟΥ . ΙΠΠΙΚΟΥ[v]. in quibus tamen, miranda hallucinatione, conspexerant quidam rei nummariæ studiosi ante Eckhelium nomen verum *Hippicus*[w].

Conferantur quæ ibidem habet doctissimus nomismaticus de provincialium cooptatione in ordinem equestrem, senatorium, consularem, toties in marmoribus publicis, quæ restant, jactata. De Hilariano nostro duplex exstat; quod exscripsi, et alterum ex patre Apolloniano profectum quod ex Sherardianis edidit Böckhius[x].

6. Πρειμιπειλαρίου. Vox Latina: ut Seneca[y]; *Nec impune cessit primipilario quod illum Caium salutaverat.* Suetonius[z] habet *Primipilaris:* Vegetius[a], in loco ubi de gradu militari tractat, *Centurio primipili.* Intelligitur nimirum dux primæ centuriæ in ordine pilanorum, seu triariorum.

10. Ὑπατικοῦ. Nempe, in ordinem Consularem munere imperatorio cooptati. Vide not. v. 3. et titulum Philadelphenum in libello priore[b]. In hoc catalogo recensendus videtur Callipianus qui in titulo Sagalassensi[c] memoratur, aliique plures quorum invenimus nullam mentionem factam in fastis consularibus.

11. Ἔκγονον. *Nepotem*, in sensu proprio. Est forma antiquior pro qua et ἔγγονος sæpenumero obvius est in titulis Caricis[d] et alibi[e]. Communiter

p Memoires des B. L. tom. XXVI. pp. 584. ss. Franz. n. 4499. p. 283.
q Memoires, etc. ibid. Franz. n. 4498.
r Inscr. p. CCCLXXXVIII. 4.
s Palæograph. p. 159.
t Lib. XVII. 3. ult.
u Eckhel. vol. II. p. 544. b.
v Id. ibid. p. 558. b.
w Id. vol. IX. pp. 226. ss.
x C. I. n. 2792.
y De Constant. Sapient. XVIII.
z Tiberius, XXXVII. Caligula, XXI. Vide Gruter. L. n. 6. CCCCXVI. n. 1.
a De Re Milit. II. 8. Conf. Spartian. Nigr. II. Did. Julian. V. et Suicerum in voce, vol. II. p. 880.
b Sc. p. 32. n. IV.
c Vide Fascic. I. p. 111.
d Ex. c. in Aphrodis. Böckh. p. 521. n. 2789.
e Ex. c. in Teio, infr. CLIV. ult.

dicunt ἐγγόνους esse justa significatione *nepotes*, et vere, sed et aliquando latius accipitur: ex. c. est *pronepos* in titulo Patarensi Fellowsii[f]: alias ἔκγονος, *filius*[g]. Alias generatim *posteri* (ut per *nepotes* Romanorum) intelliguntur[h]. In loco Herodoti infra notato[i] vacillant lectt. inter ἐκγόνοισι et ἐγγόνοισι, versiones porro inter *nepotibus* et *posteris*[k]: sed contextus vel *nepotes* vel *filios* luculenter indicat. Per ἔκγονον intelligit Herodianus[l] *nepotem*, cui congruunt et Phavorinus et Hesychius, nempe ἔγγονος, ὁ υἱὸς υἱοῦ, et ἔκγονα, τέκνα τέκνων. Sic in Codd. Sacr.[m] quod exponunt LXX. ὁ υἱὸς τοῦ υἱοῦ σου, nempe בֶּן־בִּנְךָ, vertit Symmachus ἔγγονος. Attamen habet Etymol. Magn. ἔκγονον, ὁ υἱός, prorsus ut LXX. qui pro בֶּן־בִּטְנָהּ in textu Isaiæ[n] posuerunt τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς. Hunc vidimus supra fuisse sensum Homericum.

Definitum quiddam attingere in hoc errore conatur Schleusnerus[o], ab invicem sepositis ἔγγονος et ἔκγονος, sed frustra, ut mihi videtur. Assentior potius Ernestio[p]; *Haud raro utramque vocem non solum quoad significationem, sed etiam in ipsis codicibus veterum scriptorum, permutari.* Ex titulis (in quibus nunc versamur) videor mihi satis collegisse voces ἔγγονος, ἐγγόνη[q], significasse ἐξόχως *nepos, neptis;* sed ut Romani per *nepotes* sæpenumero et *posteros* intellexerunt, ita Græci cum invicem permutabant ἐγγόνους (immo et ἐκγόνους, notante Ammonio[r]) et ἀπογόνους. Adeo lubricum est tractatu opus!

13. Συγκλητικῶν. Vide supr. ad titt. LVIII. 9. LIX. 7.

18. Λητωΐς. En nomen mythicum insigne et prosapiam illustrem, de quibus poetam Metamorphoseon consulere possunt legentes[s].

[f] Lycia, etc. tit. 169. 2. Conf. Böckh. n. 3176. 21.

[g] Vide Iliad. ι', 813.

[h] Demosth. Philipp. p. 73. 13. R. Orat. de male gest. legat. p. 356. 9. Conf. LXX. in Maccab. II. 1. 20.

[i] VII. 106.

[k] Vide Schweighäus. VV. LL. tom. III. P. II. p. 126.

[l] Hist. R. I. 7.

[m] Judicc. VIII. 22.

[n] C. XLIX. 15. Conf. Demosth. De Coron. p. 290. 26. cum Isocr. Panegyr. XVI.

[o] Lexic. Nov. Test. vol. I. in voc. ἔκγονα.

[p] Ad Callim. Epigr. XXXIX. tom. I. p. 237.

[q] Vide tit. Sidens. infr. CCXXXIII. 7.

[r] Vide libell. de sim. etc. lectt. in voc. ἔκγονος. Conf. Plutarch. Lycurg. IV. παρὰ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς Κρεωφύλου, et Marm. Oxon. LX. 20.

Si quis ampliora desiderat, adeat Morum in Isocrat. supr. p. 58. a. Steph. Oudendorp. ad Thom. Magistr. p. 849. D'Orvill. ad Chariton. p. 227. Wetsten. ad N. T. p. 339. vol. II. Buttmann. *ausf. Gramm.* 2. p. 379. A locis classicis quæ permulta congessi in schedis abstineo ne legentibus fastidium moveam: hoc vero, finem facturus, monendum reor, vacillare codices quam maxime inter ἔκγονος et ἔγγονος: ex. c. in Demosth. ubi supr. notante Moro.

[s] Libr. VII. 384. VIII. 278.

20. Μάμμη. *Avia*, ut credo ubique alias: ex. c. Herodian[t]. Ὑπὸ δὲ ταῖς μητράσι (sc Soæmide et Mamæa) καὶ τῇ μάμμῃ (Mæsa) ἀνετρέφοντο. Quid velit Fellowsianorum interpres, *amita* intellecta, vel *matertera*, vix deprehendo. Certe habuit ante oculos titulum ex suis Tloensem[u], qui melius edocere poterat.

LXVI.

1. Λογεῖον. Sic ex ductibus litterarum conjeci, minus certe fidenter, quum in hac parte lapidis omnia erant confusa. Sed in re simili conf. Fellowsii titulum Tloensem (n. 169.) Καθιέρωσεν - - - τὴν τοῦ λογείου κατασκευήν. Aliter statuisse video Böckhium, ut dicetur infra.

2. Ἀναλήμματα. Credo, *substructiones*, ut in titulo Isthmio Böckhii, Καὶ τὰ ἀναλήμματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος διαλελυμένα ἐπεσκεύασεν[v]. Hæc, Latino nomine, memorat Vitruvius[w]; Cæsar[x] quoque; sed et vocem Græcam, *Analemma*, adhibet prior ad designandam structuram per quam perficiebatur ad rationem locorum et umbræ gnomonicæ horarum descriptiones[y]; et in hoc sensu accipienda videtur in nostro, si justum sit Böckhii supplementum in VV. LL. notatum, Ἰσημερινόν, *horologium horas* ἰσημερινὰς *dimetiens*. Atqui nec constare credo quod supplet vir doctissimus, nec in altero ex suis Iasensi[z] extra omnem dubitationem ponitur τὸ ἀνάλημμα significare *Solarium*: potius opinor, aliquam partem apparatus theatralis, nam cum κερκὶς conjungitur: vide proxime seq.

Videtur *substructio*, vel quod Suidas magis generaliter appellat, στήριγμα, fuisse sensus usitatior. In loco Cod. Sacr.[a] וַיְחַזֵּק אֶת־הַמִּלּוֹא עִיר דָּוִיד vertunt Alexandrini καὶ κατίσχυσε τὸ ἀνάλημμα τῆς πόλεως Δαυίδ. In loc. apocryph. ubi designatur περίβολος, oportebat addere ὑψηλόν[b].

4. Ἐργεπιστατήσαντος. Vide supr. tit. LI. h. v. 6[c].

[t] Hist. v. 3. cf. 5. 8.

[u] Itin. vol. I. p. 289. tit. 37. Hunc titulum quem misere inquinatum dedit Fellowsius tentavit nuper Franzius in Fascic. p. 188. n. 4242. Ipse antea restitueram ut sequitur: Μειδία Σαρπηδόνος, = σὺν Τειμάρχῳ ἀνδρὶ ἑαυτ = ῆς, ἐπὶ τῇ μητρί, = καὶ Τείμαρχος καὶ = Σαρπηδὼν Φερεκλέ = ους ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν μά = μῃ, φιλοστοργίας = ἕνεκα.

[v] vol. I. p. 578. n. 1104.

[w] Archit. v. 3.

[x] Bell. Civil. II. 25.

[y] Ubi supr. IX. 4.

[z] Vol. II. p. 465. n. 2681.

[a] Paralip. II. 32. 5.

[b] Sap. Sirach. L. 2.

[c] Conf. epigr. Smyrn. Cuperi in Vandalii Dissert. v. c. 1. p. 379.

6. **Μολοσσοῦ.** Vide nom. in titt. Böckh. 2837. 2843. Erat hic memoratus ὁ θρεπτήρ, Hermas ὁ θρεπτός, officia ab iis debita, in Iliade[d], θρεπτήρια, θρέπτρα. Plerumque, ut hic, per metonymiam complectitur utrumque, et *institutionem* et *alimentum*, τρέφω, ut ex Xenophonte[e], et al. discimus : sed et aliquando ad sensum pleniorem habemus cum illo conjunctum παιδεύω[f].

LXVII.

Κερκίδα. Restitutio certissima. Κερκὶς designat in primis *radium textorium:* dein *mathematicum*, et in hoc sensu, *stylum*, vel ut aiunt, *gnomonem*, *solarii*[g]*:* Tertius sensus est *cuneus theatralis*, quem ex Polluce comprobat Passovius[h]: Pitiscus porro, *Cuneus in theatro, glossis* θεάτρου κερκίς, θεάτρου φυλή, *est ordo sedilium, etc.*[i] Nullus locus hic dubitationi relinquitur de sensu quum sermo sit de partibus theatri.

Sequuntur (saltem pro mea descriptione) Ὑελίδες, h. e. quædam structuræ theatralis partes *e vitro* confectæ, vel ornatu ex tali materia facto incrustatæ. Certe *diazomata* vel *baltei* memorantur in v. 3. quæ *opificio musivo* aliquando ornabantur, ut colligere licet ex verbis Calpurnii[k]: diserta porro est mentio a Plinio facta mediæ partis scenæ a Scauro *e vitro* confectæ[l]. Scrupulum fortasse injecerit alicui qui in studiis epigraphicis hospes sit, forma insolentior ὑελίς: me parum movet: minus etiam quod scriptura non sit ὑαλίς, quum notissimum sit Dores et Iones pro ὕαλος Atticorum usurpasse ὕελος[m].

Restat, ut in VV. LL. monui, lectio Fellowsiana, ψελίδες. Si hoc verum sit, intelligendæ sunt structiones quædam fornicatæ, quales erant ἀψῖδες, in theatro, De hac significatione conferendus est Passovius[n] in voc. ψαλίς. Propriam, *forfex*, legimus in Analectis[o].

2. **Στήσαντος.** Hermæ officium erat quamdam ex præcinctionibus (quarum erant plurimæ aditibus respondentes et cum scalis sedium circinationes in cuneos partientes[p]) conficere. Sic Procula cum patre, in titulo Fellowsiano supra

[d] Vide δ', 478. ρ', 302.
[e] Inst. Cyr. I. 4. init. Conf. Herodian. I. 7. med. et in sacr. S. Luc. IV. 16. Sic LXX. in Maccab. I. 3. 33. et 11. 49.
[f] Demosth. adv. Neær. p. 1351. 6.
[g] Chandler. Inscr. P. I. n. 56. p. 19.
[h] Vide Handwört. d. Gr. Spr. t. I. p. 1267. a.
[i] Lexic. Antiqq. vol. I. p. 606. b.
[k] Eclog. VII. 47.
[l] Hist. Nat. XXXVI. 24. 11.
[m] Vide Lobeck. Phrynich. p. 309. Hemsterhus. Thom. Mag. p. 862. Bekker. Anecd. p. 68.
[n] Ubi sup. vol. II. p. 1457. b.
[o] Edit. Brunck. vol. III. p. 9.
[p] Vitruv. V. 3.

citato, apud Patarenses τὸ ἐνδέκατον τοῦ δευτέρου διαζώματος βάθρον dedicaverat. De his (in nostro vernaculo *Lobbies*, *Corridors*), scriptt. Lipsium[q] et Maffeium[r] consulere potest cum fructu lector. Adhibet in recensione sua partium theatri Græcam vocem Vitruvius: *Gradus*, *diazomata*, *pluteos*, *itinera*, *ascensus*, *pulpita*, *tribunalia*[s].

Locus Tertulliani[t] est in quo fit mentio harum præcinctionum sub nomine *balteorum* (voce Græca ad litteram reddita), nempe per ambitum theatri et gradui cuique spectantium propriorum. Sed accuratius *baltei* dicuntur parietum frontes quæ *præcinctiones* muniebant ne præcipitarentur deorsum qui in superiore ordine graduum sedebant. Hi erant quibus aliquando impositus est ornatus musivus, de quo dixi supra in not. 1.

LXVIII.

1. Εὔμαχος, etc. Hæc nomina fere cuncta obvia sunt in aliis titt. Aphrodis. Adeas Indicem et Böckh.[u] Hærere videtur vir doctus in nomine *Diogenes*, in v. 3. At nullus dubitandi locus est, quum solennis sit hæc ratio dispertiendi nomina, a Romanis petita. Conf. supr. LI. h.

Appellatur Ammia (quæ et Olympias) Διονυσίου (sc. filia per adoptionem), φύσει δὲ Ἀδράστου, de qua formula adeat lector not. supr. ad tit. LX.

LXIX.

1. Ἄτταλος, etc. Et hæc nomina sæpius referunt tituli. Insignius est femininum, *Attalis*, propter Stephanephoriam ab ea gestam : vide titt. LXXV. ss.

LXX.

1. Ἐπιστύλιον. Explicat hanc vocem Harduinus in not. ad Plinium[v], *Trabs summis columnis imposita: nostrates* Architrave *vocant;* hoc est, *trabs præcipua.*

Subjicit explicationi suæ Passovius[w], *auch der Fries*, quasi *zophorus*. Ut accuratius loquamur, erat series triplex supra columnarum capitula disposita,

[q] De Amphitheatr. c. XIII.
[r] Veron. Illustr. P. IV. L. II. c. 8.
[s] Archit. v. 7.
[t] De Spectac. c. III.
[u] C. I. ubi supr. nn. 2748. 2771.
[v] Hist. Nat. XXXV. 49. 8.
[w] Ubi supr. vol. I. p. 861. b.

nempe, Epistylia (*architraves*), Zophori (*friezes*), Coronæ (*cornices*), quorum prima locum proximum columnis tenebant. Adeas Vitruvium[x] et Athenæum[y], quorum postremus et de usu eorum et ornatu (*κόσμῳ*) disserit.

Hic *κόσμος* erat vel compages trabium columnis superposita et ornatu vario instructa, scil. zophori, coronæ, vel in superficie epistyliorum ipsorum exstabat. De utroque consulas Vitruvium[z]. Priorem indicare credo titulum nostrum ex constructione nota *τοῦ ἐπὶ* cum genitivo[a]. Sed et lapis ipse, fragmentum epistylii, unde descriptum habui titulum, erat opere anaglypho circumdatus.

LXXIV.

1. **Εὔδαμος.** Conf. VV. LL. Nomen conditoris monumenti erat fortasse Eumachus Eudamus, quorum hoc in versu primo servatum habemus, alterum in septimo. Processerit hoc pacto titulus ab initio, Εὔμαχος Ἀπελλᾶ, τοῦ Ζήνωνος, κ. τ. λ.

4. **Ἑξάκις.** **ΕΞΑΚ** in marmore. Alias *ἑξάκι*, ut infr. v. ult. *πεντάκι*, et in tit. LXXVI. *τετράκι*. Erat fortasse rudior sermo Carum qui et in dialecto hodierna in permultis vocibus usu venit.

Referunt hæ designationes numerum generationum a conditore nominis, qualis hic est Chrysogonus, qui statuitur fuisse *tritavus* Aurelii. Sic in v. ult. statuitur Archimedes fuisse *atavus* Stephanephori. His respondent sigillatim *trinepos* et *adnepos* Latinorum. Sed hæc in ordine persequamur.

a. Erant in primis *nepos*, *neptis*, apud Græcos *υἱωνός*, *θυγατριδοῦς*, *υἱωνή*, *θυγατριδῆ*, speciatim, dein *ἔγγονος*, *ἐγγόνη*, *ἀπόγονος*[b]. In stemmatibus ponuntur *δίς*, vel *β′*, *τοῦ δεῖνος*, qui erat *πάππος*, *πρόγονος τοῦ πατρός*, *πατροπάτωρ*, *μητροπάτωρ προπάτωρ*[c]. *Aviæ* respondebant Græca *πατρομήτωρ*, *μητρομήτωρ*, *μάμμη* et *μάμμα*, *τήθη*[d].

[x] Architect. v. 1. p. 180. Bip.

[y] L. v. pp. 196. b. 205. c.

[z] L. IV. 2. p. 108. v. 7. p. 144. et 1. p. 181, Bip.

[a] Vide Schweigh. Lexic. Herodot. vol. I. p. 242. b. Matthiæi Gr. Gr. §. 584.

Habemus *ἐπιστύλια* in vers. Symmach. Hebr. כתרות, in Reg. I. 7. 16., ubi LXX. *ἐπιθέματα*. Appellat *coronidem* Hesychius, *τὸ τελευταῖον τῆς οἰκοδομῆς ἐπίθεμα*.

[b] Vide not. ad tit. LXIII. 11. supr.

[c] Conf. Pind. Pyth. IX. 144. *πατροπάτωρ* "Ενθα οἱ σπαρτῶν ξένος Κεῖτο, sc. Amphitryo. Add. Apollon. Argon. I. 170. Herodot. II. 161. *Ὃς μετὰ Ψαμμήτιχον τὸν ἑωυτοῦ προπάτορα ἐγένετο εὐδαιμονέστατος*. De *μητροπάτωρ* vide III. 51. VI. 181. Lucian. in Somn. VII. Iliad. λ′, 224.

[d] Ex his *μάμμη* est recentiorum. Vide supr. not. ad LXIII. 20. et Pierson. ad Mœr. p. 259.

b. *Pronepos*, *proneptis*, Græci efferebant ἀπέγγονος, qui porro vocabatur τρὶς vel γ′ τοῦ δεῖνος, scil. προπάππου, τριτοπάτορος, *proavi*[e]. Materna designatio erat προμάμμα et προτήθη, *proavia*.

c. Sequebantur *abnepos*, *abneptis*, apud Græcos, ἀπέκγονος, ἀπόγονος τρίτος, et in generum descriptionibus, τετράκις τοῦ δεῖνος, sc. ἀποπάππου, *abavi*, qui et πρόγονος τέταρτος. Feminæ erant ἀπομάμμαι, ἐπιτήθαι[f].

d. *Adnepotes*, *adneptes*, erant διςέγγονοι, διςέγγοναι, ἀπόγονοι τέταρτοι. Dicebantur et πεντάκις, vel ε′, τοῦ δεῖνος, nempe, διςπάππου vel ἐπιπάππου, *atavi*, et ἐπιμμάμης, *ataviæ*.

e. Seriem claudunt τριτέγγονος, τριτεγγόνη, *trinepos*, *trineptis*, qui in titulis dicuntur esse ἑξάκις, vel ϛ′, τοῦ δεῖνος, *tritavi*, τριπάππου, vel τριμάμμης, *tritaviæ*. Ultra hunc limitem non progressi sunt Romani, qui omnes supra ordinem *tritavi* nuncupabant *majores*, et Græci variis appellationibus, τοὺς ἀνωτέρω, τοὺς προειληφότας, προγόνους, προγενεστέρους, immo et προπάτορας, ut in nostro vernaculo, *forefathers*[g]. Vicissim, *posteros* appellabant omnes infra ordinem *trinepotis*, quos Græci τοὺς ὕστερον, ἐπιγινομένους, ἀπογόνους. Videtur et ἑπόμενοι fuisse in usu ad designandos gradus inferiores[h].

Notandum est litteras numerales, β′, γ′, δ′, etc., aliquando in titulis inveniri nominibus postscriptas. Hoc evenit quando ille qui e posteris memoratur idem cum stirpis conditore nomen præfert. Sic in titulo Mæonio infr. CLXII. Διονύσιος, Μαρκιανός, β′, designat avos Dionysium et Marcianum. Brevitati nimirum studebant titulorum auctores, iteratione nominum vitata.

7. Εἰσώσταις, nempe quæ in ara ipsa (τῷ βωμῷ) erant cellulæ. Plenior designatio est in tit. LXXVIII. 5. nempe, *prima quæ jacet subter sarcophagum*. Hanc in Eidophoro positam fuisse censet Böckhius[i] qui zophori instar inter aram et sarcophagum interjectus est.

9. Παραχωρῆσαι. Ita haud dubie restituendum. Sensus est; *Nec cuivis licitum erit qui non habet jus ab Eumacho ipso traditum concedere sepulturam in*

Τήθη conspicitur in Acharn. 49. ad q. loc. Scholiast. τήθας ἐκάλουν τὰς μάμμας, καὶ τηθελὰς τὰς μαμμοθρέπτους.

[e] Vide Herodian. I. 7.

Vide Thesaur. Maltb. p. 316. a. in vers. ex Theopompo citat.

[g] Conf. Herodot. II. 169. extr. Consuetudinem Romanam declarant Caius et Paullus in Digest. XXXVIII. tit. 10. ll. 2. 8. 10.

[h] Conf. Fascic. I. p. 179.

[i] Conf. nott. in vol. II. p. 585. b.

cellula separatim ab ara in qua jacet. Errasse in interpretatione sua hujus clausulæ editorem Fellowsianum notes.

Constructio verbi similis est Alexandrinorum in Maccab. II. 2. 28. et 8. 11. Discrepare videtur ab Attica : ex. c. Demosth. Ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθέλοντας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ[k]. Xenoph. Ὁδῶν τε παραχωρῆσαι[l]. Possis vero in hisce ad ellipsim confugere.

De hac *parachoresi*, *synchoresi*, et sim. vid. not. ad tit. LXXVIII. 2.

10. Οὐδὲ τρόπον ἐφευρεῖν, etc. Angl. *Nor devise any expedient, under any pretext whatsoever, whereby the property may be alienated:* nempe, quale erat Decretum aut Mandatum Prætoris in tit. LXXVII. 10. s.

De voce ἐφευρίσκω, et quatenus differt ab εὑρίσκω, ἐξευρίσκω, argute disserit Scholiasta vetus in Ajacem[m]. Sensum iniquum secum trahit: hinc in Pinarensi Fellows.[n] Ὁ δὲ θάψας τινά, ἢ ἐφευρὼν οἵῳ δήποτε τρόπῳ περὶ τούτου τὸν τάφον κ. τ. λ. Sed hoc non ubique : ex. Anacr.[o] Ἀναμέλψομεν δὲ βάκχον Τὸν ἐφευρετὰν χορείας. Sic apud Latinos *repertor: At phœbus comitesque novem, vitisque repertor, Hoc faciant*[p]; nempe idem Bacchus, *lætitiæ dator.*

11. Παρευρέσιν. Illustrationem desumere possis ex Demosth.[q] Καλλισθένης Ἐτεονίκου Φαληρεὺς εἶπε· μηδένα Ἀθηναίων μηδεμιᾷ παρευρέσει ἐν τῇ χώρᾳ κοιταῖον γίγνεσθαι. Sic pejor sensus conspicitur τοῦ παρευρίσκειν in Herodoto[r].

12. Ἀφηρωΐσθαι. Variatur in titulo Rochettiano Böckhii, n. 2827. 9. ἀποϊερῶσθαι τὸν πλάταν, secundum quod supplevi in vv. 16–17. ἀφιερωμένον. Ceterum vertas ἀφηρωΐσθαι, *Convertatur monumentum in heroum.* Sic in tit. LXXXI. ult. ἀφηρωϊσθήσεται ἡ σορός. Cærimonia indicatur per quam factum est monumentum quasi heroi sacratum, ut sic tam religione quam lege illæsum maneret. Proinde subjicitur, καὶ ἀνενόχλητος ἅπαντα διαμενεῖ χρόνον.

Hunc sensum verbi Passovius non attingit: tantum *zum Heros machen*[s]. Habuit fortasse ante oculos titulum Osannianum[t], quem et ediderat Muratorius.

[k] De Corona, p. 247. 24. R.

[l] In Hierone, VII. 2.

[m] Vs. 1054. Ed. Brunck.

[n] Lycia, p. 401. n. 142. Edidit et Franz. in Fascic. n. 4255. cum explicatione paulo diversa a nostra.

[o] Carm. XLI. 3.

[p] Ovid. Amor. I. 3. 11.

[q] De Coron. 238. 6. R.

[r] Lib. I. 26. Sed conf. III. 81. Diodor XX. 92. init.

[s] Handwört. vol. I. p. 375. a.

[t] Vide Syllog. Inscr. s. IV. t. 53. In Murator. p. MCXXVIII. 7.

De sanctitate et religione sepulcrorum fuse disputat Pitiscus in opere sæpius laudato[u]; nempe apud Romanos; sed hæc heroorum inaugurandorum consuetudo videtur fuisse Græcis peculiaris. Certe generalem quamdam mentionem consecrationis sepulcri in titulum illatam, quam e Kirchmanno[v] excitat Pitiscus, videmus, sed nullam, ut hic, facti sacelli.

14. Ἀναδεξάμενος. Opinor dictum de eo qui a repertore facinoris licentiam sepeliendi in monumento vel datam acceperit, vel emerit: fere ut nos dicimus, *a receiver, abettor, accomplice.* Nempe pejor sensus est: *qui in se crimen susceperit:* proinde iisdem pœnis obstringitur: *Let both the perpetrator of the outrage and the person who engages with him be accounted a tomb-breaker and impious and accursed,* etc.

Sensus ἀναδέξασθαι ἐφ' ἑαυτούς, *in se suscipere* in Demosthene[w] cernitur: sic et simpliciter *recipere, to allow the imputation of, to receive into one's household.* Sponsionem indicat verbum in Teio infr. CLIX. 7. viz. *ad se recipientem, taking upon himself, engaging,* ut in loc. Appian.[x] δόντα, ἢ αὐτὸν ἀναδεξάμενον ἀποδώσειν.

De formula τυμβωρύχος κ. τ. λ. conf. infr. LXXXII. 13. s. et alios bene multos[y]. Diræ erant, ut in Phædri loc.[z] *violarat qui manes deos, Injecta est illi divitiarum cupiditas, Pœnas ut sanctæ religioni penderet.* Aliquando cum illis, devotio ad deos inferos (καταχθονίους[a]) et vindices (ἀπολομένους[b]).

Grande erat piaculum apud Romanos violare religionem sepulcrorum jure manium et auctoritate legum stabilitam, ideo quod tali facinore manes ipsi lædi credebantur. De hoc adeas Ciceronem[c].

16. Καὶ οὐδὲν ἔλαττον. Nimirum, ne fiat aliqua compositio de multa diminuenda; *and nothing less.* Videtur Böckhius aliter accepisse, qui jungit cum sequentibus ἔστω ἀφιερωμένον, etc. Scil. *et nihilo minus sacratum esto heroum.* Sic quoque in titulo altero[d] quem in Addendis ex Fellowsianis edidit vir eximius. Verum perspexisse Wienerum reor.

[u] Vol. III. p. 406. b. ex Jctis, et Cicer. De Republ. IV. 8. etc.

[v] De Fun. Rom. III. 13. in Pitisc. p. 409. b.

[w] Orat. adv. Androtion. p. 613. 5. Adv. Timocrat. p. 704. 17. Conf. adv. Neær. p. 1365. 1.

[x] De Bell. Civil. V. 77. init.

[y] Conf. Fascic. pr. p. 78. tit. XVIII. 4. et formul. in Lyciis Fellowsii, n. 142. 5. p. 401. n. 145. 6. p. 404. n. 182. 9. p. 420.

[z] Lib. I. 27. 4. ss.

[a] Corp. Inscr. t. I. p. 531. n. 916.

[b] Fascic. I. p. 78. tit. XVIII.

[c] De Legib. II. 9. Topic. XXIII. extr.

[d] Vide Lycia, p. 345. n. 48. Böckh. n. 2850. c.

19. **Μηνὸς Τραϊανοῦ.** De mense Trajano Augusto pauca in priore Fasciculo monui[e]. Conjecturam cepi de mense septimo, id quod certis argumentis vix probandum reor, nullis calendariis quæ restant mentionem rei facientibus: sed favet analogia mensium qui præeunt, Sextilis et Quintilis, quos designationes suas mutavisse notissimum est, hunc in honorem Julii Cæsaris, Augusti illum. Occasiones narrant Macrobius[f], Suetonius[g], Dio[h]. Iisdem vestigiis nixi colligere possumus eventum præclarum in vita Trajani (adoptionem dico, per quam nomen Cæsaris adeptus est et potestatem tribuniciam), occasionem paris honoris referendi præbuisse. Hoc vero fiebat in die natali imperii Nervæ, nempe XIV. Kal. Octobris, ut ex verbis Plinii inferendum videtur[i].

* * * * * * *

Claudebat hunc titulum in parte abscissa Stephanephori mentio, ut in ceteris Aphrodisiensibus, iis præsertim qui de re sepulcrali agunt. Magistratum gesserat hoc tempore procul dubio Zeno quidam, cujus atavus erat Archimedes: sed semissis dumtaxat nominis servatur.

Vocem Στεφανηφόρος breviter explicat Passovius[k]; *eine obrigkeitliche Person in den Griechischen Stadten, die mit dem Flamen der Römer verglichen wird*, sic exposita mente Vandalii ex cujus conjectationibus erat Στεφανηφόρον fuisse Flamen Augustorum vel Sacerdotem Neocorum: ludis porro eum ac certaminibus præfuisse, quod vir doctus per titulum Sponianum quem in libello priore[l] retuli confirmat.

Magistratus ideo erat secundum Vandalium *sacerdotalis*, reclamante tamen Reinesio[m] qui ad *politicos* accenset. Pergit V., citato Athenæo[n] qui Lysiam memorat, Stephanephorum Tarsensem, suam doctrinam firmare eos fuisse sacerdotes minime vulgaris notæ, sed quasi Pontifices suarum urbium. Certe con-

[e] Pag. 80. tit. XVIII. 8.

[f] Saturnal. I 12. p. 261. Bip.

[g] In Cæsare, LXXVI.

[h] Lib. XLIV. 5. LV. 6.

[i] Panegyr. cc. VIII. XCII. Conf. Eckhel. D. N. Vet. T. VI. p. 403. b. ex Eutropio, et Belleyum in Mem. des B. L. tom. XXI. p. 452. qui cum Panvinio in Fast. II. p. 218. consentit. Utcunque hoc sit, certum est adoptatum fuisse Trajanum et potestatem tribuniciam consequutum in auctumno U. C. 850. Vide Eckhel. ubi supr. p. 456.

[k] Handwörterb. der Gr. Spr. vol. II. p. 956. a.

[l] Tit. b. Fascic. I. p. 149.

[m] Syntagm. Inscr. Cl. I. n. 72. not.

[n] Lib. V. 54. p. 215. b.

stat ex Platone[o] gestasse Stephanephoros apud Magnetes coronam lauream, quod flaminum insigne, ut obiter notem, diserte memorat Prudentius[p]; *Et ludos stupuit, celsa et capitolia vidit, Laurigerosque deum templis adstare ministros.*

Deinde de magistratu Themistocleo subjicit vir eruditus sequentia[q]: *Quo sub titulo regiminis politici Themistocles rexerit urbes istas quas a Persarum rege acceperat, interque illas Magnesiam, mihi incognitum est: hoc tantum satis clarum est, eum ut Stephanephorum (adeoque ut Sacerdotem) festis ibi moderatum fuisse, atque ut* Ἄρχοντα *(quacunque demum sub appellatione) regimini, saltem istius urbis, præfuisse: quod ex Pausaniæ[r] his verbis liquet;* Μαγνῆτες γάρ, ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς λαβὼν παρὰ Βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Firmatam opinor hanc sententiam ex loco Athenæi[s]: Πόσσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν, τὸν Θεμιστοκλέα, φησίν, ἐν Μαγνησίᾳ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν ἀναλαβόντα, θῦσαι Ἀθηνᾷ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι· καὶ Διονύσῳ Χοοπότῃ θυσιάσαντα, καὶ τὴν Χοῶν ἑορτὴν αὐτόθι καταδεῖξαι.

Consimilis omnino est doctrina Tristani[t] in commentatione de numismate Trajani Decii quod epigraphen præfert, **ЄΠ. CTP. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΒΑΧΑΡΑΤΟΥ. Β. CTЄΦΑΝΗ. ΜΑΙΟΝWΝ.** Officium sacerdotale appellat Tr., quod ad Ludos, Solennitates publicas, sacrificia, respectum habebat, jurisdictionemque exercebat in omnibus quæ ad deos eorumque templa et religionem spectabant. Proinde laureæ coronæ ornatum gerebat, habebatque auctoritatem Censuræ cum Sacerdotali junctam. His consentaneus erat eligendi modus, quem statuit Tristanus fuisse per Collegium τῶν Μυστῶν, citata inscriptione ex Gruterianis[u] per quam indicatur electio cujusdam Metrodori a conventu Mystarum magnæ deæ Cereris, etc. Certe luculenter constat ex titulo Cuperiano quem excitat Vandalius[v] Stephanephoro exstitisse cum isto Collegio arctissimam connexionem; fuisse porro inter Smyrnenses (nam ad hanc urbem titulus spectat) et Neocorum Augustorum et Sacerdotem Bacchi Brisæi hunc magistratum: et pariter comprobatur habuisse Tarsenses, Magnesios Cariæ, Nicopo-

[o] De Legib. XII. p. 947. a.
[p] Contr. Symmach. I. 216. s.
[q] Dissert. V. c. I. pp. 360. s.
[r] Lib. I. 26. 4.
[s] Lib. XII. 45. p. 533. d. e.
[t] Vol. II. p. 598. Correxi hic errorem Tristani qui in epigr. seq. perperam legit ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Conf. Eckhel. vol. III. p. 105. s.
[u] Inscr. p. MXCVII. 5.
[v] Ubi supr. p. 378. Conf. Böckh. n. 3190.

litanos, Lampsacenos[w], Stephanephoros suos qui et sacerdotia exercebant Herculis, Apollinis Solisque, Augustorum.

En capita doctrinæ de hoc eximio magistratu: nec dissentire video, quatenus de gradu Pontificali agitur, magna nomina Seldenum et Spanhemium, hunc inter eruendum verum sensum epigraphes **ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.ΧΙΟΣ**[x]., illum in commentatione ad verba Fœderis Smyrnæorum et Magnetum, **ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ. ΔΕ. ΠΥΘΟΔΩΡΟΥ**[y]. Statuere quidem videtur Seldenus doctrinam quam ex titulo suo Smyrnensi probare conatur Patinus[z], duplicem fuisse Stephanephoriam, et officialem et honorariam, hoc est, præfuisse unum aliquem in anno suo electum, meruisse alios titulum honorarium post annum exactum officii, ut adeo semper Stephanephori dicerentur. Huic sententiæ minime suffragatur Vandalius: certissime concludi nequit ex epigrapha Patiniana quæ mensem tantum ponit Stephanephoriæ Ælii Bionis.

Eponymia hujusce magistratus in quibusdam civitatibus certa fide constat. In Smyrnensi, ex marmoribus, qualia ex Sponio, Pocockio, Patino, in opere dudum edito dedi[a], quibus et Philostratus[b] consentit, memorato Heraclide sophista Stephanephoriam obeunte *ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα*. De Magnetibus probationem conficit Seldenus ex Platone[c], et marmore Oxoniensi II[do], in quo Fœderi supradicto adscribitur nomen Stephanephori, pro more, ad annum designandum.

Nunc de origine designationis pauca monenda sunt. Dixerat Seldenus[d] sacerdotem summum apud Smyrnenses postmodum appellationem sortitum ad aliarum civitatum, quibus vox illa in usu fuerat, exemplum: Tristanus[e], Atheniensium *ἀρχὴν στεφανηφόρον* ad Ioniam cum colonis Atticis migrasse. Hic suboritur quæstio, quare huic magistratui nomen fuerit tributum, quum satis constet Pontifices omnes coronas gestasse? Nodus solvi potest conjiciendo vocem quæ primo *ornatum* in genere designaverat postea usu sermonis et

[w] Conf. Böckh. n. 3642.

[x] Vide Dissert. v. p. 248. collat. Addend. p. 722.

[y] Conf. in Marm. Oxon. II. p. 135.

[z] Comment. in Mon. Antiq. pp. 204. ss. Vide Fascic. I. p. 201.

[a] Fascic. I. titt. f. g. pp. 201. s. In Böckh. nn. 3386. 3387.

[b] Vit. Sophist. II. 26. 2.

[c] De Legib. XII. p. 947. a.

[d] Comm. in Marm. Arund. p. 137.

[e] Vide loc. citat. supr. Adhibet Platonem et Athenæum, de quibus antea: Paulum quoque Alexandrinum in libro, *Apotelesmata in doctrinam de Natalitiis*, ubi recenset dignitates, Ἀρχιερεῖς, Νεωκόρους, Βουλευτὰς, Πρυτάνεις, Στεφανηφόρους.

eximio sensu fuisse usurpatam ad designandum magistratum, Eponymum apud Smyrnenses, dignitatem spectabilem apud alios sortitum, adeo ut quod initio erat ἀρχὴ στεφανηφόρος, progrediente tempore στεφανηφορία dictum fuerit, et magistratus ipse Στεφανηφόρος. Respectum porro habitum fuisse gradus sacerdotalis, in eo quod *Coronigeri* appellabantur, luculenter apparet ex titulis quam plurimis, ex. c. Pinarensibus, Xanthiis[f], etc., in quibus parilem magistratum exercentes Ἀρχιερεῖς audiunt. Hac ratione respondendum opinor quæstioni quam movet perspicacissimus Eckhelius[g] in clausula disputationis suæ de munere Stephanephororum.

De feminis Stephanephoris notat Osannus[h] in commentatione ad titulum singularem; *Valde memorabilis hoc versu mentio* τῆς στεφανηφόρου, *mulieres enim* στεφανηφόροι *rarissimo exemplo reperiuntur. Unam ego tantum novi, Tryphœnam Atheniensem, nempe ex lapide Chandleri*, p. 19. n. LIV. Nunc vero plures[i] rem testantes Osanniano addi possunt: ex. c. Fellowsianus, ex vicinia Mylasæ, in quo prædicatur Tryphæna quædam et Gymnasiarches et Stephanephoros, cum Aphrodisiensibus, inter nostros LXXV. LXXVI. LXXVII. Pari modo, ut notum est, feminis tributi sunt aliquando honores Neocoriæ[k], Hipparchiæ[l], Asiarchiæ[m], procul dubio propter earum opulentiam et φιλοτιμίαν, ut supra dictum est in nota de Asiarchia.

Restat ut pauca moneam de *Chreophylakio*, quod in his titulis, *semper* quoad memini, reperitur conjunctum cum Stephanephoro. Intelligit per hanc vocem Reinesius[n] *Fiscum, Ærarium*, in quo debitorum civitatis syngraphæ asservabantur, quod in aliis urbibus et ἀρχεῖον[o] et γραμματοφυλάκιον[p] dictum est. Huic explicationi Reinesii bene congruit Passovianum[q], viz., *Archiv, in welchem die Verzeichniss der Staatsschuldner aufbewahrt werden.* Perhibetur in titulo

[f] Conf. Fellows. Lyc. nn. 143. 158.

[g] Doctr. N. V. vol. IV. p. 214. b.

[h] Ad Titul. Paris. S. II. n. 11. v. 5.

[i] Addit ipse Osannus Marm. Elgin. n. LIX. 1. p. 166. Fellowsianus habetur in Itin. vol. I. p. 262. et II. p. 68. Eodem spectat et Böckhii Trallensis, n. 2927.

[k] Sc. in nummo citat. ab Eckhelio; vide Fascic. I. p. 166.

[l] Vide Comitis de Caylus *Recueil des Antiq.* tom. II. p. 204. Böckh. n. 3665. 2.

[m] Vide not. supr. ad tit. LIX. 4.

[n] Vide Syntagm. Inscr. Antiq. Cl. VII. n. 28. v. ult.

[o] Conf. Mastaurensem (si revera veteris Mastauræ situm occupet Turcarum *Nuzli*) in Itin. II. Fellowsii, p. 25. Smyrnensem in Fascic. I. p. 202. etc.

[p] Vide Fellows. ubi supr. n. 135. p. 396. In nn. 144. 158. formula est διὰ τῶν ἀρχείων - - - - ἐπὶ ἀρχιερέως.

[q] Handw. d. Gr. S. vol. II. p. 1437. b.

Philadelpheno Χρεωφύλαξ, quem crediderim fuisse Chreophylacio præpositum magistratum[r].

LXXV.

4. Ἀναθρεψαμένη. Sc. *quæ eum enutriverat, eduxerat, instituerat;* vox enim est significationis latioris ἀνατρέφω, de *matre* dicta, de *patre*, *altrice*, *præceptore*. Conf. Analect.[s] Πῆ ξίφος ἰθύνεις; κατὰ γαστέρος, ἢ κατὰ μαζῶν; Γαστέρος, ἥ σ' ἐλόχευσεν; ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί. Eodem sensu ἀνετράφη in Actt. Apost. VII. 20. collat. Exod. II. 2. De patre Herodianus[t]; τὸν δὲ περιόντα, Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο. Educantis officium conspicitur in Actt. u. s. v. 21. ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν, ut patet ex loc. Exod. u. s. v. 7. etc., non solius *nutricis*, quæ τροφεύειν, θηλάσαι, dicebatur. Tale officium opinor Claudio præstitisse Glypten, quod et in mythicis Nymphæ Hermaphrodito: *Mercurio puerum diva cythereide natum Naïdes idæis enutrivere sub antris*[u]. Luculenter intelligitur παίδευσις, *institutio*, in Actt. XXII. 8. ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ.

Sensus alii sunt per analogiam effícti, *adolescere*, *recreare*, *instaurare*, de quibus consulere possunt legentes Anthologiam[v]. Appellat Cicero[w] provinciam προσανατρεφομένην, sc. *recreatam*, vi fortasse præpositioni tributa. Facete suo more Aristophanes[x]; Εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίαις, κηφισοφῶντα μιγνύς, nempe, de *additamentis* loquutus quæ fabulæ suæ, jam ante in scenam, sed infelici successu, productæ confecerat. Denique, ut in sermone nostro, *to nourish grief*, *resentment*, etc. Æschyleum[y] habemus, Τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει Καρδίας

[r] Conf. Böckh. n. 3429. 7

Si plura de officio Stephanephori desideret lector, adeundus est Reinesius, Syntagm. I. 41. et auctt cit. in not. pp. 84. ss. necnon Cl. VII. tit. 36. In Marm. Oxon. Chandl. pluries occurrit mentio officii: ex. c. XX. p. 18. XLIV. p. 75. XLVI. p. 77. XLVIII. p. 79.

Conspicitur magistratus in seqq. Aphrodisiensibus Cariæ: Halicarnassensibus (Walpol. tit. Halic. XIX.), Hyrcanis Lydiæ (Eckhel. III. p. 105. a.), Lampsacenis, Laodicensibus Phrygiæ (Fascic. I. p. 149.), Magnetibus Cariæ, Mæonibus Lydiæ, Milesiis Cariæ (Chish. p. 156.), Mylasensibus, Mastauritis (Fellows. II. p. 25. hoc, si verum sit quod a Leakio conjicitur in Arundel. p. 312. extr.), Nicopolitanis, Sardianis (Fascic. I. p. 169.), Smyrnæis, Stratonicensibus Cariæ (Chish. p. 156. Böckh. n. 2715. Fellows. II. n. 91.), Tarsensibus. Trallensibus. Denique in monumento decantato, lapide Rosettensi, video obvium Στεφανηφορήσουσιν.

[s] Edit. Brunck. vol. III. 145.

[t] Lib. I. c. 2.

[u] Metam. IV. 288. s.

[v] Palat. Jacobs. p. 85.

[w] Epist. ad Attic. VI. 1.

[x] Ran. 944.

[y] Eumenid. 496.

ἀνατρέφων, κ. τ. λ. Sed locus inter tenebricosos annumeratur. Hæc tantum in gratiam φιλομούσων notanda duxi.

8. Εἰδοφόρῳ. Constat ex hoc loco Εἰδοφόρον fuisse partem sepulcri quæ sub sarcophago, interque illam et aram (βωμὸν), posita est. Inditum nomen credo propter latera ejus opere anaglypho ornata, quales erant *Zophori* ædium inter Epistylia et Coronides. His eidophoris et cellulæ (εἰσῶσται) inerant, ad cadavera recipienda, ut in substructionibus, vel fundis (πλάταις), ut aris[z].

9. Συγχωρήσῃ. Locutiones variæ erant ad hanc juris assignationem exprimendam comparatæ, quarum præcipuæ sunt, præter συγχώρησιν, ἐκχώρησις, ἔκδοσις, ἐπιτροπή. Quæ vetita reperimus erant παραχώρησις, ἀπαλλοτρίωσις. Traditio juris rata fiebat relatis in tabulas Chreophylacii (alibi Ἀρχείου, Γραμματοφυλακίου), epigrapharum exemplaribus[a] (ἀντιγράφοις, ἐκσφραγίσμασι), quorum custodes erant scribæ, appellati variæ δημόσιοι[b], χρεωφύλακες[c], γραμματοφύλακες[d].

Concessio juris (συγχώρησις[e], quæ et ἐκχώρησις[f]. ἐπιτροπή[g]), facta est inprimis a conditore monumenti, idque vel per testamentum[h] (διαθήκην) vel syngrapham traditionis[i] (ἔκδοσιν). Dein, eo mortuo, ab ipsius heredibus, et aliquando a magistratu, ex. c. qui τῷ ἀρχείῳ præerat. Poterat quoque possessor monumenti facultatem dare per scriptum[k] (ἐγγράφως), ut quis alius præter eos, qui in titulo singulari quovis memorabantur, in cellulis sepulturam haberet.

Ibid. Τέκνα, etc. Vox διάδοχος semper *successionem* innuit[l]: sed hic non

[z] Vide Corp. Inscr. not. ad tit. 2824. p. 534. b. collat. nn. 2840. (nostr.) 2850.

[a] Conf. Reines. Syntagm. VII. 28. extr. Ex nostr. Fascic. I. titt. XV.–XVIII. et f. g. pp. 201. s. Aphrodis. LXXIV. LXXVII.

[b] Fascic. I. tit. XV. p. 67.

[c] Vide not. ad v. penault. tit. LXXIV. supr.

[d] Ibid.

[e] Conf. Arundell. Inscr. Eumen. in Tab. lithogr. VII. Eccles. p. 379. Fellows. Lycia, etc. nn. 109. 130. 132. 134. 135. 141. 183. nostr. Aphrodis. LXXVII. LXXIX.

[f] Fellows. ubi supr. n. 158.

[g] Ibid. nn. 109. 121. 132. 141. 182. Hoc, nisi quis distinctionem suboleat ex. n. 109. v. 17. ubi obv. συγχωρήσῃ ἢ ἐπιτρέψῃ.

[h] Tit. ante oc. v. 2.

[i] Inf. LXXVII. 3.

[k] Fellows. Lyc. n. 130. infr. LXXVII. 6

[l] Conf. Xenoph. Hellenic. I. 1. 31. III. 4. 20. Plutarch. Lycurg. III. extr. Diodor. I. 2. med. XVIII. 4. Strab. VII. 3. p. 82. Tauch., aliter in XV. p. 1069. b. διαδεξάμενοι, ut expositum invenient lectt. in nota Wesselingli ad Diodor. vol. I. p. 300. Bip. ubi conf. VII. 3. p. 86. et 6. p. 122. Tauchn. In sacris sæpius obvium habemus; ex. c. Actt. XXIV. 27. quocum conferenda sunt loca in LXX. Sirac. XLVI. 1. XLVIII. 8. Maccab. II. 4. 29, 31.

verterim ut facit editor Fellowsianus, *heirs*, tanquam κληρονόμοι. Additur post τέκνα, ut loquuntur Jcti, *ex abundante*[m].

11. Ἀτταλίδος. De femina coronigera vide supra ad tit. LXXIV. fin. et de nomine, indicem propriorum.

Mensis hic memoratus, Γορπιῷος vel potius Γορπιαῖος, erat undecimus ex Macedonicis, qui juxta computum lunare Atheniensium Pyanepsioni, juxta solare Metageitnioni, respondebat. Posterioris hic ratio est, et proinde tertius Gorpiæi est VI. Cal. Aug. in Calendario Romanorum. Quod scripsit Evagrius[n], τοῦ Γορπιαίου μηνός, ὃν Σεπτέμβριον Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, expeditur ope computi Syromacedonici in quo mensis *Elul* (אֱלוּל) cum Septembri παραλλήλως disponitur[o], ut Arabum et Turcarum etiam nunc ايلول.

LXXVI.

2. Τετράκις. In titulo ipso τετράκι, de qua forma conf. supr. LXXIV. 4.

8. Φυσικῶν τέκνων. Conf. not. ad tit. LX. 2.

Locutionem opinor transtulisse titulorum conditores ex origine Latina. Dicit Livius[p]; *Ipse* (sc. Perseus) *consistit in tribunali circa se habens filios duos, quorum major Philippus natura frater, adoptione filius; minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat.* Iterum[q]; *P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Carthagine, appellatus, naturalis* (scil. filius) *consulis Paulli, adoptione Africani nepos* quippe adscitus a P. Scipione, Africani filio). Pariter Suetonius[r]; *Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit*, nempe Tiberius. Ciceronis sunt seqq.[s] *Ignobilitatem objicit C. Cæsaris filio* (scil. Octaviano, quem adoptaverat Cæsar), *cujus etiam naturalis pater* (Cneus Octavius), *si vita suppeditasset, consul factus esset.* Simili ratione locutionem *naturalem avum* admissit Ulpianus[t].

Diversum plane sensum fert secum noster vernaculus, sed et ipsum ab antiquitate[u] minus abhorrentem, verbis dumtaxat spectatis.

[m] Vide Böckh. n. 2847. Fellows. Lycia, Append. A. n. 56. p. 355.

[n] Hist. Eccles. II. 12. c.

[o] Vide tabb. Usserianas in Dissert. de Macedonum, etc. anno solari, vol. VII. pp. 351. 381. Passovii *Anhang zum Handwörterb.* II. p. 39.

[p] Lib. XLII. 52.

[q] Lib. XLIV. 44. init.

[r] Tiber. LII. init.

[s] Philipp. III. 6.

[t] Digest. lib. XXXVII. tit. 8. leg. 1. med.

[u] Conf. Ulpian. u. s. XI. 5. 40. Augustin. Confession. VI. 15. Inscr. Gruter. p. DCCCCXLV. n. 3. Vide Pitisci Lexic. Antiqq. vol. II. p. 158. b.

De Chreophylakio, Attalide Stephanephoriam gerente, mense Gorpiæo, vide titt. qui præeunt.

LXXVII.

1. Ἡ σορός, etc. Vide notam ad tit. inseq. v. 1.

2. Καθώς, etc. Videmus possessionem confirmatam Glyconi ipsi per ἔκδοσιν, nempe *editionem* antea factam. Nimirum litteræ erant quæ in actis publicis reconditæ *edebant*, h. e. declarabant, rei alicujus, fundi, domus, tumuli proprietatem huic vel alteri pertinentem, idque singillatim vel emptionis jure, vel hereditatis, vel exstructionis. Hic simplicior est sensus: plura videas in nota ad tit. LXXV. 9.

Sensus vocis usitatior apud Atticos erat *elocatio pecuniæ fœnebris*, vel *in nuptum*[v]. Accedit quoque quod Passovius appellat *Darlehn auf Schiffe oder Waaren, die ausser Landes gehn, Seezins, Bodmerei*[w].

9. Ἐκθάψαι. Innuitur sepulcri perfossio horrenda maxime, et quæ sensus hominum instar omnium movet. Hinc epitaphium Cræstinæ: **NE . QVIS . NOS . INQVIETET . EX . ARCA . NOSTRA** etc. et in nonnullis epigraphe, **PERPETVAE . SECVRITATI .**

11. Ἐντεύξεως. Verti potest *interventus*. Sed et vox significat *alloquium*, *postulationem*, *aditum ad aliquem petendi gratia*. Expendamus singula. Habemus in primis apud Atticos, ex. c. Æschinem[x], περί τε τῆς ἐντεύξεως τοῦ Φιλίππου, Angl. *affability*. Dein, Isocratem[y], τὰς ἐντεύξεις, *alloquutiones*, *alloquia*, ut ἐντυγχάνειν paulo ante, *alloqui*. Consentiunt hisce Diodorus[z] (ταῖς φιλανθρώποις ἐντεύξεσιν εἰς τὴν εὔνοιαν - - - - - ἀποκαταστήσας), Plutarchus[a], Polybius[b], et LXX. δι' ἐντεύξεως, h. e. *adito rege*[c]. Sic glossographi, Suidas, Hesychius, ἐντυχία, ἀπάντησις, διὰ παρακλήσεως, quæ optime exponunt verbum S. Pauli in epistola prima ad Timotheum[d], ἐντεύξεις, ubi nostri interpp. habent *intercessions*.

[v] Vide Demosth. adv. Aphob. p. 816. 26. Marklandi not. in Lysiam contr. Diogit. II. Dem. adv. Neær. 1368. 11. Æschin. contr. Ctesiph. XCV. Isæum de hered. Pyrrh. II.

[w] Vide *Handwörterb.* vol. I. p. 659. b. ex Böckh. *Staatshaush. d. Ath.* I. p. 145.

[x] Orat. de male gesta legat. XX.

[y] Adhort. ad Demonic. IV.

[z] Bibl. Hist. XVI. 79.

[a] Themistocl. XXVII.

[b] Reliqq. XXVIII. 14. 10. et 19. 2.

[c] Maccab. II. 4. 8.

[d] Ep. I. 2. 1.

In his et similibus solent nimium tricari commentantes, ut ex Suicero[e] videre licet. Sensus primarius *adeundi* conspicitur vel in intercessionem, vel gratiarum actionem. In re præsenti ἔντευξις ἡγεμονικὴ commode exponitur, aditus ad præsidem factus ut petenti cuidam facultas detur sepeliendi in monumento. Hoc consuetudo (Romanorum saltem) illustrat[f]. Cavebant enim ne translatio corporis perpetuæ sepulturæ traditi fieret nisi justa causa intercessisset, qualis erat incursus fluminis, aut metus ruinæ; et tunc translatio debebat impetrari ab iis quorum hac de re erat cognitio, nempe Magistratu loci, Principe, vel Pontifice.

11. Sq. Ἀπαλλοτριῶσαι. Vide not. supr. ad tit. LXXV. 9. Vocem μετακινῆσαι illustrat locus Philostrati[g]; Εἰ μὲν - - - ἢ τάφους ἐκίνησας, ὅσοι τῶν πάλαι βασιλέων εἰσίν, κ. τ. λ.

14. Ἐκδικήσαντος. Solennis formula; *illius qui litem moverit*, nempe, qui officium vindicis, τοῦ ἐκδίκου, sumpserit ad pœnas exigendas si quis sepulcrum violaverit. Sic τὸ ἐκδικούμενον apud Demosthenem[h] significat *ultionem a lege constitutam*, et in sacr. cod.[i] ἐκδικεῖν est *ulcisci, pœnas sumere*.

17. Ξανδικοῦ, qui et Ξανθικοῦ, sexti mensis Macedonum Europæorum, Antiochenorum, Pergamenorum, et Ephesiorum, qui secundum litteras Philippi, hoc est, computum lunare, Thargelioni Atticorum (Maio-Junio) apponitur, sed ex ratione Plutarchea quæ menses solares respicit, Elaphebolioni (Martio—Aprili). Hæc ex Ideleri tabula superius indicata. Facit synchronismos calculus Usserianus[k] singillatim 22 Febr.—24 Mart. et Aprilem—Maium, quod cum Ideleriano satis convenit; posito quod termini mensium Macedonicorum definiuntur in tabula ejus per menses Atticos ex adverso scriptos.

LXXVIII.

1. Πλάτας. Verti potest *substructio*. In Aphrodisiensibus cameram significat (*hypobathrum* appellat Böckhius[l]) monumento sepulcrali subjectam, et in

[e] Thesaur. Eccl. vol. I. p. 1125.

[f] Vide Pitisci Lexic. Antiqq. ubi supr. p. 408. a.

Locus Appiani, Bell. Civ. V. 41. init., sensum vocis ἔντευξις luculenter tradit: Οἴδε οὖν οἱ τοῦ Καίσαρος ἐχθροὶ, τὴν ἰδίᾳ γενομένην ἔντευξιν τοῦ Φουρνίου ὑπονοοῦντες ἐπὶ σφίσι γενέσθαι κ. τ. λ. facta collatione cum 40. init. οἱ δὲ τρεῖς ἐντυχόντες τῷ Καίσαρι, *adito Cæsare*.

[g] Vit. Apollon. Tyan. VII. 23.

[h] Orat. contr. Aristogit. II. p. 801. 24.

[i] S. Luc. XVIII. 3.

[k] Opp. Edit. Dubl. vol. VII. pp. 351. 381.

[l] Vide C. I. p. 584. a. n. 2824.

latum porrectam ita ut cellulas quasdam (*columbaria* in nota Böckhiana[m]) complecteretur, quæ et ipsæ sepulturæ inserviebant. Hæ εἰσῶσται. Hæc notio bene convenit cum etymo obvio πλάτη seu πλάτος, πλατύς, sed vox ipsa non conspicitur nisi in titulis sepulcralibus.

Videntur hi πλάται fuisse in usum juniorum tantum, vel minus insignium, sepositi: contra sarcophagos sibi reservabant patresfamilias, vel ii quibus usumfructum illorum condonaverant monumentorum fundatores.

Deinde (ut rem prosequar) erat μνημεῖον, quod et τύμβος vel βωμός, superpositum τῷ πλάτᾳ, et ipsum suas cellulas (εἰσώστας) complexum vel intus extructas, vel lateri appositas: hæ aliquando πεπλακωμέναι vel, ut Böckhio visum[n], πλάκινοι dictæ, quippe ex tabulis marmoreis conflatæ. Videor quoque hujus vocis et formam ἐπιώστη agnovisse[o]; sed hoc incertum. Deinde erant ὑπῶσται, quæ videntur fuisse cellulæ (*ossuaria* appellat Böckhius[p]) subter aram vel monumentum. Inter hoc et sarcophagum (τὴν σορὸν) jacebat Εἰδοφόρος, de quo supra monui in nota ad tit. LXXV. 8. Coronis structuræ erat sarcophagus, ex quo profluebant appellationes σόρια, ἐνσόρια[q], ὑποσόρια. In libello priore[r] explicui σόριον tanquam ejusdem significationis cum σορῷ, quod opinor luculenter constare ex titulo nostro LXXXIII. 10. fatente Böckhio ipso[s]. Ἐνσόρια, ὑποσόρια erant fortasse cellulæ (εἰσῶσται) ita vocatæ propter situm eorum respectu sarcophagi, quales erant Isostæ memoratæ in hoc ipso titulo ὑποκείμεναι τῇ σορῷ, et in altero (LXXXIII.) παρακείμεναι. Poterant quoque ὑποσόρια fuisse in Eidophoro, qui, ut dictum supra, aram inter et sarcophagum positus est, et cui erant suæ isostæ.

Vasa quoque erant, ἀγγεῖα, sepulturæ inservientia, de quibus pauca disserui in priore libello[t]. Dubito adhuc de usu eorum, an fuerint urnæ ad cineres condendos comparatæ, an σοροί. Fortasse *ossaria*, et hinc in Commentario quodam meo comparavi cum λάρναξι, ὀστοδοχείοις, ὀστοθήκαις, etc.[u] Cognatæ videntur fuisse Romanorum *arcæ*, de quibus Plinius[v].

[m] Ibid. p. 585.

[n] Ibid. p. 547. n. 2846.

[o] Vide Fascic. I. pp. 78. 181. Sed conf. infr. quæ de hoc titulo dicuntur in p. 177.

[p] Ubi supr. p. 458. n. 2667.

[q] Poocck. Inscr. Antiq. p. 28. n. 12. 8. Vide Böckh. ubi supr. p. 751. n. 8264. Reperitur ὑποσόριον in tit. Antiphell. Fellowsii, vol. II. n. 182. 6. Böckh. n. 4299.

[r] Auctar. p. 180.

[s] Ubi supr. p. 547. b. not.

[t] Ubi supra. Titulus Smyrnæus ad quem respexi est Böckhii, n. 8386.

[u] Conf. Actt. Acad. Reg. Hibern. vol. XXI. p. 58. not.

[v] N. H. XIII. 27. 1. Conf. Liv. XL. 29. Val. Max.

Denique exstant voces **τάφοι, σηκοί, ἡρῷα, σῆμα, θήκη**[w] (unde **σωματοθήκη**), **πύελος, πύργος**[x], **πυργίσκος**[y], varie in sepulcralibus usurpatæ. Harum secunda et tertia ἐξόχως religionem indicabant; nam **σηκὸς** erat proprie sacrarium in templo ubi posita est imago numinis[z]: exinde sepulcrum religione ipsa injuriam prohibens[a]. Ἡρῷον erat in primis sucellum heroi dicatum: sed et ἥρωες dicti apud Græcos οἱ μακαρῖται, *fato defuncti*, ut in priore libello exposui[b].

Ibid. **Ἀδράστου.** Nomen pluries obvium in titt. Aphrodisiensium; adeas Indicem. Comparet quoque in nummis civitatis[c]. Adjectum Polychronius, fortasse propter adoptionem. Obvium hoc nomen in tit. Sherard. apud Böckh. n. 2839. v. 5.

4. **Λοιπά.** In titulo **ΛΥΠΑ.** Sic alibi **ΝΕΩΠΥΟΙ, ΑΝΥΞΑΙ**[d]. Aliquando et **Υ** convertebatur in **ΟΙ**, ut **ΔΙΟΝΟΙΣΙΟΣ** in titt. nostr. CLXII. CCXXXVIII. Nempe Iotacismus apud Græcos recentiores invaluit[e]. Idcirco crediderim marmorarios, orthographiæ parum studiosos, scripturam suam aliquando sono accommodasse, et hinc subortos errores, permutatis invicem non tantum υ, οι, sed et η, ι, ει, quales et in codd. et nummis ipsis[f] conspicimus.

Notavit dudum Böckhius conversionem οι in υ persæpe in Bæoticis comparere[g]. In his et aliis fortasse videmus ingruentem iotacismum qui sermonem hodiernum Græcorum adeo deformat.

8. **Ὑσπληγα.** Sensus loci est: Omnem curam adhibento heredes mei ut violatio a tumulo prohibeatur; sin neglexerint hoc facere, hereditatem adeat Aphrodite, hoc est, religio ejus ornanda et sustentanda. Nempe, inter Ro-

I. 1. 12. Aur. Vict. c. XLII. extr. Inscript. Gruter. MCCCLXXXII. 2.

[w] Lycurg. adv. Leocrat. III. Titt. infr. CXVI. ss.

[x] Fellows. Lycia, Append. A. tit. 195.

[y] Ibid. nn. 101. 102. Videor quoque mihi observasse πύργον, πυργίσκον, in Attalensibus Pamphyliæ, infr. CCXXIV. ss.

[z] Vide Schweighäus. Annotatt. in Herodot. VI. 19. 15. Hinc restitutionem in tit. CLVII. ult. satis probatam existimo.

[a] Vide titt. Fellows. ubi supr. 153. 155. Diodor. XVII. 71. Ὄρος ἐστὶ τὸ καλούμενον βασιλικόν, ἐν ᾧ τῶν βασιλέων ὑπῆρχον οἱ τάφοι· πέτρα γὰρ ἦν κατεξαμμένῃ, καὶ κατὰ μέσον οἴκους ἔχουσα πλείονας, ἐν οἷς σηκοὶ τῶν τετελευτηκότων ὑπῆρχον. Cito locum non tantum ad illustrationem vocis, sed et propter insignem convenientiam sepulcrorum cum hodie conspectis in Lycia et Pamphylia.

[b] Vide not. p. 58. a.

[c] Eckhel. D. N. Vet. II. p. 575. b.

[d] Vide infr. LXXX. 8. 11.

[e] Thiersch. Gr. Gr. Introd. §. XVII. Matth. §. 15. ss.

[f] Eckhel. ubi supr. p. 577. b.

[g] Corp. Inscr. vol. I. p. 723. b.

manos, officium erat heredum et sepulcra illæsa servare, et perficere, si quando a conditoribus nondum absoluta linquebantur[h].

"Υσπληξ in nostro est *pessulus*, aliter μοχλός, ἐπιβλής. *A bolt.* Sensum non video inter Maltbianos[i]. Propius accedit Passovius[k]; *das Stell-oder-Schnell-holz in der Falle, das vom Thiere berührt herunterfallt.* Non absimile est quod nos dicimus *a trap-door.*

Formam ὕσπληξ.—γος, non respuisse Atticos, constat ex loco Platonis[l]; Ὁ δ' ἡνίοχος ἔτι μᾶλλον ταυτὸ πάθος παθών, ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀναπεσών κ. τ. λ. Hinc Lobeckium[m] corrigas.

De Neopœis sub fin. conf. dicta ad tit. LXI. 4. Vox ἐκδικήσαντος in ult. explicatur in not. ad LXXVII. 14.

LXXIX.

3. Ἀποθέωσιν, *sepulturam*, per euphemismum. Sic in titulo Fellowsiano[n], ἐνθάψαι τινὰ ἐν τῇ σορῷ, ἢ ἐκθάψαι τῶν ἀποθεωμένων. Vocem adhibet Cicero[o] de Tullia loquens quæ ex partu discesserat; *Insula Arpinas habere potest germanam* ἀποθέωσιν, scil. relationem in deos. Sic Velleius[p] de Augusto, *transgressi ad deos;* sed hoc peculiari sensu, ut fuse docet Herodianus[q].

Pulchra quadam cum hisce analogia dixerunt Ecclesiastici ἀποθεωσθέντας qui affectus pravos et cupiditates per gratiam divinam vicerant. Sic Macarius[r]: Ἀποθεοῦται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος καὶ γίνεται υἱὸς Θεοῦ. Quid hoc nisi quod S. Apostolus[s] dicit ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενέσθαι? Vertit Suicerus[t] *deificatur.* De vocibus ἔγγονα, συγχωρῆσαι, ἀπαλλοτριῶσαι, in seqq. 4. 6. conf. notata supra in titt. LXXIV. et seq.

8. Ἔνοχος. De obnoxio multæ dicitur. Angl. *Let him be bound to pay into the treasury of the lord Emperor ten thousand denaria of silver.* Sensus *litte-*

[h] Vide Sueton. August. XVII. Pitisc. Lexic. Ant. III. p. 402. a.

[i] Lexic. Gr-Prosod. p. 883. b. Formas agnoscit v. d. et ὕσπληγξ et ὑσπλῆτις, vel potius ὑσπλαγίς, quam receptam video a Dindorfio in loc. Aristophan. (Lysistr. 1000.) ubi citat Maltb. ὑσπλατίδος.

[k] Handw. vol. II. p. 1289. b.

[l] Phædr. p. 254. e.

[m] Ad Phrynich. p. 71.

[n] Lycia, p. 345. tit. 48. 1.

[o] Epist. ad Attic. XII. 12.

[p] Hist. II. 75. 3.

[q] Hist. IV. 2.

[r] Homil. XV. Vide et XXVI.

[s] Petr. Epist. Cathol. I. 2. 24. Comp. Rom. VI. 2. 10. 11.

[t] Thesaur. Eccles. vol. I. pp. 444, 1893.

ralis obvius est in Analectis[u]; ἡ γὰρ ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος εἰς ἁλὰ δύνων. Dein *forensis* apud oratores ubique; ex. c. Lysiam[v]; Οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔνοχος ἦν. Sic et αἰτίᾳ[w], γραφῇ[x]. Hæc de *pœna:* quum de *crimine* sermo sit constructio sæpius mutatur, ut apud eundem[y], τολμῶσι γάρ τινες λέγειν ὡς οὐδεὶς ἔνοχός ἐστι λειποταξίου οὐδὲ δειλίας, Nempe locutt. vertuntur singillatim, *liable to*, *guilty of*. Sic in sacris[z]; LXX. θανάτῳ ἔνοχος ἔσται, et N.T.[a] ἔνοχος θανάτου ἐστίν, h. e. reus criminis mortem promerentis. Pariter Demosthenes[b]: Δωροδόκος, κόλαξ, ταῖς ἀραῖς ἔνοχος, et alibi[c], ἔνοχοι δεσμοῦ γεγόνασι. Notes vero scriptorum inconstantiam: Antiphontis[d] sunt, 'Ενταῦθ' ἂν μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ, quod in alio loco est τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις[e]. Diodori[f], 'Επίσης γὰρ ἄν τις φαύλους διαλάβοι κριτὰς τούς τε τὸν ἔνοχον τῷ φόνῳ σώζοντας, ubi de cædis reis agitur. Alibi[g], Τὸν δὲ κωλύσαντα πέντε ταλάντοις ἔνοχον εἶναι, quod magis ad regulam composita.

Præpositio aliquando intervenit, ut apud Andocidem[h]; 'Ει δὲ μή, ἔνοχον εἶναι τὸν παραβαίνοντα ἐν τοῖς αὐτοις (scil. ἐπιτιμίοις) ἐν οἷσπερ οἱ ἐξ 'Αρείου πάγου φεύγοντες, Angl. *bound in the same penalties*. S. Matth.[i] ῝Ος δ' ἂν εἴπῃ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

Aliquando, ut obiter notem, conspicitur usus verbi ἐνέχεσθαι pro ἔνοχον εἶναι. Sic Herodotus[k]; Eἰ δὲ μή, αὐτὸν ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι. Et sine præpositione Andocides[l]; Οὓς ἔδει τοῖς αὐτοῖς (sc. ἐπιτιμίοις) ἐνέχεσθαι, ἐν οἷσπερ οὓς ἠγγυήσαντο. Alio loco admittit[m]; Καὶ οὗτος ὁ νόμος - - - - τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ (sc. ἐπιτιμίῳ) ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον. Gravi metaphora, fortasse ex fonte Herodoteo petita, utitur S. Apostolus[n], ubi dicit, μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε.

Quæ claudunt hunc titulum pertinent fortasse ad conversionem sepulcri in

[u] Sc. Brunck, vol. I. 245. ex Leon. Tar.
[v] Orat. adv. Nicomach. VIII.
[w] Adv. Theomn. I. 6.
[x] Adv. Alcibiad. I. 3. Conf. Xenoph. Memorab. I. 2. 64.
[y] Adv. Alcib. I. 2.
[z] Genes. XXVI. 11.
[a] S. Matth. XXVI. 66. Conf. Epist. S. Jacob. II. 10. cit. a Marklando in not. ad Lysiam. Alcib. I. 2.
[b] De male gesta legat. p. 404. 4.
[c] Orat. de coron. præfect. naval. p. 1229. 11.
[d] Accusat. Venef. II.
[e] Tetralog. III.
[f] Bibl. H. I. 77.
[g] Ibid. XVI. 6.
[h] De Myster. XIII. extr.
[i] C. V. 22.
[k] Libr. VI. 56.
[l] De Myster. X.
[m] Ibid. XVI.
[n] Epist. ad Galat. V. 1. Conf. Herodot. II. 121.

sacellum (ἡρῷον). Conjicere licet Dioscuridem fuisse ex posteris conditoris istum ad quem devolutum fuerat officium *apheroïzandi* monumenti illud de quo agitur in titulo nostro LXXIV. necnon infra in LXXXI. fin.; nam observatu dignum est mutari designationem; quod in principio appellatur *βωμός*, etc., factum videmus in clausula Heroum, versiculo in rei commemorationem postscripto.

LXXX.

5. *Ἀνατεθεικώς*. Est verum sine dubio supplementum, et propter ea quæ sequuntur in titulo adhuc conservata, et quia in v. 9. manifestum se prodit indicium vocis *ἀναθέσει* ante *δηλοῦται*. Varia in titulis hujus sedis Sherardianis a Böckhio editis ad supplendi rationem perducunt. In primis formula, *Ἥτις καὶ ἀνέθηκεν τῇ ἱερωτάτῃ* Βουλῇ *εἰς αἰωνίους κλήρους ἀργυρίου δηνάρια βτο', καθὼς διὰ τῆς γενομένης ὑπ' αὐτῆς ἀναθέσεως δηλοῦται*[o]. Habemus in proxime sequente, Οὗ *καὶ ἡ οὐσία πᾶσα ἐλήλυθεν εἰς τὸν δῆμον εἰς αἰωνίους κλήρους*. Dein paulo post; Τῇ *λαμπροτάτῃ δὲ* Βουλῇ *καὶ τῇ ἱερωτάτῃ* Γερουσίᾳ *ἀνατεθεικότα χρήματα εἰς αἰωνίων κλήρων διανομάς*[p]. Denique, Τελευτῶσα *κατέλιπε τῇ ἱερωτάτῃ* Βουλῇ *εἰς αἰωνίους κλήρους ἐν τῇ παραταγῇ χρεωστῶν ἀργυρίου δηνάρια βφμέ*[q]. In his et nostro bona in perpetuam hereditatem relicta, h. e. pecunia legata, vocantur *αἰώνιοι κλῆροι*, secundum sensum vocis qui et in *κληρονόμῳ* apparet: distributio eorum viritim est *διανομή*, quam in Trallensi (CIX. 8.) conspicimus: oblatio, addictio in usum, *ἀνάθεσις*, summa ipsa *ἀνάθεμα* seu *ἀνάθημα*. Res illustratur per testamentum Cæsaris in Dione[r] et Suetonio[s]. Voces per loca classica seqq. sc. Luciani[t]; *τῇ πόλει δὲ ταῦτα παρ' ἐμοῦ ἐξαίρετα ὑπῆρξεν ἄν, αἱ μὲν διανομαί, κατὰ μῆνα ἕκαστον δραχμαὶ τῷ μὲν ἀστῷ ἑκατόν, τῷ δὲ μετοίκῳ ἥμισυ τούτων*. Congruit usus verbi apud Demosthenem[u]; *κοινῇ διανειμάμενοι πέντε δραχμὰς ἕκαστος προσεδέξαντο*. Denique, sensus *τοῦ κλήρου* in nostro, bona hereditario jure conquisita, illustratur per alterum locum Luciani[v]; *οἱ δὲ ἤδη τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διῃρημένοι βόσκονται*, ubi ut per occasionem notem, legerit Hemsterhusius *ἐλπίσι* pro *ἐν σφίσι*, parum, opinor, exinde lucratus.

[o] C. I. vol. II. p. 514. n. 2774. ult.
[p] Ibid. p. 517. n. 2782. 32. ss.
[q] Ibid. p. 529. n. 2817. 12. ss.
[r] Hist. R. XLIV. 35.
[s] In Cæsare, LXXXIII. fin.
[t] Navig. XXIV.
[u] Appellat. contr. Eubulid. p. 1317. 5.
[v] Dial. Mort. v. 2.

8. Χρυσοφόροις N. Sanam lectionem extricaverat Böckhius vel ex sordidibus Fellowsianis. Pecunia legata fuerat Neopœis (vide tit. LXI.) qui et Chrysophori appellantur; crediderim, in usus sacros[w]. Dignitatem quamdam vel præstantiam innuere videtur appellatio Χρυσοφόρος, quæ et alibi obvia inter Trallenses Sherardi, ubi memoratur Julianus quidam Χρυσοφόρος cum Trophimo, Scriba[x]. Erant fortasse Neopœi Veneris κατ' ἐξοχὴν nuncupati Chrysophori.

LXXXI.

1. Sq. Ζήλου—Ἰουλιανοῦ. Utrumque nomen conspicitur in nummis hujus urbis imperatoriis ab Eckhelio citatis[y]; epigraphæ sunt, **ΤΙ . ΖΗΛΟΥ . ΠΡΩΤΟΥ . ΑΡΧ .** et **ЄΠΙ . ΑΡΧ . ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.**

3. Σοφιστής. Honorifica appellatio, in nummis quoque obvia, ex. c. imperat. Smyrnæ, Severi, apud Eckhelium[z], **ЄΠΙ . CΤΡ . ΚΛ . ΡΟΥΦΙΝΟΥ . COΦΙ .** Præclarus hic nummus est, propter illustratum ab eo titulum Sponianum[a] ex quo constat vacationem munerum (ἀτέλειαν τῶν λειτουργιῶν) concessam fuisse more solenni per constitutiones imperatorias Sophistis, id est, professoribus studiorum et eloquentiæ, ne causis publicis distraherentur. Memorantur quoque sophistæ in nummis Phrygiis[b], sc. Cidyessi et Laodiceæ. De his pauca moneamus, Passovium[c], qui materiam bene et dilucide tractavit, sequuti.

Verba ejus sunt: Σοφιστής - - - - *wie σόφος, ein jeder, der im Besitz einer besondern Geschicklichkeit oder Kunst ist, besonders ein Ton-oder-Gesangekundiger*[d]. Dein: *überhaupt der in Angelegenheiten des hauslichen oder des öffentlichen Lebens gewandte, erfahrne, einsichtsvolle, lebens-und-staatskluge, verständige Mann, der sich und andern wohl zu rathen weiss, in welchem Sinn die sieben Weisen bey*

[w] Conf. supr. tit. LXXVIII. 9. s.

[x] Vide Böckh. C. I. vol. II. p. 588. n. 2929. ult.

[y] Doctr. N. V. vol. II. p. 577. a.

[z] Ibid. vol. II. p. 554. b.

[a] Voyage, tom. I. p. 408. Editum reperio et in opere Smithiano, p. 55. s. et Marm. Oxon. n. CLXXIX. Vide Böckh. n. 3178.

[b] Eckhel. vol. III. pp. 146. b. 163. b.

[c] Handwört. d. Gr. Spr. vol. II. p. 930.

[d] Vide Athen XIV. 32. et Æschyli versum citat. in loc. necnon Sophoclis, in Schol. Pind. ad Isthm. v. 36. et Eustath. ad Iliad ο'. p. 1028. 58. Sic Tydeum appellat Euripides in Suppl. 905. δεινὸν σοφιστήν, sc. in re bellica: addas Rhes. 921. Sed ad priorem versum conf. annotata a criticis, Valckenär. Porson. etc.

Hdt.[e] *immer σοφισταί heissen: ebenso* Pythagoras[f]: *daher auch in der edelsten Bedeutung von σοφός, der Weise*[g], *besonders der gelehrte, vielkundige Forscher und Denker, der durch Kentnisse und Nachdenken vor der grossen Menge Ausgezeichnete.* De appellatione inter Athenienses seqq. habet v. d. *Bey dem Attischen vorzugweiss derjenige, der für Geld die Kunst zu denken und zu sprechen, Weltweisheit und Beredtsamkeit, lehrte, in welchem Sinne besonders* Gorgias, Hippias, Prodikos, Protagoras, *und* Thrasymachos *Sophisten hiessen, die* dicendi faciendique sapientiam[h] *verbanden, Tüchtigkeit im Reden und im öffentlichen Handeln, das ist, in der Beredtsamkeit und Staatsklugheit: weil aber manche dieser Männer mit der Lehre die Ausübung der Redekunst verbanden, verstand man unter dem Sophisten auch den Redner, doch mehr den Reden Schreibenden, wie* Isokrates, *als den Reden Haltenden, wie* Demosthenes.

Postmodum vero, ut sciunt omnes, probrosa magis quam existimatione digna fiebat designatio: *Die Eitelkeit, die Grossprahlerei, und die gauklerischen Trugkünste der meisten dieser Sophisten, deren ganzes Streben lediglich auf den äussern Schein, nie auf die Wahrheit gerichtet war, machten die ganze Classe den Bessern bald verächtlich: daher knüpfte sich besonders durch Sokrates und seine Schüler, vornehmlich durch Platons Gespräche*[i], *auch durch Aristo-*

[e] Vide I. 29.

[f] Id. IV. 95. Addas II. 49. Ad loc. Herodot. respicit Aristides, et ipse Sophista, in Orat. tom. III. p. 517. Οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν; Idem sensus conspicitur et in Demosth. Orat. Amator. p. 1416. 11. *ἐπ' οὐδενὶ μᾶλλον ἐσπούδακεν ἢ τῶν ἕπτα σοφιστῶν γενέσθαι.* Pariter Solonem Isocrates in Orat. de Permut. XXVIII., idque non tam temporis rationem quam vocis emphasim spectans, Sophistam appellat. Conf. Demonic. VI. Immo ipse, summus rhetor, sophistis accensetur a Plutarcho, Isocr. Orat. Δ', et a Longin. De Subl. IV. 2. Add. Lucian. Gymnas. XXII. Arrian. Exped. Alex. VI. 16. memoratis nempe Brachmanis Indiæ. Not. Valckenär. ad Rhesum, 925. Inter Latinos, Cicer. Orat. XI.

Bonarum artium præceptores *σοφισταὶ καὶ φιλόσοφοι* diserte nuncupantur a Luciano in loco supr. allato.

[g] Valckenär. ad Hippol. 921.

[h] Cicer. de Orat. III. 16. Memoratur Protagoras in Libr. De Nat. deor. I. 23., et in Brut. VIII. Gorgias, Thrasymachus, Prodicus, Hippias, cum eodem, *dicendi magistri:* Isocrates ipse, paulo post, *magnus orator e! perfectus magister*, in quo sensu et mentionem fecit Hecatæi sophistæ Plutarchus in Lycurg. XX. Ceterum hanc artem quæstuosam illustrat quod tradidit de Massaliensibus agens in libr. IV. 1. Οἱ Γαλάται - - - *τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους, οὐ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ· σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται, τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι.*

[i] Vide not. Cognati in Luciani Gymnas. vol. VII. p. 180. 9. Bipont. *Sophistam his fere coloribus depingit* (Plato), *ut sit avarus, ambitiosus, vanus, et virtutis expers, in nugis occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus.* Respicitur hic

phanes[k], *an das Wort Sophist der Begriff des Grossprahlers, des Aufschneiders, des Wortspielers, ja des gauklerischen Betrügers.*

Denuo ad meliora accedimus: *Später als alle ächte Beredtsamkeit verschwunden war, kam der Sophist wieder zu ehren: anjetzt hiess besonders der Lehrer und Meister im prosäischen Ausdruck so, also ungefähr gleichbedeutend mit ῥήτωρ*[l], *überhaupt der Prosaïker, der nicht sowohl der Sachen und des Inhalts, als des schönen Stils und der eleganten Form wegen schreibt, gleichviel ob Reden, Briefe, Geschichtwerke, Erzälungen oder andre Werke in ungebundener Rede*[m]. Hæc ultima præcipue ad titulum nostrum spectant et similes ejus qui Sophistas benigne exceptos et præmia consequutos memorant, ab Imperatoribus in primis; ex. c. Herodem Atticum, Dionem Chrysostomum, de quibus Suidas et Photius in Eckhelio[n].

Notatu dignum est sensum vocis Σοφιστὴς apud Alexandrinos bene convenire cum secundo capite quod supra ex Passovio retuli. Exstabat nempe Hebræum חָכָם[o], *sapiens, rerum arcanarum peritus*, cui Σοφιστής in LXX. respondet[p]. In quibusdam codd.[q] et חַרְטֻמִּים, *somniorum interpretes, genethliaci*.

3. Κτίστης. Vide Fascic. I.[r] Est *conditor, auctor*, in titulis usurpatus cum sensu εὐεργεσίας adjuncto.

ad Platonis Sophist. Euthydem. Protag. Hipp. Gorg. quæ omnia in hoc versantur ut evertatur inanis doctrina Sophistarum.

In vituperiis illorum multus est quoque Demosthenes: ex. c. Orat. De male gesta legat. p. 417. extr. 420. 2. In Aphob. 848. 15. Adv. Lacrit. 937. extr. Isocrates quoque, ut in Helen. Encom. II. VI. etc. Ex poett. Attic. Æschylus in Prometh. 62. (ubi cf. Glossar. Blomf.) 980., et in primis Aristophanes, Nub. 331. 1111. 1309.

Maxime omnium irridet Samosatensis, et ipse Sophista, etsi non a Philostrato (et hoc de industria) cohorti eorum accensitus. Μεγαλομίσθους appellat in libr. De Mercede Conductis, XV., quocum conferenda Plutarchi in Vit. Orat. IV., et Isocratis, Encom. Helen. IV. neque ullam compellationem habuit magis probrosam in Christianos quam Σοφιστήν. Vide Mort. Peregrin. XIII. Philopseud. XVI. Philopatr. II., nec in Pythagoram, quem in Somnio, XVIII. appellat Σοφιστήν, *veteratorem*, quod Hesych. *ἀπατεῶνα, διδάσκαλον πανοῦργον.*

Nec cedunt Latini: Cicer. Acad. I. 2. 23. De Fin. XI. 1. Orat. XIX. extr. Gellius in Noctt. XVII. 5. Lucilii est; ***At quidem te, senium, atque insulse sophista***, excitat. a Donato in Terent. Eunuch. II. 4. 11.

[k] Vide loc. in not. præced.

[l] Sic Lucian. Macrob. XXIII. **Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, κ. τ. λ.** Rhetores in pretio apud Aphrodisienses habitos vidimus supra, ad tit. LVII.

[m] Conf. Villoisoni Prolegom. ad Longi Pastoralia.

[n] Doctr. etc. vol. IV. p. 222. a.

[o] Vocem retinuerunt Arabes in suo حكيم, ex quibus et Turcæ, ***medicinæ perito***. Sic et ***Magum*** cum ***Medico*** conjungit Juvenalis.

[p] Exod VII. 11.

[q] Genes. XLI. 24. secundum Cod. Oxon. et Theodot. Daniel. I. 20. in Cod. Chis. Vide Schleusner. Lexic. V. T. vol. III. p. 77. a. Glasg.

[r] Not. ad tit. XXVI. 3. p. 102.

5. *Συναιτίων.* Sic vocantur qui conjunctim cum aliis in re aliqua perficienda operam navant. Est vox media, ut simplex *αἴτιος*. Conf. Demosth.[s] *Καὶ, ὡς ἔοικεν, ὁ σύμβουλος καὶ ῥήτωρ ἐγὼ τῶν μὲν ἐκ λόγου καὶ τοῦ βουλεύσασθαι πραχθέντων οὐδενὸς αὐτῷ συναίτιος εἶναι δοκῶ, τῶν δ' ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ κατὰ τὴν στρατηγίαν ἀτυχηθέντων μόνος αἴτιος εἶναι*[t]. Xenophont.[u] *Τὸν μὲν δὴ πλεῖστον χρόνον οὕτω διῆγεν ὁ Κῦρος, πᾶσιν ἡδονῆς μὲν καὶ ἀγαθοῦ τινος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενί.*

Ceterum *Συναίτιοι* in nostro dicuntur operam contulisse ad conquirendam urbi suæ *αὐτονομίαν*. Quid hoc fuerit breviter exposui in libello priore, ubi auctt. citatis addas Ciceronem in una ex suis epistolis[v]: *Græci vero exsultant quod peregrinis judicibus utuntur: nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? Tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. Dein; Civitates - - - - omnes* (Asiæ), *suis legibus et judiciis usæ, αὐτονομίαν adeptæ, revixerunt:* donum revera umbratile, ut ex ipsius irrisione liquido apparet, et quod a Romanis *rerum dominis* elusum identidem legimus. Exemplum capi potest ex epistola Secundi[w] de Apamensium rationibus inspiciendis: adeo verum erat quod de Athenis et Lacedæmone Maximo suo scripserat, appellata libertate eorum *umbra* et *nomine*[x].

Quod Aphrodisienses erant liberi discimus ex Plinio majore[y]; hoc est, *αὐτόνομοι*; nam Romani vix sciebant, certe non curabant, vocum distinctiones quas pro ingeniis suis tam enixe elaborabant Græculi. Designare nimirum solebant civitates *ἐλευθέρας, αὐτονόμους, ἀτελεῖς*, ut ex nummis in primis constat[z], quorum, immunes esse, quid sit, scriptorum ope satis perspectum habemus[a]. Fructum quemdam sane afferebat *ἡ ἀτέλεια*: quantum vero percepturæ erant civitates subditæ ex libertate ab imperatoribus indulta utendi legibus suis non adeo liquet. Nec magis quid libertatem inter et jus patriis legibus utendi, quod tam enixe quæsiverunt eruditi, Vaillantius[b], Maffeius[c], Belleyus[d]; quum scripserit Tullius in loco supra cit. *Multaque sum sequutus Scævolæ; in iis illud, in quo sibi libertatem censent Græci datam, ut Græci inter se disceptent suis*

[s] Orat. de Coron. p. 298. 23.

[t] Comparare queas p. 246. 11. Æschyl. Agam. 1085. (Blomf.)

[u] Inst. Cyr. I. 4. 15. extr.

[v] Ad Attic. VI. 1. 2.

[w] Lib. X. 56. 57. Conf. 93. 94.

[x] Lib. VIII. 24. 4.

[y] Nat. Hist. V. 29. 7. Immo et Cares omnes, ut constat ex Polyb. XXX. 5. 12.

[z] Eckhel. vol. IV. p. 262. 268. a.

[a] Appian. Bell. Civ. V. 7. Liv. XLV. 26.

[b] Numm. Gr. p. 214.

[c] Veron. illustrat. III. 46.

[d] Mem. d. B. L. Tom. XXXVII. p. 419.

legibus; et postea amara irrisione comparaverit judices illorum Turpioni et Vettio, quæstus sordidissimi hominibus[e].

Quæstionem illustratam proponimus ex Spanhemio[f] potissimum, ex quo sua, magnam partem, Pitiscus[g], et recentius perspicacissimus Eckhelius[h], nummis, ut toties, insigniter adjuvantibus[i]. Perpendamus in primis quid et quale fuerit hoc decantatum τὸ αὐτονομεῖσθαι. Non ignotum fuisse antiquioribus, Thucydidi[k] et Demostheni[l], patet ex locis in quibus obvia sunt, tanquam synonyma, αὐτόνομος et ἐλεύθερος, αὐτονομία et ἐλευθερία, quorum primum varie definitur, non tantum a Thucydide, sed et ab aliis historicis, Appiano, Dione, Diodoro, Polybio, νόμοις τοῖς ἰδίοις, τοῖς οἰκείοις, χρῆσθαι· πατρίοις, ἀρχαίοις ἔθεσι καὶ νόμοις ἄρχεσθαι· κατὰ τὰ πάτρια, τὰ ἴδια, νόμιμα, vel τοὺς τῆς πόλεως νόμους, vel simpliciter, νόμους, vel τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς, πολιτεύειν, ἐν αὐτονομίᾳ πολιτεύεσθαι, τοῖς οἰκείοις νόμοις πείθεσθαι· hæc pauca: de re agebant nimirum antiquiores ex quibus designatio sola ad seriora tempora profluxit, cum aliis bene multis, quum pristinæ libertatis manserit dumtaxat recordatio. Exemplum capias licet ex verbis Dionis Prusensis[m] de Atheniensibus et Lacedæmoniis, collatis cum loco Plinii junioris supra citato. Qualis porro fuerit libertas Phocæensium[n] ceterorumque Asianorum in quorum gratiam petiverant a Senatu, nec frustra, Rhodiorum legati, ut libertatem omnibus jucundissimam consequerentur[o], satis colligendum est ex verbis Ciceronis[p], et hoc, sive spectentur Antiocheni, qui a Pompeio[q], vel, ut quidam tradunt[r], a Julio Cæsare, paucis post annis, numerata pecunia privilegium consequuti fuerant, vel Tarsenses, qui ob merita in Augustum et Antonium et ἀτελεῖς et αὐτόνομοι erant facti[s].

[e] Epist. ad Attic. v. 1.

[f] De Orbe Roman. Exercit. 9–16. De Usu et Præstant. Numismat. Dissert. VII. p. 720.

[g] Lexic. Antiqq. vol. I. pp. 229. s.

[h] Vol. IV. pp. 262. ss.

[i] In nummis autonomia designatur per simplicem A. ut in Abila Leucade et Gadaris Decapoleos: Eckh. vol. III. pp. 345. 349. vel per A. et AY. ut in Capitoliade Cælesyriæ. Ibid. p. 828. b. Obv. AYT. in Dora Phœniciæ: p. 363. a. AYTO. in Diocæsarea Galilææ: p. 425. b. AYTON. in Sebaste Ciliciæ: p. 82. a. In ceteris, AYTONOMOC, —— OY, —— ΩN.

[k] Conf. II. 63. 71. IV. 87.

[l] Conf. Olynth. I. p. 15. 26. De Coron. 327. 8.

[m] Orat. XXXI. p. 343.

[n] Polyb. XXII. 27. 7. Liv. XXXVIII. 39.

[o] Polyb. ibid. 5. 7, 10. Liv. XXXVII. 56.

[p] Orat. in Pison. XVI. collat. cum Epist. ad Attic. VI. 1.

[q] Vide Porphyr. in excerptis Eusebian. apud Scaliger. p. 62.

[r] Sc. Auct. Chron. Alexandr. p. 187. Ed. Ducange. Malal. Chronol. IX. p. 278.

[s] Conf. nummos cum Dione Prus. Tarsens. II. et Appian. B. C. v. 7.

Mitto quæstionem, cujus finem vix perspectum habeo, de differentia inter ἐλευθερίαν et αὐτονομίαν. Quid enim? Græcorum erat titulos honorarios usque ad nauseam coacervare. Exemplum insigne oculos captat. Mopseatarum Ciliciæ nummi quidam epigraphen ferunt ΤΗΣ . ΙΕΡΑΣ . ΚΑΙ . ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ[t], quæ in inscriptione Gruteriana[u] amplificationem passa fit ΑΔΡΙΑΝΗ. ΙЄΡΑ . ЄΛЄΥΘЄΡΑ . ΑCΥΛΟC . ΑΥΤΟΝΟΜΟC. κ. τ. λ. Habemus equidem in historicis, Polyb.[v], Ἐλευθέρους - - - νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις Κορινθίους, ex quo, fere ad verbum, Livius[w]; unde et ex Appiano[x], Plutarcho[y], suspicari licet quid discriminis fuisse inter titulos, in formula senatus consulti præsertim, quæ clara, si qua alia, et præcisa, et in definiendo verborum sensu accuratior habenda est. Nec magis altera movenda, nempe in quo constiterit jus autonomiæ, ut nimirum urbes suis legibus agerent, et proprios crearent magistratus a quibus jus iis, non vero a Romanis præsidibus vel judicibus, diceretur, secundum ea quæ a Strabone[z] de Massiliensibus traduntur, et a Dione Prusensi[a] de Tarso Ciliciæ; quæ porro autonomia se extendisse et ad cultum et religionem numinum perhibetur a Plinio minore[b]: etenim pæne risum movent privilegia quæ ad nutum dominorum imperiosorum semper et ubique exercuisse videntur civitates subditæ. Magis profecerit monere quod ab hac autonomia tanquam a memorabili maxime urbium instauratione novæ, abolitis prioribus, petitæ sunt æræ. Exempla capi possunt ex variis; Antiochia Syria; Seleucia Pieriæ; Philadelphia, Gadaris, Decapoleos; Gaza Judææ. In his omnibus erat, præter alias, sc. Cæsarianam, Actiacam, etc. et Pompeiana, ducta ex eo quod Pompeius, Tigrane victo, Syriam ingressus plurimis ejus et Phœniciæ urbibus jus utendi suis legibus condonavit. Hoc factum est anno U. C. 690. Hinc Evagrius[c]: Ἐκεῖνος (terræ motus in temp. Trajani) μὲν γὰρ ἔννατον καὶ πεντηκοστὸν ἀγούσης τῆς πόλεως ἔτος τῆς αὐτονομίας γέγονεν. Postmodum induxerunt epocham Cæsarianam, victori nimirum Pharsalico propter beneficia iis collata gratum facientes. Hoc in anno U. C. 705[d].

[t] Vide Eckhel. vol. III. p. 60.
[u] Inscr. p. CCLV. 5.
[v] Lib. XVIII. 29. 5.
[w] Lib. XXXIII. 32.
[x] Lib. IX. 7. 2.
[y] In Flaminino, X. Paullo, XXVIII.
[z] Lib. IV. 1. p. 291. Tau.
[a] Tarsena. II.
[b] Epist. X. 59.
[c] Hist. Eccles. II. 12. d. Conf. Norisium, Epoch. Syromacedon. p. m. 135. citat. in Eckhel. III. p. 268. a.
[d] Noris. ubi supr. p. 163.

Seleucenses sibi libertatem vindicabant inter discordias fratrum Antiochorum VII. et VIII., et hoc in nummis eorum expressum videmus a Δ usque ad ΑΚ progressis. Initium epochæ erat an. U. C. 645[e]. Nummis eorum videtur æram Pompeianam abjudicare Eckhelius quam Pellerinius in quodam Antinoi conspexit, sed hanc in suis admisisse Gadarenos, Philadelphenos et Gazæos statuit[f], initium facientibus illis a nota apocha, U. C. 690., his vero biennio post, propter res afflictas, sicut a Norisio[g] explicatum habemus.

Denique exemplum insigne præstant Laodicenorum Seleucidis nummi qui epochæ exordium faciunt cum auctumno anni U. C. 706. Causam maxime probabilem suppeditat Hirtius[h], scil. quod Cæsar in vere anni proxime sequentis per Syriam profectus adversus Pharnacem honoribus et præmiis auxerat civitates ejus illustriores. Colligit exinde Norisius[i] Laodicenses tunc temporis obtinuisse ab imperatore autonomiam aliaque privilegia, hinc epocham constituisse.

Ad hunc modum excutere licet singularium urbium epochas quarum recensio datur ab Eckhelio in capite operis de characteribus chronologicis[k]; sed diutius in his immorari propositum nostrum non suadet.

6. **'Απόγονος, ἔκγονος.** Vide not. ad tit. LXXIV. 4. et de **ἀφηρωϊσθήσεται** in v. 9. not. ibid. ad 12.

LXXXII.

3. **Συγχώρησιν.** Vide not. ad LXXV. 9.

11. **Χωρίς.** Sensus est, sine consensu impetrato Apollonii, ut in LXXIX. 6. supplevi χωρὶς τῶν ἐγγόνων, etc. vel *præter*, ut nos dicimus, *besides. exclusively of*, qui obv. est in N. T. χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων[l]. Conf. Lexic. Herod. Schweighäuseri[m] de voce, et Viger. de Idiotism.[n] Sed in sensum priorem magis proclivis sum, cui analogum conspicimus in sacr.[o] χωρὶς αὐτοῦ, *absque Verbi vi creatrice:* sic χωρὶς 'Απ. fuerit, absque concessione (συγχωρήσεως) *facta ab Apollonio.* Vide loca a Schleusnero in χωρὶς congesta[p].

e Eckhel. ubi supr. p. 327. a.
f Ubi supr. pp. 350. s. 452. b.
g Vide Eckh. ubi supr. p. 453. a.
h De Bell. Alexandr. LXV.
i Vide Eckh. III. p. 319. a.
k Vol. IV. pp. 377. ss.
l S. Matth. XIV. 21.
m Vol. II. p. 381. s.
n IX. 9. 8. ss.
o S. Johan. I. 3.
p Lexic. N. T. vol. II. ult. vers.

Ex hac interdictione vv. 9. ss. manifestum est sarcophagum fuisse ex numero illorum qui a Romanis vocabantur *privi* vel *singulares*[q], prorsus ut Zosimus in tit. XV. libelli prioris, quippe in usum possessoris tantum conjugisque ejus destinatum.

LXXXIII.

1. **Ζήσαντος**, hoc est, **Οὐλπίου** in v. 2. Superstitem adhuc innuit formula, ut in Tloensibus Fellowsii[r]. Ceterum in omnibus interpretatur Böckhius Ζῇ, quod certe non convenit titulo in quo duo conditores memorantur, ut in Lyciorum postremo, nisi de unico illorum superstite cogitemus.

Mitto apocopen, *ζῇ* pro *ζῆθι* usurpatum **προστακτικῶς**[s], et vertici superpositum quasi læti ominis causa. Idem intelligitur ac per **ζῶν** in titulo Troadensi[t], et *vivus* in CXXX.

2. **Χαρίτωνος**. Medicus Aprodisiensis Galeno[u] notus hic fortasse nominatur. Vide not. (w) ad VV. LL. Erat quoque Charito, auctor *amorum Chæreæ et Callirrhoës*, ex mente Dorvillii[v], Aphrodisiensis. Eadem familia crediderim oriundum: certe ex nomine hic posito virium quid argumento docti viri accedit, præsertim quum reputemus nomen Athenagoræ, cujus in libello ineunte meminit Charito, fuisse inter insigniora Aphrodisiadis.

7. **Τιμάς**. Intelligitur **πρόστιμον**. Sic, vel in Iliade, habemus *τιμὴν ἀποτινέμεν*. Reddas in nostro vernaculo, *as, in quality of, fine* (ut in Troadensi infr. CLXXXVII. obv. *δώσει προστίμου*) *to the Augusti*, **Σεβαστῶν**, nam injuria afficiebantur Principes, lege violata. Sic acute intelligit Michaelis verba in libr. Genes.[w] **Ταῦτα ἔσται σοι εἰς τὴν τιμὴν τοῦ προσώπου σου** dicta de *multa* pro oculorum audacia; vide v. 2.

Σεβαστῶν h. v. dictum putaveris de Antoninis, et proinde fidem accedere conjecturæ nostræ in nota supradicta ad VV. LL., vel etiam de Marco Aurelio et Lucio Vero, qui Augustus salutatus est statim ab ineunte imperio[x], an.

[q] Vide Pitisci Lexic. Antiqq. vol. III. p. 409. b. qui notat solennem fuisse ut plurimum interdictionem in iis cum diris.

[r] Lycia, pp. 133. 391. sq. nn. 130. 132. Hi Franziani sunt nn. 4245. 4246.

[s] Vide Schol. ad Antigonam, 1159.

[t] Vide CLXXXVI. 5.

[u] Vide supr. not. (m), p. 268. et Montefalcon. in Bibl. MSS. tom. II. p. 735. citat. in nota Dorvillii. vol. II. p. 1.

[v] Vide supr. p. 268. nott. (n) et (q).

[w] Cap. XX. v. 16. in Michaël. Supplem. p. 1317.

[x] Eckhel. vol. VII. p. 88. b.

P. C. 161. Congruit bene alterutrum ex hisce cum Galeni testimoniis et de Veri interitu[y] et medico Aphrodisiensi.

10. Πεπλακωμένας. Conf. VV. LL. et not. supr. LXXVIII. 1. Formæ litterarum pæne evanidæ factæ fuere in hac parte marmoris vel in Sherardi ætate, quod ex sordibus ejus colligere possis. Cogitavi ipse, dum inspiciebam, et de πλακωμένας, intervallo permenso, vel etiam πλακώδεας, ut πλακώσεις intelligantur, *crustæ lapideæ*, de quibus mentio fit infr. CCXXII. De Böckhii πλακίνους dubito an recipi potest salvis Musis: certe hujusmodi adjectiva, λάϊνος λίθινος, πλίνθινος, sunt omnia, qualia dicunt, *trium terminationum*, adeo ut, hac emendatione adhibita, confugere oportet ad consuetudinem, sicut eam Atticorum a Matthiæo[z] notatam. Sed vocem non ignorabant Græci, ut comprobatur ex Analectis[a]: Ὄσπρι' ἐπὶ πλακίνου τοῦδ' ἔθετο τρίποδος.

LXXXV.

1. Πλάτας. Vide not. ad LXXVIII. 1. Intervallum explevi ad fin. et init. v. seq. per Ἀριστίππου, sed minime certus. Adrasti nomen conspicitur sæpius in Aphrodisiensibus et nummis et titulis.

4. Υἱοῦ, in marm. ΥΟΥ. De hac forma, quam appellat Passovius "ungebräuchlich," fusius notaverat sub υἱός ut sequitur[b]: *Der vorgebliche Att. nom. ὑός aber scheint bloss eine Grammatikererfindung zu seyn, die nie in den Sprachgebrauch kam, obgleich sie Ast neulich hineinbringen wollte.* Atqui reperimus comprobatam per varios titulos Astii doctrinam.

LXXXVI.

1. Ἀναπληρωθέντων. Sermo est de cærimoniis observari solitis, ut et de reparatione ædium sacrarum ad exitum perducta. Hæ ædes erant Branchidarum[c] seu Apollinis Didymæi cujus cultus insignis erat apud Milesios, ex

[y] Eckhel. vol. VII. p. 94. a.

[z] Vide Gr. Gramm. §. 118. Obs. 3.

[a] Viz. Brunck. vol. II. 80.

[b] Handwörterb. der Gr. Spr. vol. II. p. 1215. b. Excitat Passov. Lobeck. ad Phrynich. p. 40. Sed tituli plurimi adversantur: ex. c. CLXXXVII. 1. ex nostr. et in Libello priore, n. XIV. 2., probabiliter saltem; conf. Böckh. II. n. 2193. Pari ratione et Ὑωνός, in Mæonio nostr. CLXXII. 4.

[c] Conf. Herodot. I. 92. et annott. Schweighäus. in loco: ibid. 158. Strab. XIV. 1. p. 165. T. Plin. v. 31. 1. Melam, I. 17.

Brancho[d] quodam deductus qui perhibetur fuisse vel filius vel amasius Apollinis. Posteri ejus[e], Branchidæ, sacerdotium templi obibant usque ad ætatem Xerxis, cui, thesauris dei traditis, se adjungebant, saluti potius quam religioni studentes. Quam infeliciter hoc cessit posteris eorum qui delicta majorum immeriti luebant tradit Curtius inter gesta Alexandri.

Permansit vero religio, aucta in primis a Nicatore[f], et posteris ejus Seleucidis, deinde a Romanis[g]. Nec deerant Milesii ipsi qui Didymæum tantæ amplitudinis exstruxerunt ut inter *hypæthra*[h] manserit.

Branchidæ oppidum dictum, et Didyma, nempe a superstitione Apollinis Didymæi. Originem appellationis more suo philosophico explicat Macrobius[i], populariter[k] magis Alexandrinus et Callimachus, hic a cultu simul juncto Jovis et Apollinis, ille Latoïdum. Verba Stephani diserta sunt; *Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι.*

Titulum ipsum referendum esse ad ætatem Hadriani dixi in VV. LL., mentione facta Balbi proconsulis et opus consecrationis ab Imperatore demandatum exsequuti. Nam verisimile est hunc Balbum, eundem fuisse cum illo qui in Fastis Consularibus in anno P. C. 129., hoc est, in decimo tertio Hadriani conspicitur: quod si verum sit evincit titulum coætaneum esse cum fine imperii ejus, noto quod lege cautum fuerit neminem potuisse fieri proconsulem nisi decimo post consulatum anno. Atqui de hoc argumento ex nominibus jure statuit Böckhius esse illud inter fallacia[l]. Plus semel expertus sum et ipse.

Memoratur quoque Egnatius Lollianus in fine tituli, qui et in Thyatireno XVI. g. libelli prioris, non Gentianus L., ut descripserat Peysonnelius, a quo et

[d] Vide Strab. ubi supr. Photii Narrat. XXXIII. Varronis, Rerum Divin., qui et, suo more, etymologiam (βρόγχον) tentat: Statii Thebaid. III. 478. VIII. 198. et in locc. Lactantium.

[e] Vide Curtium, VII. 5. 28. Plutarch, De sera N. vindict. XII. XXVII. Notabile est Arrianum omisisse penitus mentionem oppidi Sogdiani ab Alexandro deleti.

[f] Vide Pausan. I. 16. 3. VIII. 46. 2. Diodor. XIX. 90. Appian. De reb. Syr. LVI. Titul. Sherard. in Böckh. II. p. 551. n. 2852. Gratum animum Milesiorum erga Antiochum I. conspicit in nummis Eckhelius, III. p. 217. a.

[g] Vide Sueton. Calig. XXI. Dion. LIX. 28. Narratur a Sozomeno (Hist. Eccl. I. 7. a. b.) superstitio apud Milesios imp. Licinii, et quam infeliciter ei cessit. Denique Ulpianus testatur licuisse apud Romanos instituere heredem Apollinem Didymæum.

[h] Vide Strab. ubi supr.

[i] Saturnal. I. 17. p. 297.

[k] Conf. citt. ab Eckhel. II. p. 532. b.

[l] Vide nott. ad titul. Thyatir. n. 3516. b. v. 4. ubi et de Lollianis, Borghesio fretus, agit vir doctissimus.

ego nimium fisus desumpsi. Quæ ideo de Lolliano annotavi aliena sunt et deleta volo, quatenus de hoc titulo agitur.

Quæstionem de nomine Lolliano attigit Böckhius, qui et plurimum adjumenti habuisse ex doctrina Borghesiana libens profitetur. Varii nimirum erant, et Egnatii et Gentiani, in titulis obvii, qui ut ab invicem secernantur cura haud mediocri indigent. Cetera aspera omitto, marmora obtrita, apographorum errores.

7. Πρεσβευτοῦ, etc. *Legati proprætore.* Vide not. in titulum Pergamenum Fasciculi prioris[m].

LXXXIX.

1. Σαράπιδι, etc. Optime respondent voto Alexandrini hæc numina[n]. Audi Tacitum[o]: *Fuerat illic* (Alexandriæ) *sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum:* hoc etiam ante templum a Ptolemæo exstructum. Ceterum hic affertur Serapidi donarium, valetudine Apollonidæ restaurata, quod ad mentem revocat ejusdem historici narrationem[p].

Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe notus, genua ejus (Vespasiani) *advolvitur, remedium cæcitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitione gens ante alios colit; precabaturque principem, ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manum æger, eodem deo auctore, ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur, orabat: - - - - Igitur Vespasianus, cuncta fortunæ suæ patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, læto ipse vultu, erecta, quæ adstabat, multitudine, jussa exsequitur: statim conversa ad usum manus, ac cæco reluxit dies.*

Sarapidem Isidemque excipiunt, in addicendi formula, πάντες θεοί. Hoc, pace boni Alexandrini dixerim, erat quodammodo otiosum, quum Ægyptii in suo Sarapide viderint totum agmen deorum[q]. Referebat in primis Jovem et

[m] Scil. pp. 91. 92. 195.

[n] Macrob. Saturn. I. 20. qui et de Iside tractat. Confirmant nummi passim: Eckhel. IV. 29. ss.

[o] Hist. IV. 84.

[p] Ibid. 81. Conf. Sueton. Vespas. VII. Dion. LXVI. 8.

[q] Tacitus (in c. 84. supr.) enumerat Æsculapium, Osirin, Jovem, Ditem patrem. Plutarchus, Πλούτωνα, Ὄσιριν, exinde pro synonymis Osiridis, Δία, Ἥλιον, Διόνυσον, immo Νεῖλον, Ὠκεανόν, Ἔρωτα. Sic et pro Iside, Ἀθηνᾶν, Περσέφασσαν, Τηθύν, Γῆν. Scribit porro de nomine Σάραπις quod est Τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντος, παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν, ut de Osiride, Ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Σείριον ὑφ' Ἑλλήνων. En Græculorum doctrinam! Ceterum

Plutonem, deinde Solem, Apollinem, Osiridem, Æsculapium, cum tercentum aliis fortasse in superstitione anili. Sed instar omnium titulo nostro convenit deus Epidaurius, non modo ob liberationem ægri, quæ in eo perhibetur, a morbo, sed quia originem suam ducebant Cnidii, potissimam partem, ex Epidauro, Argivorum sede inclyta[r]. Videtur igitur utrorumque religioni, popularium suorum Cnidiorumque, litasse Apollonides.

Documentum ex diverso fonte petitum prosapiæ Argivæ Cnidiorum affert Böckhius, nempe, magistratu Demiurgorum[s].

XC.

1. **Δαμώ.** Nomen inter Homerica[t] est: obvium quoque in titulo Smyrnensi quem ex Maffeo edidit Böckhius[u].

XCI.

1. **Διονυσά.** Idem nomen fortasse cum Smyrnensi **Διονυτάς** quod in pluribus Böckhianis cerno[v].

XCII.

1. **Ἄρεα.** Bene huic nomini respondet quod tradit Vitruvius[w] de cultu Martis in urbe Halicarnassensi observato, nimirum ædes sacras in illius honorem struxisse Maussollum.

hæc omnia insunt in libello De Iside et Osiride, capp. IX. XII. XIII. XXVII. XXVIII. XXXIII. XXXIV. LI. LII. LVII. LXII. Plurima ex his confirmant nummi ab Eckhelio citati in vol. IV. pp. 29. ss. Nummi Flaviopolitani et Hermupolitani citati in vol. III. pp. 56. b. et 102. b. probant latius diffusum per tractus Asianos numinis hujus vel solius vel cum Iside conjuncti cultum.

[r] Prosapiæ Doricæ Cnidiorum, etc. testis est Strabo; Δωριεῖς δ' εἰσὶν (Rhodii), ὥσπερ Ἁλικαρνασσεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῷοι κ. τ. λ. Vide XIV. 2. p. 195. T. Conf. Herodot. I. 144. 174. 178. Diodor. V 53. De cultu apud eos Æsculapii vid. Mülleri Dor. I. p. 104. Sic (ut obiter moneam) et in Halicarnasso, infr. tit. XCVI. In Stratonicea Cariæ quoque, ut patet ex titul. Fellows. Lycia, p. 369. n. 93. 3. De insulis quæ adjacent, Co, et Sporad. Dor. vide Strab. XIV. 2. p. 202. T. Tacit. Annal. XII. 61. quibuscum conf. nummos in Eckhel. II. 599. ss. et titt. Böckh. 2428. 2429. 2491.

Nomen *Sarapias* in Halicarnassio infr. XCIX. cultum numinis Alexandrini, vel Æsculapii sub ejus nomine, fortasse innuit.

[s] Vol. II. p. 448. n. 2653.

[t] Hymn. in Cerer. 109.

[u] N. 3228.

[v] Sc. nn. 3141. 55. 3155. 7. 3242.

[w] Edit. Bipont. p. 65.

8. **Τυραννοκτόνων.** Quo hoc ἐξόχως respiciat vix definire ausim. De variis cogitare possis[x]: rebus præclare gestis contra Rhodios ab Artemisia, vel civitatibus Caricis se vindicantibus in libertatem flagrante bello cum Antiocho. Subvenit deinde imperium Satraparum finitum quum Adam regioni præposuit Alexander Magnus; immo in ætate anteacta, tyrannis Alyattidarum.

12. **Πρωτογόνων.** Lectio procul dubio sana, et quam comparare queas in Philoctete[y]; **Οὗτος πρωτογόνων ἴσως Οἴκων οὐδενὸς ὕστερος.** Exponit Scholiasta **εὐγενῶν.**

15. **Γενηθεῖσαν.** Lectionem comprobant verba Passovii[z]; *Formen ἐγενήθην und γενηθήσομαι finden sich nur bey den Doriern und im gemeinen Dialekt.* Conjeceram in primis in loco aspero **ἐνδειχθεῖσαν.**

XCV.

2. *Διὶ ἀκραίῳ.* Quasi, *arcensi.* Prostat epigraphe in nummis Smyrnæis[a], **ΖΕΥϹ ΑΚΡΑΙΟϹ.** Pariter in Temniis (Æolidis) et Panionii. Convenienter habebant Smyrnæi templum Acræo dedicatum, in arce summa positum[b]. Erat porro et suus Iliensibus antiquis, qui in ædibus Pergamo exstructis colebatur[c].

Typum Jovis peculiarem in nummis Halicarnassensium memorat Eckhelius[d] quem respicere censet vir eruditus ad Jovem Dodonæum. Hunc fortasse sub Acræi nomine colebant Halicarnassenses.

[x] De seqq. conf. Vitruvium, ubi supr. pp. 66. s. Liv. XXXIII. 20. XXXVII. 16. Strab. XIV. 2. p. 201. Herodot. I. 26. ss. Lucem fortasse afferunt quæ de Milesiis narrantur in cc. 20. ss. 143. 169. Certe Principes civitatum sub Lydorum imperio appellati *τύραννοι*, ut in c. 20. *Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι*, quorum, ingruente hostili exercitu, interfectores popularium laudes mereri poterant quippe libertatis vindices.

Vocem refert Latinorum *Tyrannicida* in pluribus locis Plinianis ubi de Harmodio et Aristogitone agitur. Vide VII. 23. 1. XXXIV. 9. 2. et al. Ciceronis sunt; *Verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset*, scil. Bruto et sociis facinoris. Vide Epist. ad Attic. XIV. 15.

[y] Vs. 180. Vide Syllog. Schol. Brunck. vol. III. p. 55.

[z] Handwört. vol. I. p. 443. a.

[a] Eckhel. vol. II. p. 543. a. De Temn. vide 497. a. Panionio, 508. b.

[b] Testis oculatus loquor. In Pago summo etiam nunc restare credo reliquias aquæductus quem commemorat titulus Cossonianus in Böckh. n. 3146. *Ἐκ τοῦ εἰσαχθέντος ὕδατος ἐπὶ τὸν Δία τὸν Ἀκραῖον κ. τ. λ.*

[c] Conf. Æneid. II. 512. ss. Quint. Smyrn. Posthomer. *ϛʹ*, 147. *ιγʹ*, 485. s. ubi *Ἑρκεῖος* audit, i. e. *Penetralis* Videtur quoque fuisse in Gargaro *Ἀκραῖος*, Iliad. *θʹ*. 48.

[d] Ubi supr. p. 582. a. Illustrat Iliad. *πʹ*. 233.

XCVI.

1. Ἁλικαρνασσίων. Insigniter confirmat hic titulus quæ passim tradita habemus de civitatis hujus præstantia in re navali. Nec abest a nummis indicatio quæ tridente signantur una cum capitibus vel Palladis vel Neptuni; dea, ut obiter moneam, originem Trœzeniam referente[e].

3. Ναυαρχοῦντος. Sc. *munus obeuntis navarchi*, hoc est, classi, vel parti classis, præfecti. Sic Herodotus[f]. Tradit quoque Photius (ex Theopompo) Hecatomnum fuisse a Mnemone constitutum navarchum contra Evagoram[g].

Vocem, ut plurima alia Græca, admisit Cicero in Verrinis[h].

5. Τριηραρχοῦντος. Conjiciendum est ex hac voce Halicarnassios, sicut Athenienses, habuisse suam trierarchiam, nam minime arridet interpretatio *præfectus triremi* quum agitur de *quadriremi* (τετρήρει in v. 3.) Verisimile est hanc fuisse navem præfecti[i] (quam nos dicimus *the flag-ship*), cujus instruendæ munus (λειτουργία) Androstheni fuerat demandatum.

Trierarchiam apud Athenienses norunt omnes, de qua eminent disputationes Wolfii[k] et Böckhii[l]. Fuisse quoque Romanis et suos trierarchos, personas publicas, qui temporibus reipublicæ difficilioribus triremes instruere debebant, probat Pitiscus[m] ex Ulpiano.

9. Ἀπόλλωνι ἀρχηγ. Nobile epitheton ἀρχηγέτης, *dux*, vel *ductor coloniæ*. Sic Thucydides[n]: Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς - - - - Νάξον ᾤκησαν, καὶ Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμόν - - - ἱδρύσαντο. Nempe erat auctor coloniæ deducendæ in Siciliam. Exstat quoque in titulis: ex. c. Hierapoleos, inter Sponianos[o]: in nummis porro ejusdem urbis, de quibus conf. Eckhelium[p].

Argivæ coloniæ convenit mentio dei Epidaurii, ut monitum supra ad tit. LXXXIX. de Cnidiis.

[e] Eckhel. ubi supr. p. 581. b. seq.

[f] Vide VII. 59. VIII. 42.

[g] Bibl. Cod. CLXXVI. 10.

[h] Act. II. 3, 80. 5, 24.

[i] Vel *Prætoriam*, Liv. XXVI. 39.

[k] Proleg. in Orat. Leptin. pp. C. ss.

[l] Staatshaush. u. s. w. II. p. 79.

[m] Lexic. Antiqq. vol. III. p. 641. b.

[n] Lib. VI. 3. pr. Conf. Cluver. Sicil. I. pp. 98. s.

[o] Itin. tom. III. p. 150. Apud. Böckh. 3905. Conf. et n. 3906. *b*.

[p] Doctr. etc. vol. I. pp. 206. 248.

De Apolline Archeg. vide annott. Spanhemii ad Callimach. H. in Apoll. v. 57. Consimiliter et appellatur Hercules, Tyri tutelaris, Ἀρχηγέτης in marm. Delio ap. Böckh. II. p. 228. n. 2271. 15. Parile videtur Bacchi Προκαθηγεμών, infr. CLVII. 8.

XCVII.

5. Βάθρα, *gradus*, credo præcinctionis vel diazomatis. Sic in titulo Patarensi[q] dicantur varia ad ædes theatrales pertinentia, inter quæ ἐνδέκατον τοῦ δευτέρου διαζώματος βάθρον. Fides accedit, quia et noster Halicarnassensis prope parietinas theatri repertus est.

Donarium affertur Herculi et Mercurio; huic propter disciplinas gymnicas, unde et ἀγώνιος et ἐναγώνιος vocatur[r]. De Hercule, deo tutelari gymnasiorum, conf. dicta ad titt. Thyatirenos in libello priore[s].

XCVIII.

2. Πανταλέων. Nomen occurit in CII. *g*. infr.[t] Hierocles quoque ibid. in ordine *l*. De forma **ΥΟΣ** antea notatum ad tit. LXXXV. 4.

XCIX.

1. Σαραπιάς. Quæ de Sarapiade[u] hic memorantur videntur in hunc modum constituenda: sc. eam fuisse filiam naturalem (φυσικήν, vid. LXXVI.), Menandri, adoptivam Dracontis; dein, defuncto Menandro, conjugem ejus nupsisse Apollonium, qui proinde fiebat *vitricus* (πατρῷος) Sarapiadis.

Ex nominibus in hoc titulo memoratis reperiuntur Apollonius, Draco, Moschio, in titt. infr. CII. seq.

C.

1. Ἐὰν δέ τις κ. τ. λ. Titulus mancus est et in principio et fine, sed sensus præsto est quem eruere conatus sum ex litterarum vestigiis.

Formula solennis dirarum obvia est passim in sepulcralibus; ex. c. Böckhianis, in recensu Atticorum, nn. 916. 989. et in 2664., qui et ipse ex Halicarnassiis est. Conferri possunt et Aphrodisiensis, n. 2826. et Hierapolitanus,

[q] Vide Fellows. Lycia, p. 416. tit. 169. 15.

[r] Conf. Pind. Isthm. I. 85. Pyth. II. 18. Memorat in libr. de Spectac. Tertullianus, c. IX.

[s] Pag. 175. s. ad tit. XIII. Conf. Pitisc. ubi supr. vol. II. p. 267. s.

[t] Nobilitatur hic titulus per nomen Pantaleonem. Vide Herodot. I. 92.

[u] Nomen videtur fluxisse ex Sarapide, ut Πολιάς a Πόλις, et sim. Vide nott. ad tit. supr. LXXXIX. sub fin.

quem nuper ex schedis Labordianis edidit Franckius, n. 3915. Videor quoque mihi conspexisse inter simulacra litterarum in titulo Thyatireno ex nostris XVIII. ad quem, saltem in extremis a v. 14., non nihil accedit Myrensis Fellowsii, n. 184[v].

Böckhianus 916. editus est a viro docto ex libro Muratoriano[w], auspiciis parum tutis, et in lectionibus et versuum distributione, quod ipse, lapide inspecto, pro certo affirmare possum. Hoc obiter; ulterius rem prosequi non est hujus loci.

CII.

In hoc recensu nominum obvia sunt quædam alibi memorata in titulis hujus urbis: sc. *Philatrus* in XCVI. *Androsthenes* ibid. et in Böckhiano 2655. *Theodotam* habemus in n. 2664. quod fidem facit lectioni in ordine *d*. *Pantaleo* occurrit in nostro XCVIII. *Hierocles* in eodem, et *Diodotus* in Böckh. 2656. Neopœi *Charmylli* mentio est in n. 2656.

Quæ in minusculis apponuntur ordini *b*. respiciunt fortasse ad ludos Nemesibus dicatos apud Halicarnassenses[x] ad exemplar Smyrnæorum[y] celebrari solitos. Hinc in explicatione mea tentavi νίκη Νεμέσεων. Conjecerim porro columnas ex quibus descripsi titt. CII. ss. aliquando partes ædium fuisse in honorem Nemesium exstructarum, et in ordine *n*. Neopœorum earum mentionem fieri.

In nominibus aliquatenus hæreo. Quæ apographis meis fretus dedi commendantur a titulis.

CIII.

Nomen *Draco* obvium in nostro XCIV. d. *Amaratus* conspicitur in Smyrnæo Böckhii, mutatione levi; effertur *Amarantus*. *Lucius* apparet in proximo, et in Böckhii n. 2665. *Moschio* in nostr. XCIX.

CIV.

Ex hisce, *Dionysium* habemus in nostr. XCV. et Böckh. n. 2660. Carum est

[v] Vide Fascic. Franzii, p. 157. n. 4303.

[w] Tom. III. p. MCCXCVIII. 5.

[x] Vide Böckh. II. p. 456. n. 2663. et conf. 2662. c.

[y] Pausan. VII. 5. 1. fin. θεῶν Νεμέσεις πλείους νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς, sc. Smyrnæi. Proinde ludi, cultus, testibus nummis ab Eckhelio allatis in vol. II. p. 548. ss.

Uliades; vid. nostr. CVI. infr. De fragmento ΝΥΛΑ vel ΝΥΛΛ in ordine *f* conjecturam feci in VV. LL. Restitueris fortasse ΧΑΡΜΥΛΛΟΥ, de quo conf. Böckh. n. 2656.

CV.

Μαύσσωλλος. Distinguendi sunt ab invicem Maussolli. Antiquior memoratur ab Herodoto, Cindyensis, cujus filius Pixodarus obstitit Persis, regnante Dario Hystaspis filio[z]. Deinde, eodem regnante, fuit regulus Cariæ Maussollus I. Postremum Maussollus II. præfecturam (*σατραπείαν*) obibat, imperantibus Mnemone et Ocho. Huic pater erat Hecatomnus qui ab Isocrate[a] memoratur: Ἑκατόμνως δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος, et a Diodoro[b]; *δυνάστης*, hoc est, *κατὰ σατραπείαν κύριος*, ut exponunt glossographi. Meminerunt quoque Strabo[c] et Photius[d]: appellat illum prior, *βασιλέα*, sed hoc propter dignitatem familiæ hereditariam.

Agitur in hoc titulo de Mausollo, tertio nominis et regiæ dignitatis secundo, in cujus defuncti honorem exstruxit conjux Artemisia, cui tyrannidem reliquerat, mirandum illud monumentum, Maussolleum[e]. Hoc evenerat, sicut in Fastis statuitur, in Olympiade CVI. 4[f].

Originem familiæ ductam fuisse ex Cindya quæ a Bargyliis propius aberat, tradit Herodotus: dein Strabo[g], Hecatomnum cum suis fuisse ex Mylasis. Optime hoc cum situ monumenti ex quo titulum descriptum habui convenit. Refert etiam dialectus in eo conspecta civitatis originem qualem perhibet Byzantinus, nempe a Mylaso Æoli abnepote.

CVI.

3. **Εὐθυδήμου**. Nomen insigne inter Mylasensia, et cum Hybrea a geographo illustri[h] consociatum. Erant nempe Rhetores et popularium suorum

[z] Vide Libr. v. 118.

[a] Panegyr. XLIII

[b] Libr XIV. 98. XV. 2.

[c] Libr. XIV. 2. p. 201. Ἑκατόμνῳ γὰρ τῷ Καρῶν βασιλεῖ ἦσαν υἱοὶ τρεῖς, etc.

[d] Bibl. Cod. CLXXVI. ex Theopompo.

[e] Vide Strabon. ubi supr. p. 200. a. Vitruv. II. 8. pp. 64. ss. Cic. Tuscul. III. 31. quæ citat Gellius in x. 18.

[f] Vide Fast. Hellenic. Clintoni, I. p. 286. apud Böckhium in nott. ad titul. 2691. p. 470. a.

[g] Ubi supra, p. 205. Ἱστορεῖται δὲ (Mylasa) κώμη ὑπάρξαι τὸ παλαιόν, πατρὶς δὲ καὶ βασιλεῖον τῶν Καρῶν τῶν περὶ τῷ Ἑκατόμνῳ.

[h] Ubi supr. p. 205.

antesignani. Hybream quoque, ut obiter moneam, conservant nummi imperatorii[i].

CVII.

6. Ἡρακλέα. Hoc est, statuam vel protomen Herculis; ut in Sardiano nostro, CLXXXIII., τοὺς πέντε Ἔρωτας, et in Sagalassio, Ἔρωτα, CCLIII. In Böckhiano[k] Halicarnassi oblatas reperimus, eadem formula, τὰς Νεμέσεις. Bene præterea convenit donarium gymnasio; vide not. supr. XCVII. 5.

Fert quoque Ἀρχώνης, is, opinor, qui fabris gymnasii præerat, Præfectus fabrum. Certe ὠνητής significat et *redemptor*. Hi fabri seu redemptores constituebant collegium, συνεργασίαν, usitato more dicendi, Abstractum pro Concreto, nam intelliguntur σονεργοί vel συνεργάται. Tale erat fortasse συμβίωσις in Mæonio infr. CLXII. Certe appellatur συμβίωσις τῶν Συμπινάλων in Smyrnæo Marm. Oxon.[l] et συνεργασία. Habemus in Hierapolitano, infr. CCXLII., simpliciter[m] ἐργασίαν τῶν βαφέων.

Hæc collegia aliquando et *sacra* (ἱερά) dicta, ut in Mæonio supra allato, et in Philadelphenis CLXXVI. CLXXVIII., nempe, quum ritus proprios et sacra habuerint.

CVIII.

1. Τιβέριον. Appellatur in v. 3. Γερμανικός, quod cognomen fuisse non tam adscititium quam hereditarium notavit ex Suetonio Eckhelius[n].

Dicitur in v. 4. καθιέρωσεν de inauguratione statuæ, ut in Ephesino Pocockii quem in libello priore[o] retuli, et in Fellowsiano[p], credo ex situ Acharacorum. Occurrit sexcenties.

Tribus Quirina erat ex Rusticis, a Curensibus nomen sortita. Vide Festum.

CIX.

2. Εὐάρεστον. Epigraphen nummi inter suos Trallenses citat Eckhelius[q],

[i] Vide Eckhel. vol. II. p. 585. b.

[k] Ubi supr. p. 456. n. 2662. *c.*

[l] Viz. Chandleri, II. 80. p. 114. apud Böckh. n. 3304.

[m] Hoc fortasse quia Βαφεῖς dumtaxat memorantur. Aliter foret συνεργασία, ut in Böckh. Smyrn. n. 3154. Ἡ συνεργασία τῶν ἀργυροκόπων καὶ χρυσοχόων, etc.

[n] Doctr. etc. vol. VI. p. 247. a. Sueton. Claud. I. sq.

[o] Fascic. I. p. 148.

[p] Lycia, p. 21. n. 8.

[q] Ubi supr. vol. III. p. 126. b.

ЄΠΙ . CTPA . ЄΥΑΡЄCΤΟΥ. quod insigniter confirmat lectionem nostram. In v. 4. mentio est Irenarchæ[r], qui et Στρατηγὸς ἐπὶ τῆς εἰρήνης, et φύλαξ τ. εἰρ. audivit. Memoratur quoque in Digestis[s] magistratus qui videtur ei parilis fuisse quem in sermone nostro vocamus *Justice of the peace.* De *Decemprimis* (Δεκαπρώτοις) vide Böckh. nn. 2639. 3429. et notam in Fascic. I. ad tit. XII. ult.

In v. 8. διανομὴν habent legentes explicatam in not. ad tit. LXXX. 5. supr. Conf. et Franz. n. 4324. 8. Ἥτις in v. 9. usurpatur cum sensu definito ut in Aphrodis. XLVIII. 29. supr.

CXI.

2. Σμυρναῖος κ. τ. λ. Conf. argum. in VV. LL. et Böckhii Smyrnæa, nn. 3205. 3206. 3208. et al. Plenius expressum habemus in nostro CCXLVIII. infr. sub fin. Ἔστι δὲ πολίτης, etc.

7. Πλειστονίκης. *Victor in plurimis certaminibus.* Vox obvia in Aphrodis. Fellows.[t] ex quo Böckhius in Addendis[u], conjuncta, ut hic, cum παράδοξος, et fortasse in parte abscissa monumenti supra dicti Antiocheni. In Philadelpheno Böckhii[v] occ. Ὀλυμπιονίκης Πεισαῖος παράδοξος. Conf. et 3207.

Sequitur epith. ἄλειπτος, quod a Passovio[w] recte notatur fuisse Græcorum recentiorum in signif. ἀνίκητος.

In genere notandum est titulos hujusmodi non habendos esse inter antiquiores. Jure censet Wienerus[x] monumenta quæ laudes et præconia athletarum referunt fuisse, si non novissimi, at saltem ævi post Hadrianum. Hoc catalogus Eckhelianus[y], nummorum ope confectus, Ludorum, plane indicat, et bene explicatum habemus a viro erudito ipso, nimirum, exutos libertate Græcos nihil aliud habuisse cui impenderent curam nisi ludos et spectacula. Verum hoc; at Domini eorum, quid aliud curabant, Imperatoribus subditi, nisi *panem et Circenses?*

[r] Vide Böckh. Smyrn. n. 3151. 9.
[s] Vide Martian. XLVIII. tit. 3. Leg. 6. et L. 4. 18.
[t] Lyc. Append. A. p. 311. n. 22. 5.
[u] Pag. 1112. n. 2810. *b*.
[v] Pag. 804. n. 3427.
[w] Ubi supr. vol. I. p. 79. a.
[x] Not. ad tit. Aphrodis. Fellows. p. 313.
[y] Ubi supr. vol. IV. pp. 432. ss. conf. 431. a. Doctrinam hanc confirmant tituli pæne innumeri hujuscemodi qui restant; ex. Böckh. 247. 1585. 1720. 2810. Murator. DCXLVII. 1. Gruter. p. CCCXIV. 1. In Fascic. I. tit. XII. Infr. CCXXXVIII. CCXLVIII. Hæc satis.

9. s. Ξυστάρχης. Qui xysto præficiebatur, et athletarum exercitiis. Vox obv. in Ammiano[a]: *Quinquennalia Augustus* (sc. Julianus) *jam edidit, et ambitioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto, cum inter exordia principatus assumpti vili corona circumdatus erat, xystarchæ similis purpurato.* Exponit Semlerus in Indice Tertulliano[a], *Xysti sive stadii athletici præses, qui omnia quæ sunt certaturis suppeditat.* Hoc ad loc. auctoris[b], in quo vocantur Personæ SS. Trinitatis, Agonothetes, Xystarches, Epistates, ducta metaphora audaci ex re palæstrica. Adjicere potuerim, ex mente Xenophontis, cujus verba sunt; Ἀγωνοθέται δ' οἱ θεοί εἰσιν, οἵ σὺν ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκός, ἔσονται[c].

Hæc Xystarchia notatur fuisse διὰ βίου, ut Bularchia in titulo Thyatireno Sponii[d]; nonnullis saltem athletarum quibus concessum fuerat munus ob præstantiam illorum in arte gymnastica, vel ob merita in universitatem[e]. Sed et quodammodo post mortem continuata iis fuisse qui διὰ βίου munera obibant dici potest, quum et xysti totius Pontificum filii, si modo Ἱερονίκαι sive Περιοδονίκαι, hoc est, victores in ludis sacris quales erant Olympici, Pythii, etc., fuerint, in parentum honorem succederent[f].

Ceterum de magistratibus Gymnasiarchia et Xystarchia confuse admodum scriptores, glossographi potissimum, Suidas, Pollux, Hesychius, agunt: ex. c. ponit Suidas, ξυσταρχεῖν, γυμνασίου ἄρχειν: nempe, partem pro toto vel totum pro parte statuebant, quasi unum idemque allegantes. Sed definite agere non erat ex illorum propositis. Sufficit in præsens observare Gymnasiarchiam fuisse proprie in Græcorum urbibus notam, ex. c. Athenis, ubi cum Trierarchia, Choregia, Hestiase, Eisphora, inter Liturgias, sc. magistratus honorarios, annumerata est[g]; Xystarchum in Italis, ubi et Xysto et Balneis præpositus est, quin et simul Pontifex ipsorum erat[h]. Errare ergo videntur qui ponunt hunc magistratum secundum loco post gymnasiarchiam, vel parem fuisse dicunt, vel geminum[i]. Statuerim potius Gymnasiarchæ officium fuisse majoris apud

[a] Edit. Bipont. vol. I. p. 250.

[a] Vide vol. VI. p. 538.

[b] Viz. Ad Martyr. III. Edit. vol. IV. p. 69.

[c] Expedit. Cyr. III. 1. 21.

[d] Fascic. I. tit. *h*. p. 184. Hoc est in fragm. tit. Pitisc. Lexic. Antiqq. III. p. 764. a. TOTIVS. XYSTI. PERPETVVM. XYSTARCHAM.

[e] Vide Falconer ad Inscript. Athlet. in Thesaur. Antiq. Græc. Gronov. tom. VIII. p. 2307.

[f] Vide Inscr. Gruter. p. CCCXIII. in Vandalii Dissert. VIII. 2.

[g] Vide Wolf. Prolegom. in Orat. Leptin. pp. 87. ss. Böckh. Staatsh. d. Ath. I. pp. 480. ss.

[h] Conf. Vandal. ubi supr.

[i] Vide Mercurialem, in Gymnast. I. 12. Faber. Agonist. I. 22.

Græcos existimationis quam Xystarchi apud Romanos, quum et invenimus Strabonem[k] memorantem Antonium IIIvirum dignitatem haud denegasse, immo, ex titulo Gruteriano[l], Titum Augustum γυμνασιαρχήσαντα. Pariter in tit. Sardiano[m] videmus Strategum et Stephanephorum, eundem et Gymnasiarcham exstitisse. Nimirum, ratio habebatur rei familiaris in iis qui magistratum exercebant, propter sumptus necessario erogandos, et hinc aliquando feminæ ipsæ illustriores ad munus eligebantur[n]. Contra Xystarchæ, proprie dicti, videntur et ipsi fuisse artis gymnasticæ periti, proinde operam dedisse ut athletæ ad certamina egregie instructi accederent, præludiis in gymnasiis seu xystis eorum factis[o]: hinc appellationes eorum apud rei therapeuticæ scriptores[p], παλαιστροφύλακες, ἐπιστάται παλαίσματος, profectæ.

Xysti descriptio habetur apud Vitruvium[q], nempe ξυστοῦ, *rasi*, *æquati*, ut adeo facile consistere possent athletæ, qui exinde appellati xystici[r], et conventus quidam eorum in titulo Thyatireno quem alibi citavimus, *xysticus*[s].

CXII.

1. **Φίλιππον.** Memoratur hic Philippus in altero Trallensi, Böckhii (ex Sherardo) n. 2932. et in Aphrodisiensi (ex eod. et Spanhemio) n. 2790. in quo, ut hic, mentio fit magistratus ejus, Logistiæ. Hi Logistæ erant curatores civitatum qui juri dicendo et rebus fiscalibus præerant. Desumpti videntur de politia Atheniensium[t].

Λογιστὴς iterum occurrit in tit. prox. v. 5. designatus ὑπέρτατος, quod non crediderim ornandi causa adjunctum, sed ut designetur summus in collegio, ut πρῶτος ἄρχων in nostr. LXI.

[k] Libr. XIV. 5. p. 229. Tauchn.

[l] Pag. CLXXIII. n. 8.

[m] Auctar. Fascic. I. tit. e. 15. p. 170.

[n] Chandler. Inscr. p. 19. n. 54. Sponii Miscell. etc. p. 335.

[o] Conf. Murator. p. DCL. 1. Gruter. p. CCCXIV. 1. MXCIV. 5. Hinc verba in Böckh. Aphrodis. ex Sherardo, n. 2758. fin. Ξυστάρχῃ εἰς ἀναπλήρωσιν, hoc est, ad sumptuum ejus compensationem.

[p] Viz. Galen. Hippocrat. Vide Epidem. VI. §. 8.

[q] Edit. Bipont. p. 155.

[r] Panvin. De Lud. Circ. I. 16. p. 301. Scribit Sueton. August. XLV. *nec tamen eo minus aut xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas severissime semper exegit*. Conf. Galb. XV. Ulpian. III. tit. 2. leg. 4. Gruter. Inscr. p. CCCXXXII. n. 6.

[s] Fascic. I. p. 175.

[t] Vide Böckh. Staatsh. d. Ath. vol. I. p. 204. De Logist. conf. Vales. ad Ammian. XIV. 7. p. 26. Bip. et ad Philostorg. Eccl. Hist. III. 28. A. not. p. 138. B. Memorantur in Cod. Imp. Gordian. I. tit. 54. Leg. 3. et in Gruter. p. CCCLXXXIX. 2.

Appellatur porro Philippus *στρατηγὸς 'Ρωμαίων*, ut Maximianus in Pergameno ex nostris, *ἀγορανόμος* 'P.[u], nempe ad distinctionem notandum inter magistratus Græcos et Romanos quos eadem appellatione illi designabant[v].

Oblatus dicitur honos Philippo a Collegio (artificum Dionysiacorum) ab Ionia et Hellesponto, de quibus conf. Teia Böckhii, nn. 3067. 5. 3068. *A*. 3. s. Sufficit nostro proposito ut verba Strabonis[w] de his exscribam: *'Ενταῦθα* (sc. in Lebedo) *τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἡ σύνοδος καὶ κατοικία τῶν ἐν 'Ιωνίᾳ μέχρι 'Ελλησπόντου, ἐν ᾗ πανήγυρίς τε καὶ ἀγῶνες κατ' ἔτος συντελοῦνται τῷ Διονύσῳ. 'Εν Τέῳ δὲ ᾤκουν πρότερον τῇ ἐφεξῆς πόλει τῶν 'Ιώνων· ἐμπεσούσης δὲ στάσεως, εἰς 'Εφεσον κατέφυγον· 'Αττάλου δ' εἰς Μυόννησον αὐτοὺς καταστήσαντος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου, πρεσβεύονται Τήϊοι, δεόμενοι 'Ρωμαίων μὴ περιϊδεῖν ἐπιτειχιζομένην σφίσι τὴν Μυόννησον· οἱ δὲ μετέστησαν εἰς Λέβεδον, δεξαμένων τῶν Λεβεδίων ἀσμένως διὰ τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς ὀλιγανδρίαν.*

Erat nimirum sodalitium theatralium, qui et apud Athenienses, ut notissimum est, appellati sunt *τεχνῖται Διονυσιακοῖ* vel *περὶ τὸν Διόνυσον*. Hinc mentio theatri Teii in titulis supradictis in quibus decernuntur honores Cratoni cuidam Pergameno a conventu artificum.

CXIII.

3. *'Αγορανόμου*, nempe patrium. Aliter adjectum foret *'Ρωμαίων*, ut in Pergameno nostro cit. in not. ad titulum CXII. Conf. ibidem de Logista.

10. *Νεωκόρου*. Conspicitur, Eckhelio monente, Neocoratus Trallensium in solius Caracallæ nummis[x]. Præferunt quoque hæc nonumenta epigraphen, **ΙΕΡΟϹ . ΔΗΜΟϹ.**[y], nempe propter cultum Jovis Larasii cujus et caput et epigraphen monstrant autonomi. Hunc Larissæum appellat Strabo in notitiis Trallianis[z], ubi et Argivo-Thracicam originem urbi tribuit. Certe cultu religioso Jovem, tanquam tutelarem suum, in primis prosequebantur Argivi[a].

14. *Συγκλήτου*. Designatur ambitiosius[b] Senatus Trallensis, ut in pari

[u] Titul. XXI. p. 91.

[v] Vide Eckhel. IV. p. 195. a.

[w] Libr. XIV. 1. p. 179. T.

[x] Doctr. etc. III. p. 127. a.

[y] Ibid. p. 124. a.

[z] Libr. XIV. 1. p. 188. De Larissis vide ab eodem prolata in libr. IX. 5. pp. 311. s.

[a] Conf. Pausan. II., 20, 3. 22, 8. 24, 2, 4. Confirmant nummi in Eckhel. II. p. 288. b. qui typum aquilæ ferunt. Nomen Larissæum vel Larasium ex origine Pelasgica ductum puto.

[b] Vide Eckhel. ubi supr. p. 125. a.

titulo Smyrnæo, quem ex Sponio expressi in priore Fasciculo[c], quum usitatior fuerit consuetudo designare per Βουλάς senatus Græcorum in provinciis. Attamen in nummis etiam conspicimus titulum fastosiorem: ex. c. Autonomis Trallensium, **ΙЄΡΑ . CΥΝΚΛΗΤΟC.** quem et in Smyrnæis[d]. Hoc, nisi in hisce censeamus Senatum Romanorum intelligi, ut in nota ad titulum supra memoratum in libello priore statutum reperient lectores.

16. **Μύσται.** De Mystis conf. titt. Smyrnæos Böckhii, nn. 3173. 3176. 3194. 3210. ubi habemus *σύνοδος μυστῶν, σύνοδος τῶν μυστῶν τῆς μεγάλης θεᾶς πρὸ πόλεως Δήμητρος*, et cum artificibus Dionysi Brisei conjunctos *μύστας* in conventu singulari, n. 3190. Præsides collegii designati videntur in n. 3173. 17. s. *πατρομύσται*, *patres* (i. e. principes), *mystarum*.

Recensentur in genere a Plutarcho[e] Ἱερεῖς, Μύσται, Μυσταγωγοί, quorum hi a Dionysio Areopag. et *μύσται* vocantur.

CXIV.

1. Ἐνθάδε, etc. Titulus, ut monui in VV. LL., in Celenderi[f] repertus, et in lectione v. 7. discrepans a Beaufortiano, in Chelidoniis descripto. Barbariem sonat et *κεῖτε*, ævi sequioris pro *κεῖται*, et poesin ostentans stilus.

Pro Βίλλον in v. 7. videtur Franzius prælatum habere Κίλλον. Hoc temere dictum, nam crediderim nomen impertitum fuisse ex sermone patrio, non Græco. Erat nimirum commercium arctissimum Cilicum cum Syris; immo ipsam Celenderin fuisse a Syro quodam Sandoco[g] exstructam novimus ex Apollodoro. Quid igitur vetat putemus ab origine Chaldæa, nempe בַּל, *cor, animus*, ut sic *carissime!* audiverit apud familiares juvenis dilectus? Prorsus huic convenit appellatio Romana, *cor meum! anime mi!* cui similis in omnibus fere, quas novi, linguis exstat. Est quoque Arabicam, بال

[c] Pag. 199.

[d] Echkel. II. p. 554. a.

[e] Alcibiad. XXXIV. Conf. XXII.

[f] De hac urbe Cilicum vide Strab. XIV. 5. p. 222. T. Ptolem. v. 8. Scylac. p. 38. Plin. v. 22. 2. Melam, LXXIV. "Castellum" appellat Tacitus in Annal. II. 80. Memorat et Josephus, Antiq. J. XVII. 5. 1. His adjungas Eckhel. III. p. 51.

[g] Vel Sandaro, Tithoni nepote, ὃς (inquit Apollodorus) ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν ἔκτισε Κελένδεριν. Bibl. III. 13. 8. Sæpissime obv. in cod. sacr. nomen צָדוֹק, ut in Paralip. I. 12. 28.

CXV.

2. Αὐτοκράτωρ. Quis fuerit dubitandum. Cogitavi in primis de Probo ex vestigiis in vv. 3. 19. 20. nam colonos Italos fuisse in Pamphyliam deductos, imperante Probo, discimus ex historicis[h]: sed hoc omisi propter nomen *Flavium*[i] luculenter in titulo, vv. 2. 8., exstans, quod Probo minus convenit. Deinde succurrebat Leo, idem nempe qui in Sardiano VIII. prioris libelli memoratur, et huic favere puto simulacra quæ in marmore apparebant, in v. 2. 8. In v. 7. init. hæreo: erat fortasse *rhetorum* mentio facta; sed de sequentibus καὶ οἰκήτορες nullus dubito. In v. 8. conspicimus fortasse ἐφόρων, hoc est, magistratuum, *ephororum*, quod bene congruit traditis a Strabone de gentibus Chersonesum australem Asiæ minoris habitantibus. Nempe Doricam prosapiam vocabulum refert. In v. 9. ad Byzantinum plane accedimus, γαληνότητος, *serenitatis vestræ*, quam designationem fastosam imperatorum satis a Suicero[k] tractatam reperient legentes. In v. 11. θεσπίζομεν verterim, *edictum facimus*, nam de edendo oraculo quale apud antiquos[l] invaluit nullus hic sermo est. In v. 12. Irenopolitarum[m] luculenter meminit titulus, et fortasse in ea civitate ephori munere functus erat Mithradates, cujus mentio fit in v. 13. In v. 14. vertas τινῶν αὐθεντίαν, *quorundam auctoritatem;* nam vetus significatio *homicidium* ex sermone Græcorum dudum exoleverat. In 15. dicitur προχειρίζεσθε pro προχειρίζεσθαι, ε pro αι, ut in Sardiano consimili supra allato. Vertas, *in manus tradere*, vel etiam *constituere, eligere*, ut in Teio Böckhii[n], et Philostorgio[o]. In v. 18. restitui Σελευκέων. Poteram et Κωρυκίων. De reliquis nemo conjecturam fecerit: sola quæ potui exarare erant κατὰ χεῖρα ἀνταξίως, at nexum stabilire nequeo. Habent Alexandrini εἰ μὴ πορεύεται κατὰ χεῖρά σου, hoc est, *si morem gerere recuset illa;* sed in loco nostro fortasse verteris, *pro virili parte*[p].

In concinnando hoc titulo fragminibus aliquot quæ circumcirca jacebant

[h] Vopisc. Hist. August. p. 239. Zosim. I. p. 62.

[i] De hoc prænomine, ex familia Chlori desumpto, vide Eckhel. vol. VIII. p. 500. qui sequitur Ducangium.

[k] Thesaur. Eccles. I. p. 723.

[l] Ex. c. Herodot. VIII. 135.

[m] De hac urbe vide Eckhel. III. p. 57. ss.

[n] Vol. II. p. 631. n. 3045. 5. Conf. et 3541. 5.

[o] Eccl. Hist. III. 28 p. 492.

[p] Nimirum, ut apud Latinus *vim, robur, potestatem*, aliquoties significat *manus*. Sed nolo in apparatu tam jejuno tricari.

usus sum, quæ aptata qua potui solertia dedi, nimirum ad extrema vv. 2. 3. 11. 12. 14. 15. Ex primo cui incidi fructum maximum percepi ob nomen Leonis in eo satis conspicuum.

CXVIII.

1. *Διαφέρουσα*, *quæ pertinet ad Leonem*. Sic in Smyrnæo ex nostris CLI. 10. *μὴ διαφέροντα*, sc. *τῷ γένει*. In Böckh. ex Gronovio, n. 3329. *τοῦτο τὸ ἀγγεῖον διαφέρει Αὐρ. Θεοκτίστῳ Μαρκέλλῳ*. Conf. et n. 3282. et Stratonicensem (ex Sherardo) n. 2715. *b*. v. 5. quem et repetiit Fellowsius[q].

CXXII.

Τόπος est *locus sepulturæ*, ut in Aphrodis. Fellowsii[r], *Τόπος Λουκᾶ Φιλοπόνου*, et nostro LXXIII. probabiliter. Conf. Hierapolitan. Franzii[s], ex Chishullo, *Ἡ σορὸς καὶ ὁ τόπος ὁ περὶ αὐτήν*, etc.

CXXV.

1. *Ἐπὶ Ἀλεξάνδρου*. Memoratur in hoc versu pater archontis, sed nomen deletum fuerat ex marmore. Magistratus non fit mentio in nummis Solorum[t]: citatur vero inter Eckhelianos[u] singularis ex Vaillantio, qui vicinorum Tarsensium fuit, cum inscr. **ЄΠΙ . ΑΡΧ . Γ . ΟΜ .** quod jure interpretatur Eckhel. *ἐπὶ ἄρχοντος*, non, ut fecerat Vaillantius, *ἐπὶ ἀρχιερέως*.

5. *Θυόμενος*. Marmor in hac parte deficiebat. Scripseram in primis *εὐχόμενος*, succurrebat vero Xenophontis illud[v], *Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες, θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά*.

[q] Lycia, p. 369. n. 93. 5. ubi conf. not. Wieneri. Illustrat locut. titul. infr. CCXLVIII. 14. *κήδεται τῶν ἡμῖν διαφερόντων*. Fortasse quoque Paulinum illud, Galat. II. 6., *οὐδέν μοι διαφέρει* quod Vulgat. *nihil mea interest*. Aliorsum Schleusnerus in voc. *διαφέρει*.

[r] Lycia, p. 360. n. 70.

[s] Fascic. p. 33. n. 3914.

[t] De Coryco Ciliciæ, unde hi tituli relati sunt, videsis Strab. XIV. 5. p. 224. T. Plin. V. 22. 2. Eckhel. III. p. 53. Erat, opinor, titul. CXV. ex Crambusa ins. cujus et meminit Strabo ubi supr. Aliquando conjeceram Elæusam (*Ἐλαιοῦσσαν*, Strab.) quæ et Sebaste appellata: vide Plin. ubi supr. §. 3. Joseph. Antiqq. XVI. 8. p. 558. Oppian. Halieut. III. 209. Eckhel. ubi supr. p. 81.

[t] Hoc antiquum nomen, postea Pompeiopolis. Conf. Strab. ubi supr. p. 225. Stephan. Byz. p. 613. Laertium in Solone, p. 13. Dion. XXXVI. 20. fin. Xenoph. Expedit. Cyr. I. 2. 14. Plin. V. 22. 2. Eckhel. ubi supr. p. 67.

[u] Ubi supr. p. 78. a.

[v] Exped. C. II. 2. 3.

6. Θρόνον, *sedile augustum, solium.* Donaria quædam hic memorata crediderim. Pertinet θρόνος in genere ad omnia numina, sed præstantiore sensu ad Jovem; hinc Suetonius[w], ex quodam incognito, *fugit et auratos Jupiter ipse thronos.* Sic et Plinius[x], de pictura Zeuxidis. Notatum video ab Albrico, Jovem pingi solitum in throno eburneo, etc., in libro de imaginibus deorum[y].

Exstiterat fortasse in hoc situ templum alicui deo sacratum, Jovi ipsi, vel uni eorum quorum effigies[z] in nummis civitatis apparent, de quibus adeas Eckhelium. Dionysus certe in his non memoratur, sed racemum (βότρυν), cultus ejus insigne, video[a]: porro cophinus in titulo ipso erat ex numero donariorum quæ Baccho offerre consuerunt vinitores[b].

In summa conjecerim nos delubrum Dionysiacum hic conspicere, et τέμενος, quod in CXXVII.[c] videtur nominari, κῆπος, *hortus Bacchi.* Loculi (θάκαι) qui cum cetera supellectile sacra a cive insigni paratæ dicuntur proderant fortasse in recipiendis thesauris sacris. De sepulcralibus quis in tali situ cogitaverit?

Quod additur (sine dubio μόνος), expediverim ex loco Albrici supra allato, ubi traditur consuetudo sumptus in hujusmodi donariis conferendi. Illustrat hoc titt. supr. LXVIII. LXIX.

CXXX.

1. *Sergia.* Tribus memoratur, una ex rusticis, quæ appellationem habuit ex gente ejusdem nominis[d]. Deinde, in v. 2., *Classis Prætoria Misenatium*[e], quæ ad tutelam maris inferi, ut Ravennatium, superi, collocata est ab Augusto. *Prætoriæ* appellabantur, in primis quia inter ceteras eminebant, ut *prætoria* inter naves: deinde, instar cohortium prætoriarum, tuebantur Principem et Italiam.

[w] In August. LXX.

[x] Libr. XXXV. 36. 4.

[y] Cap. 2.

[z] Sc. Solis, Palladis, Dianæ: Doctr. nn. ubi supr. p. 68.

[a] Ibid. p. 67. b.

[b] Conf. Philostr. in vit. Apollon. cit. in Pitisci Lexic. I. p. 564. a.

[c] In hoc conjeci Κήπου ἔσοπτος, sc. τόπος. Vide Herodot. II. 138. ἱρὸν ἔσοπτον. Nihil melius habeo.

[d] Vide Ascon. in Cic. Orat. pro C. Cornel. extr. Pitisc. ubi supr. III. p. 688. b. Gruter. p. CVII. 3. CCCVII. 5.

[e] Vide Tacit. Hist. III. 57. Gruter. p. DXXI. 5. Pitisc. ubi. supr. I. p. 458. ubi et explicatur appellatio *prætoria.* Conf. et inscriptt. in II. p. 583. a.

De Selinunte vide Ptolem. v. 8. Dion. LXIX. 33. Plin. v. 22. 2. dicta quoque Trajanopolis. Fluvii cognominis meminit Strabo, ubi supr. p. 222. Regio erat *Selenitis*, vel ut scripsit Ptolemæus, *Selentis*, ex hac urbe denominata: hinc nomen Turcicum deductum arbitror.

Erant et aliæ classes, Gallica, Pontica; in fluviis, Rheno, Danubio, Euphrate; necnon Africana et Alexandrina, ad frumenta in urbem deferenda, de quibus non est hujus loci disserere.

Vibus in hoc v. i. e. *vivus*, dicitur ut sæpius ζῶν in Græcis. Vide not. supr. ad LXXXIII. 1. et conf. CCLI.

CXXXI.

8. Ἄβαν. Nomen illustre in hac regione, ut refert Strabo, summam dignitatem nactum, faventibus Antonio et amasiuncula[f] ejus.

CXXXII.

1. Γερμανικῷ. Sic appellatur Hadrianus quia per adoptionem titulos Trajani conquisiverat. Exstiterant et alii, quos secundum formulas notissimas facile explebit lector. In lacuna conficienda v. 5. med. adhuc hæreo.

Quod scribit doctissimus Böckhius in obss. ad hoc fragmentum, sc. *Dubito an non ad sarcophagum hæc pertineant*, minime tenendum reor: contra, lapidem in quo insculpta fuerat dedicatio postmodum fuisse in loculo coagmentando elaboratum.

CXXXVI.

1. Τιμὴν. Conjecerat Böckhius Διὶ μέν, et felici augurio, spectatis nummis, qui certe Jovem præferunt[g], sed invito monumento. Apographum Arundelli quo usus est vir summus incuriose nimis descriptum fuerat ut quis saniora ex illo educere queat. Plurima a nostro abesse doleo quæ in titulo recenti inerant, sed visum penitus eludebant litteræ. Unam dumtaxat et alteram in serie confusa agnoscere poteram.

CXXXVII.

4. Διάκονος. Nempe, famuli sacerdotum; quorum opera utebantur inter ministrandum. Patet ex v. 15, officium non dedignatos fuisse vel insigniores.

Ex nominibus illud Καμπᾶς in v. 5. rarius est. Video inter Plautina[h] ex gentilitio factum.

[f] Ubi supr. p. 227.

[g] Eckhel. II. pp. 529. s.

[h] Trinum. II. 4. 144. Trucul. v. 50.

CXL.

4. Ἀντὶ δύο ὀβ. etc. Hæc repetenda statui ut paulo exactiora iis quæ in argumento tituli dedi legentibus proponam.

Notissimum est in primis *obolum* Græcorum fuisse sextam partem drachmæ. In hoc consentiunt auctores[i].

Dein, *assarius* Latinus (Græcis ἀσσάριον) idem valebat ac *as*, ut ex Varrone[k] discimus.

Restat ut exactam rationem Denarii ad Drachmam exquiramus, nam eos ad amussim non congruisse colligere licet ex Tacito[l]. Hanc ex ponderibus constitutis definivit Pitiscus[m] fuisse 3:4.

Sequitur exinde, compositis rationibus, Obolum fuisse ad Assarium ut 20:9, hoc est in ratione paulo majore ea quam invenimus constitutam a Polybio[n]: tradidit enim historicus Assem dimidium valuisse quartam partem oboli, hoc est, rationes ad invicem fuisse 2 : 1.

Volebant ergo qui magistratibus obstabant naulum constituere plus minus semisse minorem quam fecerant primores civitatis, Dite in hoc negotio gravissimo sane auctore usi, *φέροντες ὀβολόν - - - μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον*[o].

Dolet vehementer periisse decretum ipsum quod homines seditiosos[p] procul dubio pro meritis excepit, objurgatione, supplicio, multa: quippe ad fiscum res pertinebat, id quod collegia municipiorum instar omnium movet. Servavit fortasse Comicus[q] *τὸ θέμα*:

> *Ἐν πλοιαρίῳ τυννουτῳί σ' ἀνὴρ γέρων*
> *Ναύτης διάξει δύ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών.*

[i] Dioscorides, tom. XIII. opp. Galeni, p. 984. Ἡ δὲ Δραχμή, ἡ καὶ Ὁλκὴ λεγομένη, ἄγει γράμματα τρία, τουτέστιν ὀβολοὺς ϛ'. Conf. p. 981. Suid. Polluc. IX. 60. Ex Latinis, Plin. XXI. 109. 1. Vitruv. III. 1.

[k] De L L. VII. 88. med. Conf. Liv. v. 32. Plutarch. Camill. CXXXV. Vide Kypkii Obss. sacr. tom. I. p. 57.

[l] Annal. I. 17.

[m] Lexic. A. II. p. 24. b.

[n] Hist. II. 15. 6.

[o] Lucian. De Luctu, X.

[p] Dicuntur in v. 6–7. συνεστηκότες, *qui conspirarunt*. Sic Demosth. Except. adv. Zenothem. p. 885. 2. Ἔστιν ἐργαστήρια μοχθηρῶν ἀνθρώπων συνεστηκότων ἐν τῷ Πειραιεῖ. Conf. Or. adv. Androtion. p. 605. 3. et al.

[q] Ran. 139. s.

CXLI.

2. Οὐλπίαν. Dedi in priore libello[r] versus aliquot tituli qui ad hanc Marcellam spectat, inter Thyatirenos, a Sponio et Peysonnelio. Hinc Böckhius, n. 3057. Obvius quoque est alter, ut monui in VV. LL., viz. n. 3058., ab omni parte nostro similis, nisi quod ἀγωνοθέτην habemus femininum.

Ex hisce Böckhianus prior videtur ætate antecessisse, nam quæ in illo declaratur esse ἱέρεια τῆς Ἀρτέμιδος, in altero dicitur gessisse sacerdotium illud. Nimirum probabile est Marcellam cuidam nupsisse, quod si verum sit sententiæ favet memorari in Böckhiano, n. 3157., filiam ejus Marcellinam, summam Sacerdotem Veneris cœlestis.

Liquet porro ex nostro feminam insignem et apud Smyrnenses et Thyatirenos sacra ministeria exercuisse; proinde honoribus ab utrisque auctam.

De Asiarchia particulari quæ memoratur in v. 6. etc., vide notam ad tit. LIX. 4. supr., necnon de feminis magistratibus, ad LXXIV. fin. Cultus matris Sipylenæ erat ἐξόχως Smyrnæorum et Magnetum: vid. Fascic. prim.[s]

CXLIV.

1. Πλάτανος. Hoc nomen cum sequente Νίκη conjunxi, obsequutus mori ætatis sequioris, cujus exemplum habemus infr. in tit. CCXXVI. ult. Melius fortasse legeris Νίκῃ, ut ara sit Victoriæ, vel in memoriam Nices cujusdam, quæ cum dedicante fuerat conjuncta, posita.

CXLV.

3. Ῥουφῖνος. Nomen erat inter Smyrnæos insignius. Vide not. ad tit. LXXI. 3. supr.

CXLVII.

5. Ἀσιάρχαι. Vide LIX. 4. et de feminis, sub finem.

[r] Auctar. p. 182.

[s] Ibid. p. 201. Infr. CXLIX. 9.

CXLIX.

1. Τρύφων. Exstat nomen in Böckhianis Smyrn. nn. 3268. 3388. Antiochis quoque in 3220.

2. Διαπεφορημένον. Nempe partes sarcophagi disjectas emerat Trypho, quas, ut coagmentarent, opificibus deinde tradiderat. Vox διαφορέω in sensu discerpendi, distrahendi, etc. obvia est in Euripide[t]: ex. c. Ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασιν. Et, Χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν. Demosth. ut in Orat. adv. Aphob.[u] Ὧν κοινῇ διαπεφορημένων, τὸ τρίτον δήπου μέρος παρὰ τούτου μοι προσήκει κεκομίσθαι. Et in Appellat. contr. Eubulid[v]. Τούτων τινὲς ἐπὶ τὸ οἰκίδιον ἐλθόντες ἐν ἀγρῷ νύκτωρ ἐπεχείρησαν διαφορῆσαι τἄνδοθεν. In sacr. Jerem. xxx. 16. LXX. Καὶ ἔσονται οἱ διαφοροῦντές σε εἰς διαφόρημα.

CL.

1. Θεόδωρος. Nomen infr. CLII. et in Böckh. Sm. 3225. Sic et Nicias in v. 2. ap. Böckh. n. 3361. et Nicius in 3140. 41. Suppleverim post Νικίου, Νέωνος, quod videmus in Smyrn. Böckh. 3141. 26. Deinde cum conjuge veniunt ἀπελεύθεροι, ut sexcenties, secundum consuetudinem Romanam[w]: ex. c. in titulo ex via Flaminia; Q. CORNELIVS. HERMA. ET. CASSIA. LAIS. FECERVNT. SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM. Conf. tit. CCXXVII. 3. infr. et Smyrnenses. *f. g.* in Auctario Fascic. pr.

6. Ἀντιποιήσασθαι. Constructio hujus verbi apparet in seqq. ex Demosth.[x] Καὶ τοῦ πρωτεύειν ἀντιποιοῦνται μὲν ἅπαντες, ἀφεστᾶσι δ' ἔνιοι κ. τ. λ. Ὧν δὲ μηδὲν αὐτῷ προσήκει τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Porro Xenophont.[y] Ἐπεὶ δὲ Κῦρος τέθνηκεν, οὔτε ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς. Et in alio loco[z], Ἦσαν γὰρ οἱ λοχαγοὶ πλησίον ἀλλήλων, οἱ πάντα τὸν χρόνον ἀλλήλοις περὶ ἀνδραγαθίας ἀντεποιοῦντο, sc. *vied with one another*.

[t] Bacch. 739. 1210.

[u] Ed. Reisk. p. 822. 27.

[v] Id. p. 1319. 13.

[w] Pitisc. Lexic. Ant. III. p. 409. a. *Libertos enim in Patroni familia semper numeratos fuisse constat.*

[x] Philipp. IV. p. 145. 9. De Rhod. libert. p. 192. 15.

[y] Exped. Cyr. II. 3. 23.

[z] Ibid. V. 2. 11.

9. Περὶ αὐτοῦ, sc. μνημείου. Dein incipit periodus distincta, περί τε τούτου, *nimirum de hoc*, i. e. de hac materia, nisi velis κωλῦσαι τι τῶν ἐξουσίων, etc. περὶ τούτου, sc. μνημείου, quod vix amplector.

CLI.

Φιλικισσίμα. Nomen obvium in Böckh. Smyrn. n. 3272. 3. Σκρειβωνία Φηλεικισσίμα. Alterum, sc. viri ejus in 6. habemus in n. 3305.

2. Θωρακεῖον. Erat *maceria* seu *septum* in quod imponebatur sarcophagus, ipsum in cellulas distributum quæ a Græcis ἐνσόρια appellabantur, ita dicta quia ad recipiendas σορούς, vel σόρια, erant aptata[a]. Simile θωρακείῳ est in nostro vernaculo *Breast-work*, quia altitudo ejus erat pectoris humani. Videtur et *maceriæ* inter Romanos respondisse, *qua clusum est* monumentum, ut in titulo quem citat Pitiscus[b] perhibetur, cui ditiores saltem eximiam operam impendisse collegerim ex loco Suetonii[c] in quo, contumeliæ causa, dicitur Nero *bustum Claudii consepiri, nisi humili levique maceria, neglexisse.* Adstabant diversa, nempe, cœnaculum (σωλάριον[d]), de quo Pitiscus ex tit. supra dicto, et cetera ὑπερῷα quæ in titulo Sm. Böckhii, n. 3278., enumerantur: ad hæc factus est ascensus per scalare (κλίμακα) quod septo monumenti appositum est.

Pleraque quæ nunc moneo vidi in insigni heroo in sede Assia commoratus. Reliquiæ scalaris adhuc manebant, cum septo fere illæso: at pro sarcophago desuper imminebant tegulæ et imbrices barbarorum. Intus cineres ipsi absumpti. Memini poetæ:

Dust long outlasts the storied stone;
But thou—thy very dust is gone!

3. Προκοννησίαν. Nempe, ex marmore Proconnesio. Memorat Strabo[e]; Προκόννησος, πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον. Similiter et Vitruvius[f]. Conf. Fascic. I.[g] et titt. Smyrn. Böckh. nn. 3268. 3282.

Mentio fit et alterius sarcophagi, sc. μυλίνου, in v. 5. quod explicui in

[a] Vide Patin. Maittair. Prideaux. citatos a Böckhio, vol. II. p. 758.

[b] Lexic. III. p. 402. b.

[c] In Nerone, XXXIII.

[d] Vide Fascic. I. p. 202.

[e] Libr. XIII. 1. p. 92.

[f] Libr. II. 8. p. 64. X. 7. p. 297.

[g] Pag. 202.

VV. LL., et accedit fides ex Böckhiano, n. 3371. 4. In sacr. cod.[h] obvium λίθος μυλικός, in Galeno[i], μυλίτης λίθος. Descripseram ipse μύδινον, ut in VV. LL. monui, effictum ex μύδος, *mutus*, *surdus*, et de versu Statiano[k] cogitavi, *surdum atque ignobile muros Firmat opus*. Hinc sensum extricavi, minus affabre factum, nullo ornatu instructum sarcophagum, qualis erat Proconnesii, anaglypho.

10. Μὴ διαφέροντα. Vide not. supr. ad tit. CXVIII.

15. Πρὸ πέντε Καλ. nempe V. Cal. Patet diversa ratione ab Attica processisse Calendarium Smyrnæorum, quum ex congruentia hic posita sequitur Hecatombæonem illorum incepisse cum VIII. Cal. Jun. vel in nostro cum Maii 25to.

CLII.

2. Ζῶν. Vide supr. ad tit. LXXXIII. 1. Formula in v. 4. καλουμένου occurrit in CVII. supr. Erat fortasse propter adoptionem. Vide Böckh. nn. 3141, 27. 3216. 3288. 3312. etc. In ult. notabile est **ΕΓΟΝΟΙΣ**, quod aliquando inscitiæ vel incuriæ quadratarii tribueram: sed video in Smyrn. Böckhii, n. 3332. scriptum **ΕΣΟΡΙΑ**.

CLIII.

1. *Tiberius*, etc. Ætas hujus tituli, ut monitum habent legentes in argum. VV. LL., est an. U. C. 804. P. C. 51. et imperii Claudiani XI., Augusto ipso et Orfito Coss. Hæc edocemur ex Fastis, adjecto numero consulatus in v. 5[l]. Apponitur quoque numerus tribuniciæ potestatis, quod et insigne reddit hoc monumentum, et fidem addit iis quæ ab Eckhelio, nummis citatis, adversus Mazzolenum disputantur in capite ejus de tribun. potest. in volumine ultimo præclari ejus operis inserto[m].

Supplet quoque lacunam hæc inscriptio in recensu Eckheliano[n] titulorum toties et tanto cum fastu repetitorum Imperatoris, nimirum inter XVIII. ex XXIV. Congruit porro cum eo quod de parcitate Claudii in semet augendo tradit Suetonius[o], *prænomine Imperatoris abstinuit;* necnon cum narratis a Dione[p] de

[h] S. Marc. IX. 42.
[i] Therap. XIV.
[k] Thebaid. IV. 359.
[l] Vide Eckhel. vol. VI. p. 242. b.
[m] Pag. 408. a.
[n] Id. vol. VI. p. 249. b.
[o] In Claud. XII.
[p] Libr. LX. 8. 21. Conf. Eckhel. ubi supr. pp. 247, s.

iteratione *cognominis*, propter res præclare gestas in Mauritania et Britannia, etsi neque in hoc neque altero bello ipse interfuerit.

Movent mihi maxime molestiam numerales, quorum aliquot servantur in v. 6. Habemus sane pro comperto Claudium natum fuisse apud Lugdunenses Galliæ in an. U. C. 744.[q]: proinde quum componeretur hic titulus, egisse eum annum ætatis sexagesimum. Huc fortasse respiciunt numerales, si conjicere fas sit notam X fuisse in aliquo monumento unquam toties iteratam : nec credo consuesse titulorum hujusmodi artifices ætates Imperatorum immiscere.

CLIV.

Titulis de sanctitate et asylia Teiorum civitatis præfigenda duxi quædam ex historicis in primis petita ad originem resque gestas et jura pertinentia, quæ, maximam partem, commentarii instar sequentia illustrare possint.

Ortum gentis (ut mythica posthabeam quæ, non minus quam vicini Ephesii, arcessiverunt in nummis[r] Teii) traditur a Pausania[s] fuisse ex Minyis Orchomeniis ab Athamante ductis. Hi Æolidæ : deinde vero immigrarunt, duce Apœco, Iones, et non multis annis post Athenienses, auspicibus Codridis Damaso et Nauclo, Bœotique sub Gera. Hæc et a Strabone[t] memorantur, ordine vero immutato ; *Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον* (sc. *κτίζει*), *διόπερ Ἀθαμαντίδα καλεῖ αὐτὴν Ἀνακρέων, κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, Ναῦκλος υἱὸς Κόδρου νόθος, καὶ μετὰ τοῦτον Ἄποικος καὶ Δάμασος, Ἀθηναῖοι, καὶ Γέρης ἐκ Βοιωτῶν*.

Teii cum ceteris Ioniæ incolis in servitium redacti sunt ab Harpago, quod demum ægre ferentes cives ab urbe antiqua discedunt Abderamque condunt[u]. Hinc notum proverbium inter Græcos, ad declarandum non deesse perfugium in rebus molestis, *Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία*[v].

Teios et memorat Herodotus[w] in loco ubi consortium eorum cum Ionibus, scil. Chiis, Phocæensibus, et Clazomeniis, necnon cum Doribus Rhodi, Gnidi, Halicarnassi, Phaselidis, Æolibusque Mitylenæ narrat in exstruendo templo in

[q] Conf. Dion. LX. 5. Sueton. Claud. II. Eckhel. VI. p. 288.

[r] Eckhel. vol. II. p. 563.

[s] Libr. VII. 3. 3.

[t] Libr. XIV. 1. p. 163. T.

[u] Vel potius *recipiunt:* vide Herodot. I. 168.

[v] Strab. XIV. 1. p. 180. T. Conf. Voss. ad Melam, II. 2. n. 120.

[w] Libr. II. 178.

Ægypto quod Hellenium vocabatur, id quod communitatem sacrorum quæ in titulis, etc. perhibetur illustrat: deinde in altero[x], mentione facta prælii navalis cum Persis, in quo cum ceteris Ionibus infelicem eventum experti sunt Teii.

In bello Siculo ab Atheniensibus invitis auspiciis capessito memorantur Teii a Thucydide[y] inter copias auxiliares civitati eorum subditas. Tradit idem[z] postea muros Tei a sociis Chalcidei, Clazomeniis Erythræisque, adjuvantibus barbaris, dirutos.

Civitatis cum rege Antiocho amicitiam fidemque erga illum refert Livius[a], quapropter eos prætoris Æmilii iram fuisse expertos; statum vero postmodum recuperasse, conciliata erga se voluntate Romanorum, plurimis testimoniis colligitur, fide præsertim nummorum[b] in quibus obvia est epigraphe **ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΚΤΙΣΤΗΣ.**, nimirum Octavianus, cujus ope urbem denuo restituerant, fuerantque ex templi honore dignitatem neocoriæ adepti. Secundam postea additam reperimus in nummis Marci Aurelii et Faustinæ junioris[c].

Mitto notissimum, Teon in recensu civitatum fœderatarum ubique fere a scriptoribus poni; in primis Herodoto[d], inter Romanos Vitruvio[e]. Quod a Velleio[f] videtur prætermissa tribuitur a doctissimo Vossio errori codicum. His in unum corpus communi fœdere conjunctis fuisse propria jura, conventus, ludos, magistratus sacerdotales, abunde vel ex nummis[g] comprobatur, qui et **ΚΟΙΝΟΝ . ΓΙ . ΠΟΛΕΩΝ** commemorant, et Frontonem quemdam, Asiarcham simul et Summum Sacerdotem. Huc accedit nummus Milesiorum[h] in quo notantur Ludi Panionii.

Sed hæc norunt omnes. Pluris valet meminisse religionis Teiorum quippe ad titulos illustrandos maxime facientis. In primis, in nummis autonomis cernuntur *gryphes*, quod jure suspicatur Eckhelius[i] Apollinis cultum indicasse, nam inter probe comperta est deum latuisse sub forma hujus monstri fabulosi[k], quod et amplius firmatur per conjunctionem *gryphis* cum *lyra* in quibusdam

[x] Libr. VI. 8.
[y] Libr. VII. 57.
[z] Libr. VIII. 16. 20.
[a] Libr. XXXVII. 27. s.
[b] Eckhel. II. p. 564. a.
[c] Ibid. p. 564. b.
[d] Libr. I. 142. Recenset civitates Strabo in XIV. 1. pp. 162. s. T.
[e] Libr. IV. 1. p. 104. Bip.
[f] Hist. I. 4. 3.
[g] Eckhel. vol. II. pp. 507. ss.
[h] Ibid. p. 583. a.
[i] Ibid. p. 563. a.
[k] Conf. Philostr. in vita Apollon. III. 48. Porphyr. in libr. II. laudat. a Servio ad Eclog. v. 66. Claudian. XXVIII. 30. Sidon. XXII. 66. a.

nummis Teiorum[l]. De hoc adeas Spanhemium[m]. Præstantior vero, et cui plurima adsunt testimonia, inter Teios religio erat numinis, circa quod quasi in illorum agro ortum gloriabantur, Bacchi. Verba Diodori[n] sunt; *Τήϊοι τεκμήριον φέρουσι τῆς παρ' αὐτοῖς γενέσεως τοῦ θεοῦ, τὸ μέχρι τοῦ νῦν τεταγμένοις χρόνοις ἐν τῇ πόλει πηγὴν αὐτομάτην ἐκ τῆς γῆς οἴνου ῥεῖν εὐωδίᾳ διαφέροντος*[o]· *τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ἱερὰν Διονύσου δεικνύουσι τὴν χώραν, οἱ δὲ ναοὺς καὶ τεμένη διαφερόντως ἐκ παλαιῶν χρόνων αὐτῷ καθιδρυμένα*· immo et Teii, qui hoc ipsum argumentum putandi sunt adduxisse quum rogaverint ceteras quam plurimas urbes ut agnoscant sanctitatem Teii soli, propter cultum Bacchi, et asyliæ jura. Suffragantur nummi[p], in quibus exstat effigies Bacchica cum insignibus, hedera, thyrso, botrye, vel symbola conjuncta cultus ejus cum Apollineo, gryphe.

Comprobatur quoque religio Dionysiaca ex iis quæ tradit Vitruvius[q] de templo Liberi Patris apud Teios in loco ubi de ratione disserit inter altitudines columnarum et intercolumnia: *Hujus exemplar Romæ nullum habemus; sed in Asia Teo hexastylon Liberi Patris:* et postea[r]; *Hermogenes* (sc. edidit volumen) *de æde Dianæ Ionica, quæ et Magnesiæ pseudodipteros, et Liberi Patris Teo monopteros.* Hujus templi, nisi fallente judicio, restant adhuc apud situm vetustum quem perhibent doctiores indicia; nam quod opinati sunt quidam, vicum Turcicum *Siyahdjek* littori vicinum, cum portu arctissimo et aggeribus oppleto, Teiorum antiquam sedem occupare, id veritati prorsus absonum credo. Immo *Cherræïdarum*[s] vestigia in hoc oppidulo agnovi commoratus, reliquias vero urbis celeberrimæ esse longius a portu quærendas, nempe ad primum vel secundum milliarium, meridiem versus. In hac parte recognoscere est et stationem navium quam memorat Geographus illustris[t]; spatium ipsum intra

[l] Eckhel. ubi supra, p. 563. a.

[m] Dissert. v. pp. 271. s.

[n] Bibl. Hist. III. 65.

[o] Similes præstigias sacerdotum memorat Pausanias de Eleis et Andriis in VI. 26. 1.

[p] Eckhel. ubi supra, p. 563. a.

[q] Libr. III. 2. p. 90.

[r] Præfat. libr. VII. p. 193.

[s] Sic et Pocockius, Itin. cap. II. p. 42. ss. Inscr. p. 21. In nomine latere suspicor memoriam Bœoti Geræ, qui inter Tei conditores supra occurrit. Vide Böckh. vol. II. p. 651. a. Meminit Strabo in XIV. 1. p. 180. *Ἔστι καὶ ἄλλος λιμὴν ὁ πρόσβορος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς πόλεως, Χεῤῥαῖδαι.*

Habemus per nomen Turcicum expressa *vada cœnosa* quæ nunc Cherræïdarum portum deformant.

[t] Ubi supra. *Καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ χεῤῥονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα.* Veritatem opticam (quam vocant) exprimunt Pliniana; *Clara vero in alto Teos cum oppido*, quasi insula fuerit: v. 38. 2. Equidem a mari conspecta talem speciem monstrare

pomœria satis amplum ruinæ ædificiorum complent. Sed quod me præsertim movebat dum rudera perlustrarem erat templi Hermogenei species minime obscura, ubi et titulum descripsi, cum zophori, qui taurinum caput[u] præferebat, similitudine expressa. Cetera omnia manifestiora abiere, nec cuivis, nisi *τῆς ἀρχιτεκτονικῆς* perito, foret in promptu rem ad amussim revocare de ædium mensuris quales prodit Vitruvius.

Quid cetera jamdudum satis cognita persequar? Properantem ad finem brevitas decet, parum vero litterarum oblivio. Monet me Strabo[v]; *Ἔνθεν δ᾽ ἐστὶν Ἀνακρέων, ὁ μελοποιός, ἐφ᾽ οὗ Τήϊοι, τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν.* Gloria erat patriæ *vinosi musa senis, fides Teia*[w]. Subinde Geographus[x]; *Εἴρηται δὲ καὶ περὶ Ἀπελλίκοντος, ὅτι Τήϊος ἦν κἀκεῖνος. γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως.* Immo quoque Erinna, scriptorum quorumdam fide[y];

Παυροεπὴς Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς,
Ἀλλ᾽ ἔλαχεν μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.

* * * * * * *

1. *Πολυῤῥηνίων.* Cretenses erant; urbs eorum Dictynnæ cultu nobilitata.

poterat urbs antiqua. Meminit et Tei Mela in I. 17. p. 26.

[u] Indicium vere Bacchicum. Conf. Athenæum, XI. p. 476. a. *Διόνυσον - - - - Ταῦρον καλεῖσθαι ὑπὸ πολλῶν ποιητῶν· ἐν δὲ Κυζίκῳ καὶ ταυρόμορφος ἵδρυται.* Consimiliter a Diodoro, III. 68. describitur *κερασφόρος*, a Plutarcho, de Iside, etc., *ταυρόμορφος*, sc. *ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων.* Euripidis verba sunt in Bacchis, 100. (quibus conf. Euphorion. in Schol. Arati Phænom. 178.) *Ἔτεκεν δ᾽, ἁνίκα μοῖραι τέλεσαν, ταυρόκερων θεόν.* Sophoclis (apud Strabon. XV. 1. p. 252. T.) *Νύσσαν, ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει.* Nec debemus omittere Orphicum (H. 44.) *ταυρομέτωπος*, vel Ionis Chii cit. in Athenæo, II. p. 36. e. *Ἄδαμον παῖδα, ταυρωπόν, νέον οὐ νέον*, quibuscum concinunt sequentia in p. 38. e. *ταύρῳ παρεικάζουσιν τὸν Διόνυσον.*

De hac re consulere potest lector erud. Pitiscum in Lexic. A. vol. I. p. 329. a. et Diodorum, cum Plutarcho in Quæst. Græc. XXXVI. veritatem symboli tractantem, quod vero alienum est a nostris quæ in hoc versantur ut per speciem antiquitatis conservatam ob oculos legentium ponant situs illustris vestigia.

[v] Libr. XIV. 1. p. 184. T.

[w] Ovid. Art. am. III. 330. Remed. am. 762. Trist. II. 364. Horat. Carm. I. 17. 18.

[x] Ubi supra. De Apelliconte Teio, librorum potius quam sapientiæ studioso, plura reperient legentes in libr. XIII. 1. pp. 124. ss. de Aristotelis scriptt.

[y] Conf. Leonid. Tarent. in Analectt. Brunck. I. 241. Antip. Sidon. ibid. II. 69. Sappho æquiparatam habemus in Epigram. I. 67. n. 14. Adeas quoque de Erinna Propert. II. 3. 22. Plin. XXXIV. 19. 9. Stobæi Serm. VII. De Fortitudine; ubi citatum reperitur Epigramma supra dictum in quo Lesbiam fuisse refert scriptor.

Hoc scriptores[z]. Nummi quoque autonomi exstant in quibus (referente Eckhelio) *videtur typus eo adludere, quod narrat Suidas, Cretenses apud hanc urbem sacra facere esse solitos*[a]. Certe hodie manent prope arcem antiquæ urbis parietinæ ædium sacrarum quæ fortasse Dictynnæ fuere, nunc ecclesiæ Græcæ Palæocastrensium fundamenta. Restant et mœnium ruinæ, quæ a colonis Achæis et Laconibus exstructa narrat Strabo[b].

Hujus populi et meminit Polybius[c] conjunctim cum Ceretis, Lampæis, etc. Lyttiis opem contra Cnossiorum tyrannidem ferentis, legationisque eorum ad Philippum et Achæos, ut sibi ad bellum prosequendum et confirmandos animos sociorum auxilia mitterent : quod non irritum cadebat.

Ibid. Κόσμοι. Sic appellati principes viri in urbibus Cretensium magistratum obeuntes, Eleuthernæis, Istroniis, Sybritiis, Hierapytniis, Priansiis, etc. quod ex titulis[d] liquet.

Notum est profluxisse ex politia Cretensium Lycurgeam, quæ inter Lacedæmonios recepta est, elaborata vero magis et exacta. Hinc analogiam quærit inter singula Strabo[e], quorum hæc nomina retinebant, illa mutabant, ex. c. Ephororum, quos eosdem fuisse cum Cosmis tradit. Dein, ex illorum numero summos magistratus decem fuisse electos. Hi Ἄρχοντες.

Cosmorum meminit et Aristoteles[f]: fuisse numero decem, quorum unus erat Eponymus, vel, sequioris ævi, Protocosmus.

6. Ἀπολλοδότῳ καὶ Κολώτᾳ. Horum nomina cernuntur et in plurimis aliis Chishullianis quos edidit Böckhius : Eleuthernæorum, n. 3047. Istroniorum, n. 3048. Axiorum (Ϝαυξιων), n. 3050. Lappæorum, n. 3056. Omitto Rhaucios et Polyrrhenios, quorum decreta præsto sunt.

5. Ἄσυλον. Rem dudum eximie tractavit doctissimus Spanhemius[g] de asylis præcipuis apud Ethnicos, de limitibus eorum definitis, et de vera ratione dictarum in nummis urbium *ἱερῶν καὶ ἀσύλων*. Breviter dicendum, asylorum

[z] Conf. Strab. x. 4. p. 377. T. Plin. iv. 20. 3.

[a] Doctr. etc. vol. ii. p. 318. b.

[b] Ubi supra. Εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν, τειχίσαντες ἐρυμνὸν χώριον βλέπον πρὸς μεσημβρίαν.

[c] In Turb. Cretens. (L. iv.) c. 53, 6. 55, 1.

[d] Viz. Chishull. in Böckh. vol. ii. pp. 634. ss.

[e] Libr. x. 5. pp. 380. s. 385. T.

[f] Polit. ii. 10. Conf. Inscr. Gruter. p. MLXXXIV. 9. Marm. Arund. in Reinesii Syntagm. vii. 22. p. 491 quod inter Böckhiana observo, 2556. Gruterianum quoque in n. 2572. In hoc, v. 10. memoratur Protocosmus, et in seqq. 2573. etc.

[g] De usu, etc. Dissert. ix. pp. 667. ss.

haud unam fuisse olim rationem, seu quoad spatium illius juris indultum seu quoad personas quibus concessum est perfugium. Certe templorum quorumdam asylis id permissum legimus ut omnibus promiscue receptus daretur, ab aliis vero graviorum criminum reos, sacrilegos, servos fugitivos, abreptos.

Asyliam passim comprobant nummi. Citat Spanhemius[h] Apamensem (Syriæ); Cæsariensem (Tyri); Pergæum; Ephesinum[i]. Sed de hac materia, gravioris quippe momenti, explicatiora proferre libet.

Definiuntur[k], in primis, loca asyla, *quæ sive reis, non involuntariis modo, sed interdum etiam voluntariis, perfugium præbuere, sive quæ ab hostibus invadi spoliarive nefas habitum.* Ad hoc jus admissæ primitus aræ, deorum simulacra, templa, tum vestibula, porticus, et his adjacentes luci, vineæ, denique totæ urbes, regiones, insulæ. Illustrant hæc passim scriptores. Scribit Plutarchus[l]; Ἔστι δούλῳ φεύξιμος βωμός· ἔστι καὶ λῃσταῖς ἀβέβηλα πολλὰ τῶν ἱερῶν· καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται, θαῤῥοῦσιν. Quod silvæ fuerunt interdum asyla constat ex loco Virgiliano[m], *Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Rettulit.* Urbes porro, ut Ephesus, regiones, ut Elis, insulæ, ut Delos, idque vel causa notorum numinum vel sacrorum certaminum. Patebant servitiis, obæratis, maleficis, quorum primum et ultimum memorat Plutarchus in loco supra citato, cum quo conferendus est alter[n], scil. Κεῖται μὲν (asylum) ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον· ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις. Eadem refert Tacitus[o] quem infra citabimus. De asylo speciatim tributo obæratis in templo Ephesino adeundus est Spanhemius[p].

Ob hanc impunitatem criminis in versu notissimo infamiæ notam a Satirico merentur asyla[q].

Exstat quoque sensus in quo perhibentur ἄσυλοι civitates, a quibus non tantum non licebat supplices, qui perfugio haud plane indigni videbantur, repetere, sed quia datum ut immunes a subeundis belli oneribus et spoliationis militaris periculo quodammodo agerent[r]. Hinc a Græcis repositum nonnun-

h De usu, etc. Dissert. IX. p. 663.

i Vaillant. Gr. Imp. Numm. p. 164.

k Eckhel. vol. IV. p. 308. a.

l De Superstit. c. IV.

m Æneid. VIII. 342. Conf. Liv. I. 8. Dionys. II p. 88.

n Theseus, XXXIV.

o Annal. III. 60.

p Ubi supra, Dissert. IX. p. 670.

q Juvenal. Sat. VIII. 278.

r Spanhem. ubi supra, p. 673.

quam cernimus pro ἄσυλον, ἀπόρθητον. Convenienter dixit Sallustius[s], *inspoliatum fanum*, et Livius, *inviolatum solum*[t], nimirum Samothraciæ.

Pluribus modis constituebatur jus asyli. Valuit in primis præscriptum antiquitatis, cujus a Tacito[u] præbetur illustre exemplum, quum Ephesii cum ceteris civitatibus senatum adierunt rogantes ut templis eorum jura asyli confirmarentur: nempe prætendentibus illis religionem Dianæ a primordio rerum apud se integram servatam, a Libero Patre, Hercule, dein a Persis, Macedonibus, Romanis, inviolatam, immo auctam, habitam. Ejusdem coloris erant quæ ab Aphrodisiensibus[v], Cypriis, aliisque afferebantur. Atqui his argumentis modum quemdam statutum fuisse vel ex eo liquet quod Consules, ad quos res fuerat permissa, retulerunt, *Apud Pergamum Æsculapii compertum asylum - - - - ceteros obscuris ob vetustatem initiis niti*[w]; ex. c. Smyrnæos, Tenios.

Valuit quoque sacri cujusdam concilii, quale erat Amphictyonicum, decretum, quod probatur ex eodem Tacito[x]; *Is quoque annus legationes Græcarum civitatum habuit, Samiis Junonis, Cois Æsculapii delubro, vetustum asyli jus ut firmaretur petentibus. Samii decreto Amphictyonum nitebantur, quis præcipuum fuit rerum omnium judicium, qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, ora maris potiebantur.*

Principis quoque valebat auctoritas cui summa rerum tribuebatur. Exemplum hujus petendum est ex decreto Callinici de Smyrnæis notissimo[y]; Ὁ Βασιλεὺς Σέλευκος εὐσεβῶς τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς διακείμενος - - - - ἔγραψεν - - - πρὸς τοὺς Βασιλεῖς καὶ τοὺς Δυνάστας καὶ τὰς Πόλεις καὶ τὰ Ἔθνη, ἀξιώσας ἀποδέξασθαι τό τε ἱερον τῆς Στρατονίκιδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον. Huc quoque referenda sunt decreta S. P. Q. R. et Imperatorum quæ Aphrodisiensibus cum Plarasiis junctis, et Stratonicensibus, asyliæ jura et sanctitatis tribuerunt[z]. Hoc jus aliquando et Prætores exercuerunt, pro munere eorum imperatorio, cujus proditur exemplum a Hierocæsariensibus in Tacit. ubi supra, nempe, *Memorabantur Perpernæ, Isaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo sed*

[s] Epist. ad Cæsar. II. 2.
[t] Libr. XLV. 5.
[u] Annal. III. 61.
[v] Ibid. c. 62.
[w] Ibid. c. 63.
[x] Ibid. IV. 16.
[y] Marm. Oxon. Chandler. II. 26. Böckh. II. p. 691. n. 3137. §§. 6. 11. 12.
[z] Conf. Tacit Annal. III. 62. Titt. Chishull. pp. 150. ss. Fellows. nn. 91. 92. p. 367. Apud Böckh. nn. 2715. 2737.

duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Delubrum erat Persicæ Dianæ.

Denique satis valebat consensus cum invicem populorum ut huic vel alteri confirmaretur jus asyli. Huc vel maxime respiciunt quæ in nostris CLIV., ss. et Chishullianis, jura sacri Teiorum soli fœderibus mutuis stabilientia, traduntur.

Nummi plurium civitatum indicia habent memoriæ prodita sanctitatis, vel solius memoratæ vel cum asylia conjunctæ ipsis concessæ. Exempla demere est ex catalogo Eckheliano[a], inter maxime illustria, Antiochiam Syriæ, Ephesum Ioniæ, Hierosolyma Judææ, Tarsum Ciliciæ[b], Phœnices Sidonem et Tyrum[c]. Epigraphæ in omnibus fere communes, qualis est, **ΤΗΣ . ΙΕΡΑΣ . ΚΑΙ . ΑΣΥΛΟΥ.** Antiochenorum, nempe ob cultum Apollinis, asylo apud Daphnen constituto, quod bene ex scriptt. apocryph.[d] illustratur, *Παρήλεγχεν ἀποκεχωρηκὼς εἰς ἄσυλον τόπον ἐπὶ Δάφνης τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν κειμένης*. Ephesiorum quoque, cum mentione facta numinis, **ΑΡΤЄΜΙϹ . ЄΦЄϹΙΑ . ΑϹΥΛΟϹ**[e]. Sanctitatem Hierosolymorum satis per nomen ipsum declarabant Græci, ut Hierocæsarienses et Hierapolitæ varii. Sed et hanc cum libertate confirmat epistola Antiochi VII. ad Simonem Pontificem et Ethnarcham in scriptt. apocr. *Καὶ ἐπέτρεψά σοι ποιῆσαι κ. τ. λ. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ τὰ ἅγια εἶναι ἐλεύθερα*[f]. Optime hoc, quatenus ad sanctitatem spectat, illustrant nummi Simonis ipsius, qui recensentur anni 1mi, 2di, 3tii, in opere Eckheliano[g], cum epigraphis קדשה ירושלם et ירושלים הקדשה, in litteris Samaritanis. Mansit,

[a] Vol. IV. pp. 307. ss.

[b] Eckhel. II. p. 72. a. *Jupiter in Tarsi numis typus frequens, sed constat etiam insignem ejus fuisse in hac urbe cultum, a qua nomen quoque Διὸς Τερσίου tulit.*

[c] Nempe, propter Divæ imaginem quam meruit Sidon: vel quia Astartes religio apud Sidonios floruit: Eckhel. III. pp. 365–70. Deinde de Tyro scribit, p. 386. a. *Fuisse Tyrum sacram et asylum historia quoque docet: nam Demetrius II. prælio victus Tyrum religione templi se defensurus petiit, ut narrat Justinus,* XXXIX. 1. *Hæc privilegia ei attulerit religio Herculis.* Conf. p. 385.

[d] Maccab. II. 4. 33.

[e] Eckhel. II. p. 517. a. III. p. 271.

[f] Maccab. I. 15. 7.

[g] Vol. III. pp. 466. ss. Conf. Maccab. II. 3. 1, 12. Nimirum Sanctitatis a veterum religione confirmatæ habemus confessionem, et, ut decebat, assertionem per verba sacerdotis, quum Tabernaculum Divinum (אֹהֶל יְהֹוָה) una cum Ara (מִזְבֵּחַ) in eo (sc. templo) fuerit repositum, quibus jus asyliæ tributum fuisse concludendum est ex Exod. XXI. 14. Nec tamen, ut obiter moneam, omnibus reis perfugium dabatur, ut ex loco ipso citato liquet, necnon ex supplicio homicidæ in Regg. I. 2. 28. ss. qui manu prehenderat. Vide infra.

ut obiter notem, ad nostram ætatem appellatio honorifica apud ipsos infideles. Sic Arabes habent قدس مبارك, قدس شريف et كعبه قدس, quorum secundum et Turcæ adsciverunt, secundum illorum constructionem, قدسی شريف.

Revertamur ad auctoritatem principum virorum in asylis constituendis. Hoc jus non modo sibi assumebant rectores, sed et limites in majus augendi, vel etiam circumscribendi, quorum testimonia suppeditant auctores. De Ephesino narrat Strabo[h]; *Ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν καὶ πρότερον· τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις, Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου, καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον· Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο, καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως. ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν, ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.* Taciti verba exscripsimus supra de Hierocæsariensibus, quorum non templo dumtaxat sed et duobus millibus passuum asylia concessa est: tituli porro Smyrnensis decretum Callinici referentis per quod urbs tota sancta et inviolata prædicabatur. Pariter ex titulo nostro CLV. censendus est Antiochus auctoritate sua Teiorum jura promovisse, idque propter cultum Bacchi, ut Ephesiorum, propter Dianam.

Ceterum ex hoc instituto asylorum videntur, antiquitate teste, incommoda multa profluxisse. Declaravit in primis Strabo, cui deinde sua addidere Tacitus[i] et Suetonius[k]. *Crebrescebat* (inquit ille) *per Græcas urbes licentia atque impunitas asyla statuendi: complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum, receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi flagitia hominum ut cærimonias deum protegentis. Igitur placitum ut mitterent civitates jura atque legatos. Et quædam, quod falso usurpaverant, sponte omisere; multæ vetustis superstitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant.* Dein pergit historicus memorare legationes Ephesiorum, Magnetum Ioniæ, Aphrodisiensium, Stratonicensium, civium Hierocæsareæ, Cypriorum, *aliarum quoque civitatum,* in quarum recensu ponuntur Pergameni, Smyrnæi, Tenii, Milesii, Sardiani, Cretenses: neque abfuisse Teios crediderim, his ipsis titulis, quorum tres ob oculos legentium statuo, fretos. Facta demum senatuscon-

[h] Libr. XIV. 1. p. 176. T.

[i] Annal. III. 60. ss.

[k] Tiber. XXXVII. ubi vide Excurs. Ernestii, et Wolf. in Edit. Lemaire, vol. I. p. 474.

sulta *quis multo cum honore, modus tamen præscribebatur, jussique ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.*

Eadem ferme Suetonius qui verissime scribit Tiberium *vim asylorum abolevisse*, nimirum legibus præscriptis quæ umbram relinquebant, vi ablata.

* * * * * * *

Hæc de asylis Gentium reputantibus quanto præstantiora institutis hominum placita œconomiæ Divinæ, quatenus Israelitis tradebantur de sanctuariis constituendis, videntur. Notæ sunt omnibus [l]עָרֵי מִקְלָט - - - - - לָנוּס שָׁמָּה כָּל־מַכֵּה־נֶפֶשׁ בִּשְׁגָגָה, quarum fines intra dabatur perfugium reis homicidii ubi voluntas actioni deerat, non item sicario, cui facinus sanguine erat piandum. In his nemini malefico erat locus[m]; cavebat tantum misericordia Divina ne vindicta fines justos transgrederetur, raperenturque ad supplicium extremum cædis voluntariæ insontes. Hoc cum populorum orientalium in simili materia consuetudine bene et apposite comparatur a quibusdam[n]; neque a re nostra alienum censeo, quoniam me persuasum habeo id viros quosdam doctos[o] nimis perfunctorie statuisse quod Asyla fuere *inventa Græcorum*. Quid, quæso, fuit Cadmi illud apud Thebas, a Pausania[p] memoratum; Herculis porro Athenis[q]; immo heroum Homericorum in littore Rhœteo Sigeoque[r], ut alia antiquitatis venerandæ taceam, nisi vestigia institutionis Divinæ, cujus in ipso rerum primordio indicia quædam submonita habemus (sic enim textum in Genesi[s] de perfugio homicidæ omnium primi interpretor), deinde vero in œconomia Mosaica præcisa magis et explicata?

7. Ἀπροφασίστως, *nullo prætextu allato quo minus rem exsequamur; voluntate prompta.* Intelligitur ex Demosthene[t]; Οἳ δύναμιν λαβόντες ἔχουσαν θυμὸν

[l] Numer. xxxv. 15.

[m] Pæne dixerim seqq. Euripidea ex œconomia divina fuisse hausta: Ἐγὼ γάρ, ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ Βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν, Πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἄν, οὐ τρέσας θεούς· Κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν ἀεί. Vide Incert. ap. Beck. n. XLII.

[n] Ex. gr. in Dict. Calmeti, vol. III. Append. n. X. pp. 22. ss. ex Itinerario Niebuhrii, pp. 197. ss. vers. Angl.

[o] Conf. Pitisc. Lexic. A vol. I. p. 194. b.

[p] Libr. IX. 12. 2.

[q] Strab. XIII. 1. p. 103. T. Serv. ad Æneid. VIII. 342.

[r] Stat. Thebaid. XII. 497. s.

[s] Cap. IV. 15. s.

[t] Orat. Funebr. p. 1396. 1. R.

ἀήττητον καὶ ἀπροφάσιστον καὶ φιλοτιμίαν ἐφάμιλλον οὐδενὶ τούτων ὀρθῶς ἐχρήσαντο. Utitur et adverbio, in sensu speciali, in seq.[u] *Ὀργισθέντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀπροφασίστως ἤδη στρατεύουσιν ἐπὶ τὰς Πλαταιάς.* Apud Euripidem[v] *θάνατος ἀπροφάσιστος* est *mors inopinata;* sed locus est inter obscuriora.

17. *Ξένια.* Vertit Chishullus, *Lautia ex lege*, seu *legitima.* Erant dona hospitalia legatis solenniter præbita, de quibus adire possis Livium[w] in locc. plur. Versioni fidem facit Plutarchus[x]; Τὸ *γὰρ παλαιὸν (ὡς ἔοικεν) οἱ ταμίαι* (Quæstores) *ξένια τοῖς πρεσβεύουσιν ἔπεμπον (ἐκαλεῖτο δὲ Λαύτεια τὰ πεμπόμενα), κ. τ. λ.* Sed in SCto vetere quod bilingue obvium est inter Gruteriana[y], videtur vox *παροχή* Lautiis respondere (quod video et a Passovio[z] expressum); *Munusque. Eis. Ex. formula. Locum. Lautiaque. Quæstorem. Urb. Eis. Locare. Mittereque. Ξένιά τε αὐτοῖς, κατὰ τὸ διάταγμα, Τόπον, Παροχήν τε, τὸν Ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι κ. τ. λ.* Angl. *Entertainment.* Videntur et distingui a Polybio[a]; *Ξένια καὶ παροχὰς τὰς μεγίστας ἐξέθηκεν αὐτοῖς,* nempe Attalo et Fratribus.

Ceterum notat Chishullus[b] Cretenses in his lautiis parandis præbendisque eminuisse ut videre est ex Odyssea[c], ad quem locum memorat Eustathius eorum *ξενικὰς τραπέζας* et *συσσίτια.* Eadem et Strabo[d], et Athenæus[e] ex Dosiada et Pyrgione, de rebus Cretensium scriptoribus.

CLV.

1. *Ῥαυκίων.* Erant mediterranei Cretæ, referente Stephano, et in nummis cernuntur quos citat Eckhelius[f] ex Museo Cæsareo. Nomen videtur adhuc conservari in viculo *Rhoka* prope *Ayo Martyro* (*ἁγίου μάρτυρος*) sito, ubi ves-

[u] Adv. Neær. p. 1879. 17. R. Conf. Lapid. Cydon. in Böckh. n. 2554. 19. 23.

[v] Bacch. 990.

[w] Sc. XXVIII. 39. XXX. 17. XXXIII. 24.

[x] Quæst. Roman. XLIII.

[y] Inscript. p. DIII. Conf. Ursin. ad Polyb. XXV. 6. 6.

[z] Enchirid. Serm. Gr. vol. II. p. 265. a. collat. cum p. 515. a.

[a] Loc. supr. memorat. quocum conf. et XXXII. 19. 2. *Πρὸς δὲ τούτοις διεσάφουν, μὴ κατάλυμα δοθῆναι σφίσι, μήτε παροχήν.*

De his muneribus consulere potest lector cum fructu Salmas. ad Solin. p. 612. Dodwell. Append. Prælectt. Camden. p. 688.

[b] Antiqq. Asiat. p. 127.

[c] Libr. τ', 185. ss.

[d] Libr. X. 4. p. 383. T.

[e] Libr. IV. 22. p. 143. a–f.

[f] Doctr. etc. vol. II. p. 320. a. Conf. Num. Anecdot. p. 154. s.

tigia cernuntur oppidi antiqui. Similiter in *Arkhadi*, plus minus tres horas distante, civitatem Arcadum agnoscimus.

De Cosmis antea dictum in nota ad CLIV. 1.

7. Ἀντιόχω. Conf. not. in VV. LL. Agesandri Rhodii officiis usus est Antiochus ut antea Euclis ad conciliandos Ægyptios, Asiam minorem invasurus. Hoc accidebat in anno A. C. 197. quo exeunte rex in Epheso commoratus est animosque Asianorum tentabat. Chishullus vero de epocha recentiore cogitat, nempe A. C. 194. Certe hoc tempore degebat iterum in Epheso Antiochus, unde contra Pisidas bellum prosequutus est qui soli Asianorum imperium ejus detrectaverant. Immo et in anno prægresso, quum bellum contra Romanos moturus legationem fictam ad Flaminium miserat[g].

Ceterum nomen hujus Agesandri, cum patre Eucrate, et patria Rhodo, obvium cernimus in decreto Eleuthernæorum, v. 14. n. 3047. Böckhii.

Ibid. sq. Πρειγευτᾶ. Erant formæ Dorico-Æolicæ, πρεῖγυς[h] h. e. πρεσβύς, πρειγεύτας sc. πρεσβευτής, quæ cum πρείγιστος[i], πρειγήϊον[k], ex lapidibus innotescunt. Hoc nimirum ex Digammo exortum est, sc. πρεσϜυς, πρεῖγυς, etc. ut in exemplo Buttmanni προσϜελειν, προυγελεῖν.

CLVI.

1. Κυδωνιατᾶν. Urbem Cydoniam memorant Strabo[l] et Plinius[m]: hic Cydonem appellat. Refert prior in monte ejus Tityro exstitisse templum Dictynnæum. Ex urbe illustri profluxisse arbitror nomen insulæ hodiernum, *Candia*, necnon oppidi, quod appellant *Canea*, vel *Khania*, prope sedem antiquam positi.

Notissimum est eos fuisse peritos in primis rei sagittariæ et arcuum conficiendorum, quod ex nummis in libro Eckheliano[n] illustratum reperiet lector.

[g] De rebus gestis Antiochi in hac nota memoratis vide Polyb. XVIII. 32. Appian, Res Syriac. *init.* S. Hieronym. ad Prophet. Daniel. c. XI. Liv. XXXIII. 38.

[h] Vide Valckenär. ad Theocrit. Adoniazus. (v. 63.) tom. II. p. 451.

[i] Conf. Böckh. Marm. Cydon. n. 2554. 57. quod et πρήγιστος in marm. Hierapytn. n. 2562. 23. solita diphthongi conversione.

[k] Ibid. ex Marm. Arundel. n. 2556. 29. et πρειγεία, ibid. v. 32. Conf. Böckh. de Dialect. Inscr. Cretic. vol. II. p. 405. b. Buttmanni Lexilog. XCVI. §. 5.

[l] Libr. X. 4. p. 377. 5.

[m] Libr. IV. 20. 2.

[n] Doctr. etc. vol. II. p. 309. a. Indicatur quoque cultus Bacchi in nummis, n. 310. a. ibid. Hoc explicat verba decreti seqq. τὸν Διόνυσον καὶ αὐτοὶ σεβόμεθα, ut in nota exponitur.

4. **Καὶ αὐτοί.** Congruit hoc typo nummi inter Eckhelianos, nempe *capiti Bacchæ hedera et corymbis redimito*, cum epigrapha, **ΚΥΔΩΝ.**

6. **Προέστακαν.** Nempe, ut inter homines *προστάται*, *patroni*. Illustrat loc. Demosth.[o] **Καὶ τοσούτῳ ῥᾷόν ἐστιν ἰδίᾳ τινὰς θεραπεύειν, ἢ τῶν ὑμετέρων δικαίων προΐστασθαι.** Non absimile sonat nostrum ; *To stand forth in behalf of*, (ut hic) *in honour of the god.*

CLVII.

8. **Προκαθηγεμόνος.** Edocet Osannus[p] quod per appellationes Ἡγεμὼν et **Καθηγεμών**, nude positas, designabatur Iacchus, ut ductor coloniæ, vel auctor civitatis, etc. Sic et Apollo Ἀρχηγέτης ; supr. XCVI. 9. Occurrit posterior in Böckhianis, n. 3067. 2. 3068. 5. sc. *καὶ τῶν (τεχνιτῶν) περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον*, idque præstanti ratione, quum, referente Diodoro[q], *Τήϊοι - - - παρ' ἑαυτοῖς ἀποφαίνονται (Διόνυσον) τεκνωθῆναι· καὶ - - - τεκμήριον φέρουσι τῆς παρ' αὐτοῖς γενέσεως τοῦ θεοῦ κ. τ. λ.* nimirum propter cultum antiquissimum, quem et nummi[r] passim eloquuntur, numen erat Teiorum *dux* et *auspex.*

Simplicior sensus, *dux viæ*, abunde illustrandus venit ex scriptoribus : sic Herodotus[s], *Οἱ κατηγεμόνες τῆς ὁδοῦ βουλόμενοι τὸ πᾶν ἐξηγέεσθαι*, et antea[t], *καλέσας δὲ τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ.* Plutarchus[u] ; *Λέγεται δὲ αὐτῷ τὸν μὲν ἐν Δελφοῖς ἀνελεῖν θεόν, Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον*, et brevi postea[v], *Ἐξέπλευσε τόν τε Δαίδαλον ἔχων καὶ φυγάδας ἐκ Κρήτης καθηγεμόνας.* Huic sensui primigenio bene convenit alter quem ex Synesio citant Lexicographi[w], *instructor*, *monitor*, sc. *τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων.* Licet vero altius repetere. In Kathegemone hic memorata videmus *Μυσταγωγόν*, Ministram sacram ad mysteria instruentem : quid vetat et hoc de Baccho prædicare, mysteriorum instauratore et præside, quapropter et hic nuncupari videtur specialiter *Προκαθηγεμών*, hoc est, ceterorum præstantissimus, quasi *Ἀρχιμυσταγωγός?*

10. **Ἐφήβων - - - παίδων.** Vide quædam memorata de horum officio in cærimoniis, in Decreto Stratonicensi apud Böckhium, n. 2715. vv. 7. 11. 15. 21.

[o] Orat. adv. Timocrat. p. 700. 22. R.
[p] Syllog. p. 259.
[q] Bibl. Hist. III. 65.
[r] Eckhel. Doctr. etc. II. p. 563.
[s] Libr. VII. 128.
[t] Ibid. 128.
[u] Thes. XVIII.
[v] Ibid. XIX.
[w] Conf. Stephan. Thesaur. etc. in voce.

22. Comparanda sunt tituli Beaufort. in Franz. n. 4332. 8. s. *Ἱερατεύσαντα τῆς προκαθηγέτιδος τῆς πόλεως θεᾶς Ἀθηνᾶς Πολιάδος.*

12. *Ἀρεσκείας.* Induxi hoc quippe literarum ductibus in marmore magis congruum. Potuerim et Θρησκείαις, cum Böckhio. Verterim *placationibus debitis*, cui favet analogia verbi, ex. c. *ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι* apud Xenophontem[x]. Verbalis porro, ut in Herodoto[y], *πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια.* Deinde habemus in v. seq. *θυμιᾶσθαι*, *incendere odores*, cujus illustrationem usumque in cærimoniis ex Herodiano[z] petas; *Ἐς δὲ τὸ οἴκημα τὸ δεύτερον ἀνακομίσαντες τὴν κλίνην, τιθέασιν ἀρώματά τε, καὶ θυμιάματα πάντα, ὅσα γῆ φέρει κ. τ. λ.* Deinde; *τούτων δὲ συντελεσθέντων, λαβὼν λαμπάδα ὁ τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος, προσφέρει τῷ οἰκήματι· οἱ δὲ λοιποὶ πανταχόθεν πῦρ περιτιθέασι· πάντα δὲ ῥᾷστα ἀνάπτεται εὐμαρῶς ὑπὸ τοῦ πυρός, φρυγάνων τε πλήθους καὶ θυμιαμάτων ἐπινηθέντος*[a].

14. *Πορείαν.* Explicueram prius *ἑορτήν*, ex loco Pausaniæ[b]; *Λέγουσι δὲ καὶ Ἄνδριοι παρὰ ἔτος σφίσιν ἐς τοῦ Διονύσου τὴν ἑορτὴν ῥεῖν οἶνον αὐτόματον ἐκ τοῦ ἱεροῦ.*

17. *Τὸν δέ*, etc. Conf. Decret. Stratonicens. supra citatum, v. 14. *Ἐὰν δέ τι τούτων μὴ πραχθῇ, οἱ μὲν Ἄρχοντες καὶ ὁ Παιδονόμος ἔστωσαν ὑπεύθυνοι ἀσεβείᾳ.*

19. *Σηκῷ.* *Sacrario, adyto.* Proprie ubi Numinis simulacrum asservabatur. Vide de voce Lexic. Herodot. Schweighäuseri[c].

CLVIII.

4. *Ἀσίας*, sc. sacerdotem summam Asiæ, Asiarcham. Vide ad titul. LIX. 4. sub fin. De Baccho tutelare urbis vid. argumentum de Teo supr. CLIV.

CLIX.

1. *Ἀνανεώσαντα.* Hoc restitui propter *διαφθαρέν* quod sequitur. Certo

[x] Cit. a Stephan. in voc. *ἀρέσκομαι.*

[y] Libr. VIII. 122.

[z] Sc. in descriptione sua apotheosis Severi, Libr. IV. 2.

[a] Nostra præcipue illustrantur ex Athenæo, pp. 197. 198. e. f., ubi lampadum usus et thuribulorum in pompa Dionysiaca memoratur.

[b] Libr. VI. 26. 1.

[c] Vol. II. p. 269. a. Conf. Nott. tom. VI. P. I. p. 146. a. ad libr. IV. 62. et Strab. XV. 3. p. 326. XVI. 2. p. 378. Tauchn.

certius est nullum locum hic habuisse nomen quale eruerat Pocockius. Vice hujus dedi quod mihi probatius visum.

Constructionem clausulæ insequentis, *κατασκευάσαντα δέ κ. τ. λ.*, teneo, *ἐκ(τῶν) τόκων - - - - ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ πατρός*, etc. Accipienda hæc *χρήματα* reor tanquam prorsus eadem cum *γερουσιακοῖς* infra in v. 11. notatis: parum me movet quod hic pater solus, illic cum matre conjuncta, memoratur. Certe hac ratione habemus quo referamus *τόκων* in v. 2. de quo ambigebat Böckhius.

Προβαλανεῖα in v. 3. certissimum est. Cubicula, cellulas, ante balneum ipsum indicat vel ipsum nomen, ubi vestimenta exuere solebant ingressuri *τὸν λουτρῶνα*, *lacum balinearem*, et lavatione facta, conquiescere. Talia sæpenumero conspexi inter parietinas ædium, quæ adhuc restant, balinearium, in his regionibus versatus.

Ad vocem *Λουτρών* conf. Herodian[d]. *Μέγιστον δὲ γυμνάσιον κατασκευάσας, λουτρὸν δημόσιον ἀνῆκεν αὐτοῖς*, ædificium nempe cujus erat pars *ὁ λουτρών*. Ceterum hic obiter notandum constare ex titulis quod Gerusiis erant et sua gymnasia[e]; memorabatur fortasse unum in parte nostri deperdita, sub finem cujus *τὸ βαλανεῖον* supplevi; hoc enim poscit aliquid, quale est gymnasium, quocum connexum stare possit.

Utrum huic faveant verba Strabonis[f] in loco ubi de Nysa agit, necne, ignoro; *Τῷ δὲ θεάτρῳ δύο ἄκραι, ὧν τῇ μὲν ὑπόκειται τὸ γυμνάσιον τῶν νέων, τῇ δ' ἀγορὰ καὶ τὸ γεροντικόν*. Veri simile est quod per *γεροντικόν* hic indicatur ipsa Gerusia, qualis erat Sardianorum, Nicomedensium, in nostro, Teiorum, etc.

Quod ad *προσκοσμήματα* in v. 5. attinet, satis est dixisse ea fuisse additamenta quæ vel usui vel delectationi inserviebant. Contulerim cum *προσκειμένῳ κόσμῳ* in titul. CCXI. Vide sis Vitruvium[g] de vario ornatu, sc. columnarum, forium, epistyliorum, disserentem. Hic erat *ὁ λουτρών* inter *προσκοσμήματα*[h].

6. *Καταλειφθέντων*. *Testamento relictorum*. Comp. *χρημάτων κατάλειψις* in titulo Sagalassensi libelli prioris[i]: necnon Xanthium[k]; *Τὰ κατὰ διαθήκην*

[d] Hist. Rom. I. 12. Versio Latina quam retuli supra conspicitur in Gruteriano n. 8. p. CLXXI.

[e] Vide Fellows. "Lycia," p. 167, n. 165. 3. s. collat. cum Reinesii Syntagm. Cl. II. 68.

[f] Libr. XIV. 1. p. 189. T.

[g] Conf. libr. IV. 2. 6. V. 1. 7. VII. Præfat. p. 195. Bip.

[h] Pausaniæ verba de Teiorum luxu in ædificiis balneariis apprime illustrat titulus: sc. *Ἔστι δὲ καὶ Τηΐοις - - - λουτρὰ - - - ἐς ἐπίδειξιν πλούτου πεποιημένα*. VII. 5. 5.

[i] Pag. 111.

[k] Fellows. "Lycia," n. 164. p. 411.

ἀπολειφθέντα χρήματα ὑπὸ - - - Ἰουλιανοῦ, τοῦ εὐεργέτου. Congruit Latinum in Tullio[l]; *Quum ei testamento sestertium millies relinquatur.*

7. *Ἀναδεξάμενον.* Constructio haud parum ambigua est: prætulerim, *ἀναδεξάμενον (σιτωνεῖν,* vel *τὴν σιτωνίαν, ἐν) τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τοῖς καιροῖς τῆς σιτ.* etc. ut sit, *In se recipientem munus frumenti coemendi in maxima rei frumentariæ difficultate.*

Seqq. illustrant; *Ἀναδεκομένους - - - - - παρέξειν*[m]. *Πολεμήσειν ἀναδέξασθαι*[n]. *Ἀνεδεξάμην ἐκτίσειν*[o]. Cum casu quarto, *Πάντα ἀναδεχόμενος - - - τὰ τούτων ἁμαρτήματα*[p].

Atqui non tacuerim me in primis descripsisse ex lapide *ἀναδεσάμενον* (h. e. *ἀναδησ.*) quod, ni fallor, sensum legitimum præbet, *se obstringentem occasionibus gravissimis;* quod nos, *pledging himself to the emergencies of the State.* Melius hoc quam *ἐν τοῖς καιροῖς.* Porro notatu dignum est, parem sensum metaphoricum obvium esse in Romanis scriptoribus[q], ex. c. Tacito, Seneca, et all. verborum *obstringo, obligo, religo,* cum casu tertio personæ. Hic *καιρός* tanquam Persona adhibetur.

Pergo ad reliqua expedienda: *Σιτωνία* erat munus *τοῦ Σιτώνου,* cujus obeundi hic notantur *ἀναγκαιότατοι καιροί,* id est, *χαλεπώτατοι, difficillimæ tempestates, most distressing seasons, most critical conjunctures.* Sic apud Romanos *tempus necessarium* est quod dicunt Ionici *ξυροῦ ἀκμή*[r]. Ceterum de locutione conferas marmor Delium (apud Böckhium, n. 2271. 24. s.) *Εἴρηκεν δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς συνόδου ἐν τῷ ἀναγκαιοτάτῳ καιρῷ τὰ δίκαια.*

Σιτώνης erat qui, premente annona, frumento coemendo et in usum publicum reponendo præerat. Innuitur magistratus infra in Philadelpheno, tit. CLXXV. 8. Legimus porro *σιτωνικὰ χρήματα* in tit. inseq. v. 15., quorum fortasse dispensatio ei fuit commissa.

Hic magistratus, ut et *Σιτοφύλαξ,* quem innuunt verba *φυλάξαντα τὴν*

[l] De Offic. III. 24. (Al. 93).

[m] Herodot. v. 91.

[n] Demosth. Olynth. II. p. 20. 5. R.

[o] Adv. Apatur, p. 899. 21. R.

[p] Orat. de Fals. Legat. p. 352. 18. R.

[q] Conf. Cic. Phil. v. 18. fin. Pro Domo, XLVII. Tuscul. III. 17. Tacit. Hist. I. 54. Annal. XV. 53. Senec. De Beneficiis, VI. 11. Conspicitur et sensus metaph. apud Græcos voc. *δέω, ἀναδέω.* Vide Passov. I. pp. 139, 488. a.

[r] Vide Cæs. De Bello Gallico. I. 16. Pari ratione (ut obiter moneam) *ἀνάγκη* et *necessitas;* conf. Xenoph. Memorab. III. 12. 2. Diodor. III. 12. extr. Suetou. Cæs. LXVIII.

εὐθηνίαν, erat, ut norunt omnes, Atheniensium[s], apud quos custodes frumenti et quod invectum est notabant curabantque ut secundum pondera et mensuras a lege constituta veniret. Non absimilem crediderim Teiorum *φύλακα τῆς εὐθηνίας*, nisi velis hunc fuisse *extraordinarium*, quod aiunt, et, sæviente inopia, creatum. Hoc quodammodo declaratur per ipsam vocem *εὐθηνίαν*, ut et quæ præcedunt, *ἀναγκαιότατοι καιροί*.

Reliquum est ut intelligamus in vv. 7–9. memoratum unum et eundem magistratum, in civili œconomia Romanorum vocatum, *Curatorem* vel *Præfectum annonæ*[t], in sermone Græco, *Ἐπιμελητήν*, *Ἔπαρχον*, *εὐθηνίας*[u]. De hoc, qui inde ab Augusti temporibus *ordinarius* factus est[v], satis est commonefactos habuisse legentes.

Quod ad vocem ipsam *εὐθηνίαν*[w] spectat, definire solent *copiosam rerum ad victum necessariarum suppeditationem*, *ubertatem*, *annonam*. Etymon tradunt *θίν* vel *θήν*, cujus, inter ceteras, expositionem habemus apud Hesychium, *ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή, σωρὸς πυρῶν*. Proinde in justo sensu foret *εὐθηνία*, *bona frugum acervatio*. Versio *annona* magis cum *εὐετία* vel *εὐετηρία* congruit[x].

Lis quoque de justo modo scriptionis movetur. Habemus in titulo Osanniano, **ЄΠΙ. ΚΛ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. ЄΠΑΡΧΟΥ. ЄΥΘЄΝЄΙΑϹ.** et pariter, in verbo, aliquando *εὐθενέω*[y], quod prælatum videtur habuisse Thomas Magister, archaismi fortasse studiosus, quum primitus inter *ε* et *η* nullum discrimen exstiterit. In Demosthene codices vacillant.

9. *Προσκαθιερώσαντα*. Dicuntur proprie bona consecrari numinibus, ut in

[s] Vide Potter. Archæol. Gr. vol. I. p. 97. edit. Dunb. Böckh. Staatshaush. d. Ath. I. p. 70. (Edit. Angl. pp. 118. 120.

[t] In Cic. De Legib. III. 3. *Aediles cœratores urbis, annonæ*, etc. Conf. Tacit. Annal. I. 7. XI. 31. et al.

[u] Vide sis Chandler. Inscr. p. 81. n. 137. Inscr. Rosett. v. 13. Titul. Vatican. in Syllog. Osannian. n. LXI. 12. p. 429. Tit. Tloens. Fellows. n. 129. 3. p. 389. Memorat Dio in LIV. 1. *Ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου*.

[v] Vide Dion. ubi supr.

[w] Vide Eckhel. Doctr. etc. N. p. 47. b. Vocem usurpant plures: conf. Herodian. VII. 4. Joseph. B. J. I. 2. 1, Philo de Joseph. p. 542. a. b. Interpp. LXX. in Genes. XLI. 29. 31. etc. Ezek. XVI. 49. Videntur agnovisse Alexandrini tanquam *divam*, Eckhel. num. typ. ubi supr. p. 49. a., ut Corinthii *Εὐετηρίαν*, in marm. Sponiano, Misc. Erudit. Antiq. p. 363.

[x] Cernuntur hæ voces, *εὐετηρία* in Joseph. Antiqq. II. 5. 7. Agnoscit et Demosth. Philip. IV. p. 144. 12. R. *Εὐετία* obv. in versu citato ex Metrodoro De Vaccæis in Pitisc. L. A. I. p. 99. a. Proxime accedit *εὐετύς* in Arati Diosem. 358.

[y] Conf. Aeschyl. Eumen. 904. Demosth. De Chersones. p. 94. 26. R. Ceterum variatur in codd. ut in Orat. De Corona, p. 321. 7. et alibi.

Demosth.[z] Ἴστε γὰρ τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ ὀμόσαντα - - - - - καὶ καθιερώσαντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ, nempe Minervæ. Sic quoque LXX. in Apocryph.[a] Hic quæ civitatis utilitati addicebantur spectantur tanquam *donaria*, ut in tit. infr. CLXXVI. 13. ἀναθέντα., urbe patria quasi pro numine habita.

Simplicior sensus verborum γερουσιακὰ χρήματα est, *Pecuniæ legatæ in usum synedrii Gerusiæ*[b]*:* vide CLXXVI. 23. s. Fenus in reficiendis et ornandis ædibus hujus erogatum vidimus supra in vv. 2. ss.

12. Εἰς δὲ τὴν κ. τ. λ. *Et qui, edicto imperatorio obsequutus, cives, amplissimis muneribus oblatis, persuasos habuerat ut sponte sua militarent.*

Sententiam protuli in VV. LL. Octavianum hic per Σεβαστοῦ intelligendum, qui, victoria apud Actium parta et debellatis Antonio sociisque se ad res Asiæ minoris componendas in primis contulerat. Hoc proposito permultos menses in provincia Asiana mansisse fertur; conscripsisse porro magnam vim militum quos, tutandi causa, in regione illa, necnon in vicinis Ægypto, Africa, reliquit[c].

Huc accedit quod Imperator illustris in nummis Teiorum perhibetur **ΚΤΙΣΤΗΣ**[d].

Probabile ideo reor titulum hunc nostrum, qui memoriæ tradit ædificii insignis reparationem, Octaviano fuisse coætaneum, civemque in eo honoratum, ex ordine Emeritorum, qui fidem suam voluntatemque erga principem commonstrare studuerat, civitate ornata, milite conscripto.

Talia ad hanc quæstionem pertinentia, sed hic compendio prolata, fusius in Actis Academiæ Regiæ Hibernicæ[e] aliquot abhinc mensibus tradidi.

Ἐπιταγή est ἐπίταγμα tituli Sardiani, VIII. libelli prioris[f]. Conspicitur in scriptt. ex. c. Polybio[g]; Ὁ δ' Ἡρακλείδης - - - ἕρμαιον ἡγησάμενος τὴν ἐπιταγήν. Iterum, Οἱ δὲ Φωκαιεῖς - - - - τὰς ἐπιταγὰς δυσχερῶς φέροντες ἐστασίαζον.

[z] Orat. contr. Timoth. p. 1204. 10. R.

[a] Nempe voc. ἀφιερόω. Vide Maccab. IV. 13. 13. De vi præpositionis in προσκαθιερώσαντα vide Schweigh. ad Herodot. VII. 197. 11. et conf. locc. I. 32. III. 65. extr. Vertas Angl. *Devoting, moreover, his private funds in addition to those bequeathed to the Gerusia by his parents*, etc.

[b] Video mecum consentire Böckhium in Annot. vol. II. p. 671. b.

[c] De rebus gestis Octaviani quarum in hoc nota memini, conf. Dion. LI. 4. 18, et Suetonium qui tradit eum inisse 4tum consulatum in Asia, 5tum in Samo: August. XXVI. Vide sis et Echhel. vol. VI. p. 79. b.

[d] Conf. supra argumentum de Teo, p. 358.

[e] Vol. XXI. p. 29.

[f] Vide p. 158. et supr. p. 171.

[g] Reliqq. XIII. 4. 3. XXI. 4. 1.

Affert Schleusnerus[h] vers. Symmach. in cod. sacr. ubi Alexandrini habent *περὶ τοῦ ῥήματος*, comparatque cum Hebr. ‏הֹן‏.

13. Μεγαλοφροσύνης. Declaratur *munificentia*. Illustrat adjectivum in Herodian.[i] Ὡς - - - - *μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα*. Deinde; Κόμμοδος - - - *μεγαλόφροσι δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ στρατιωτικόν*. Adverbium quoque in seq. Ὁ δέ, *ἐπιδοὺς αὐτοῖς μεγαλοφρόνως δωρεάς* κ. τ. λ. Nempe, hic sensus apud recentiores invaluit: in sequiore solebant usurpare melioris notæ scriptores, sc. *animi elatio*, *superbia:* sic Herodotus[k]; *Μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε*, quod explicant Interpp. *ostentationis ergo.*

Pari ratione, in *αὐτομόλους* vers. seq. conspicimus sensum cum vetere discrepantem. Hic erat *Transfuga*, ut in Æschine[l]; *Αὐτὸς ὢν ἀνδραποδώδης, καὶ μονονοὺκ ἐστιγμένος αὐτόμολος*. Perinde dicitur in nostro ac *αὐτόματος*. Illustratio videtur petenda ex Herodiano[m]; *Καὶ εἴ τινες Παρθυαίων αὐτόμολοι, ἢ χρήμασιν ἀναπεισθέντες, ἠκολουθήκεσαν αὐτῷ*. Iterum; *Καὶ εἴ τινες* Π. *ἢ χρήμασι πεισθέντες καὶ αὐτομολήσαντες* - - - *Ῥωμαίοις ἐδούλευον*. Bene ideo Passovius[n] inter sua, *freywillig, ohne Geheiss oder Antrieb gehend.* Vere etymologicus est sensus.

Credo hic sermonem esse de *voluntariis*, quales erant Romanorum Evocati, qui quum vel propter ætatem, vel quod legitima stipendia fecissent, cogi non possent, militiam tamen, urgente occasione, non detrectabant. Hoc illustrat fortasse Tullius[o]; *Quum interea superioribus diebus ex senatus consulto et evocatorum firmam manum et equitatum sane idoneum et populorum liberorum regumque sociorum auxilia voluntaria comparavissem:* hoc est, *citra delectum*, ut de Scipione Livius narrat[p].

15. Sq. Ἀνυπερβλήτους. Vox classica est. Demosth.[q] *Πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον παντὶ λόγῳ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καταλελοίπασιν*; Iterum; *Πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν φιλοτιμίαν τἀνδρὸς ἀνυπέρβλητον εἶναι*. Inter recentiores, LXX.[r] *Κύριε, μέγας εἶ καὶ ἔνδοξος, θαυμαστός ἐν ἰσχύϊ, ἀνυπέρβλητος*. He-

[h] Lexic. V. T. vol. I. p. 885. a. Glasg. in Daniel. III. 16.

[i] Hist. R. I. 5. III. 6.

[k] Libr. VII. 24.

[l] Orat. De male gesta legat. XXV. Conf. Herodot. III. 156. VI. 38. et al.

[m] Hist. R. VI. 7. VII. 2. Sic de *persona αὐτόματος* in Lucian. Conviv. XII.

[n] Enchirid. Gr. L. vol. I. p. 365. a.

[o] Epist. ad Divv. XV. 4. Conf. Liv. III. 57. Lips. De Milit. Rom. I. Dial. 8.

[p] Libr. XXVIII. 45. XXIX. 1.

[q] Orat. Funebr. init. Conf. Olynth. II. p. 23. 10. R.

[r] In vers. libr. Judith, XVI. 13.

rodian.[s] Ὁπηνίκα δ᾽ ἂν ὁ πρῶτός τι δράσας ἀγαθόν, ἀνυπέρβλητον κατάθηται χάριν, κ. τ. λ.

In titulis Osannianis[t] conspicio seqq. Ἀνυπερβλήτου προνοίας τε καὶ φιλοτιμίας, et Ἀνυπερβλήτοις πράξεσιν κεχρημένον.

CLXII.

1. **Συμβίωσις.** Vide notata supra ad titul. CVII. Refert hic locus collegium juniorum (an τεχνιτῶν, *fabrûm*, incertum), quod sacra propria habebat: exinde ἱερά, prorsus ut ἱερὰ φυλὴ ἐριουργῶν, σκυτέων, in CLXXVI. CLXXVIII. Numen collegii videtur fuisse Jupiter, cui addicuntur tituli Κύριος, Μασφαλατηνός, Μηνιτίαμος. Illud primum solenne, ut de Ægyptio Plutarchus[u], Τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον Ὄσιριν, κ. τ. λ. et Halicarnasseus apud Böckh. n. 2663. Εὐχαριστῶν ταῖς κυρίαις Νεμέσεσιν, etc. Addas gemmam Musei Cæsarei quam citat Eckhelius[v], cui epigraphe, Κυρία Νέμεσι ἐλέησον. Ceterum notabilis est forma Κοίριος, ut in v. 5. Διονοίσιος, et infr. in titulo Attudensi CCXXXVIII. Utrum ex inscitia marmorarii, an, quod verisimile reor, Iotacismi sequioris ævi proles, judicent legentes.

Cognomina in titulo promuntur sine dubio de sermone Lydorum patrio, ut in CLXIII. 4. Μηνιτύραννος: nam profluxisse vocem τύραννος ex hoc fonte ad Græcos inter probabiliora est[w]. Quis vero significationes præcisas statuerit? In voce Μασφαλατηνός video Μᾶ, h. e., explicante Stephano[x] in nom. ***Mastaura,*** feminam quæ Rheam comitabatur, cui Jupiter Bacchum nutriendum dedit; immo Rheam ipsam, quam cultu eximio prosequebantur Lydi. Deinde ex anaglypho quod titulo CLXIII. subjiciendum curavi conjecturam ceperis, verterisque ἀκτινοφόρον, *radiatum*. Postremum, possis cogitare de etymo Aramæo[y]

[s] Hist. R. II. 3.

[t] Syllog. II. 8. 13.

[u] Irid. et Osirid. X.

[v] Doctr. etc. vol. II. p. 553. a.

[w] Erat. nimirum q. Τυῤῥηνός. Vide Eberti Dissert. Sicul. I. pp. 1–64. Böckh. II. p. 808, b. Isidor. IX. Etym. 9. Scribit Passovius, Enchirid. II. p. 1200. b. *Das wort kam erst zu Archilochos zeiten auf, als sich die ersten Freystaaten in Griechenland zu bilden begannen.*

Contra Scheidius (Lexic. Lennep. in voc.) idem putat ac κοίρανος Homericum, quod efferebant Aeoles et Dores τοίρανος, ut κεῖνος, τῆνος, etc., Dein aliorsum trahit. Vide p. 983. a. Ed. Lond.

[x] De Urb. Græc. cit. in Eckhel. III. pp. 108. s.

[y] Agere hic volo de Jove σκηπτούχῳ. *Sceptrum* fortasse significabat in sermone patrio Lydorum Μασφαλα, vel ut primitus scriptum, ΜασϜαλα, quod ad Hebr. משׁל satis accedit, pro gentium commercio. Hoc extra dubitationem ponitur per titulum nostr. XV. Fasc. I. de quo conf. supr. p. 176.

מַשְׁלְיָא, in plur. מַשְׁלְיָתָא, *tridentes*, quasi sceptra, insignia dominatus, qui in Hebræo est מֶמְשָׁלָה. Secundum hæc verterim **Διὸς Μασφαλατηνοῦ**, *Jovis sceptrigeri*, id est, Solis, arbitri et moderatoris anni. Sed et Mensis erat, **Μηνιτίαμος**, **Μηνιτύραννος**. De hoc nihil est quod dubitemus, quum ad Græcos transierit vox **τύραννος**. Quid vero **Τίαμος**? Anne, ut ex anaglypho censere licet, *coroniger*? Nolim huc revocare *capita turrita muliebria* quæ nummos Lydorum quam plurimos ornant[z], quibus tamen simile quid videmus Jovi Mensi tributum: nec magis adsciverim Arabicum تيجان (*Tîján*, *corona*, *tiara*), cui tamen, media inter pronuntiandum extrusa, proxime accedit vox Mæonia. Tantum hæc et similia moneo, ut de adhuc intentatis quid proferam quod ad auspicatiora **τοῖς συνεργάταις** viam sternat.

In sensu generali constare crediderim, per *Jovem Masphalatenum* designari *Jovem Solem*, qui, quum sit *Menitiamus*, vel *Menityrannus*, prodit *Jupiter Mensis*. Sic in Latinis quibusdam video Attidem (hoc est, in mythologia Phrygum, Solem), vocatum Menotyrannum: ex c.[a]

M . D . M . I .
ET . ATTIDI . SANCTO
MENOTYRANNO .
Q .CLODIVS . FLAVIANVS .

Et in secundo[b];

MATRI . DEVM . MAGNAE
IDAEAE . SVMMAE
PARENTI . HERMAE . ET . ATTIDI
MENOTYRANNO . INVICTO .

His accedit Gruterianus[c], ubi et *Minoturanus* video scriptum; deinde incuriose, *Minotaurus*.

Ceterum notabile est nullam in his mentionem factam Junonis, quanquam

[z] Conf. Eckhel. ubi supr. pp. 93. a. b. 96. b. 102. a. etc.

[a] Vide Reinesii Syntagm. Cl. I. n. 40.

[b] Ibid. n. 89.

[c] Inscr. p. XXVIII. n. 6. De Attide in his titulis celebrato vide Macrob. Saturnal. I. 21, p. 313. Bip. Tertullian. Apolog. XV. Euseb. Præparat. Evang. II p. 58. a. etc. Adeas quoque, ex recentioribus, Salmasium ad Lamprid. Elagab. VII.

et scripserit Plutarchus[d], Δεῖ - - *νομίζειν - - - αὐτὸν ἐν ὕλῃ Δία, τὸν ἥλιον, καὶ αὐτὴν τὴν* Ἥραν *ἐν ὕλῃ, τὴν σελήνην·* proinde Romanos *annum*, tanquam Jovis, spectare, *menses* vero, Junonis. Huic quæ præeunt vix fidem faciunt; nisi, quod sane veri simile est, dixeris insculptam in lapidibus supra citatis religionem Pessinuntiorum. Norunt omnes quanta fuerit erga superstitiones adoptivas Romanorum facilitas. Præclare vero quæstionem Chæronensis comprobat titullus in quem incidi Veronensis[e], quem, clausulæ instar, hic exscribo:

IVN . LVN
REG . SACR
P . VITVLIVS
PHILOLOGVS
VI . VIR . AVG
INFERIO.

Præter cognomina Jovis in titulo nostro obvia exstabant et alia quam plurima quæ ad originem Græcam referre nemo tentaverit. Hujusmodi erant Ἀβρεττηνός[f], Λαβραύνδης seu Λαβρανδηνός[g], et fortasse Trallensium Λαράσιος[h]. Sic et Apollinis, Ἀδιρβηνός[i], quod pro Eckheliano Λαιρβηνός omnino intulerim: Dianæ, Βορειτηνή[k]: dei Mensis, Ἀζιοττηνός[l], Ἀρκαῖος[m], Ἀσκη-

[d] Quæst. Rom. c. LXXVII.

[e] Conf. Pitisc. Lexic. A. II. p. 554. a.

[f] Strab. XII. 8, p. 68. Conf. Plin. V. 32. extr.

[g] Conf. Bockh. nn. 2691. *e*. 4. 2750. 1. Eckhel. II. p. 585. a. Fellows. Lycia, pp. 75. 371. s. Veteres tradunt cultum, Herodot. V. 119. Strab. XIV. 2. pp. 204. s. T. Plutarch. Quæst. Gr. XLV. qui et mythum de bipenni tradit, unde ethnicum: *Λυδοὶ γὰρ λάβρυν τὸν πέλεκυν ὀνομάζουσι.*

[h] Vide not. supr. ad tit. CXIII. 10.

[i] Eckhel. in num. Hierapol. Phrygiæ, vol. III. p 154, a. Varios citat vir summus, cum epigraphis diversis, quarum prætulit ΛΑΙΡΒΗΝΟΣ. Ipse amplector Harduini ΑΔΙΡΒΗΝΟC, quod lego in litt. Hebr. אדיר בעל. Quid enim? Typus, cui comes est inscriptio, *caput solis radiatum* exhibet, id est, Belum ipsum, ut expositum videbunt legentes in Euseb. Præpar. Evangel. I. 10. p. 34. c.

Quod nummi habent ΒΗΝΟC non ΒΗΛΟC neminem qui Græce sciens sit morabitur.

[k] Conf. Eckhel. de num. Thyatir. vol. III. p. 121. Anecdot. p. 267. seq.

[l] Nempe, in tit. CLXVII. 1. Etymon omnino existimarim esse quod in Σαβάζιος latet Bacchi in Cic. De Leg. II. 15. Nat. DD. III. 23. Diodor. IV. 4. Jovis quoque, ut constat ex Arnobio, V. p. 170. s. Val. Max. I. 3. 2. et Inscr., ex. c. Gruter. p. XXII. n. 6. De hoc multa atque inepta comminiscuntur Glossographi et Scholiastæ quæ recensere fastidium moverit. Erat plane nomen quod in orgiis solebant conclamare, Arabum صاحب عز vel عزيز, *Domine gloriose!* Similiter et Hebræorum עז *vires, potentiam*, significat, et עזז *roboravit.*

[m] Vide Strab. XII. 8. p. 72. T.

νός[n], **Καμαρείτης**[o], **Κάρος**[p], **Φάρνακος**[q]. Hæc omnia barbarorum (quos vocabant Græci) quales erant Cares, Pisidæ, Tyrrheni, etc. sermones referunt, nec possunt, nisi per dialectos gentium affinium aut per auctorum indicia, expediri. Hæc pauca: plura dei Mensis (vel ut quibusdam placet *Luni*[r]) inveniet lector in singulari de hac materia dissertatione Belleyii[s].

14. **Ἔτους**, etc. Ætas tituli est secundum computum Leakianum, hoc est, initio facto cum pugna Actiaca, an. P. C. 226. et purpuræ indutæ ab Alexandro Severo, VI. Ne quis ideo miretur formas, quas notavi, *κοιρίου*, *Διονοίσιος*, nec magis Ἑρμογένου constanter scriptum, Μενεκράτου. Sed conf. Böckh. nn. 3141. 25. 3142. 32.

CLXIII.

2. Ἱερὸς δοῦμος. Inter elementa minime distincta in hac parte marmoris conjeci aliquando Ἱερόδουλος, secundum Strabonis[t] verba, *ἦν δὲ ἐνταῦθα καὶ ἱερωσύνη τις Μηνὸς Ἀρκαίου, πλῆθος ἔχουσα Ἱεροδούλων κ. τ. λ.* Sed video apographa consentire in lect. **ΔΟΥΜΟΣ.** Erat fortasse collegium Mystarum cui nomen tribuebatur propter silentium mysteriorum indictum, ut in Eleusiniis: certe in Aramæis videtur exstitisse דום, *obmutuit*, ex quibus cum tot aliis transisse ad Mæonios verisimile est.

De hac lingua et nexu ejus cum Shemiticis conf. notata ad titul. præced. v. 2. ubi et conjecturæ proponuntur de cognominibus Jovis Mensis, sc. Masphalateno, etc.

5. **Τηρεῖσθαι.** *Religiose celebrari*, ut in sacr. S. Johan. IX. 16. **Οὗτος ὁ**

[n] Vide num. Sardian. in Eckh. vol. III. p. 112. b

[o] Hæc appellatio mensis cernitur in nummis Nysæ et Ancyræ: Eckhel. vol. II. p. 587. a. et III. p. 131. b. Conf. et Num. Anecdot. p. 16. Hic quoque ad Arabes confugere licet qui Lunam appellant a 3tio usque ad 26tum قمر, quod video Eckhelio ipsi arrisisse. Aramæi habebant et suum קְמַר, Hebræi כְּמַר, ad quod respexisse videtur Macrobius in Saturnal. VI. 4. p. 179. ubi "peregrinum verbum *camuris*" explicat. Poterat et Græcum *καμάρα*, suum *camera*, quod ineptissime Scheidius ad radicem suam *κάω* trahit, in Lennep. Lexic. p. 924. b. Lond.

[p] Strab. XII. 8. p. 77. T. Videtur ex loco fuisse gentilitium.

[q] Id. ibid. c. 3. pp. 89. s. Videtur quoque gentilitium ex Pharnacio Ponti. Si Cacodæmon fuerit, qualis Persarum finitimorum *mali auctor*, اهرمن, succurrit etymon probabile فرنق.

[r] De Luno, sive, ut appellat Tertullianus, Apolog. XV. *mascula Luna*, vide sis Spartianum in Caracalla, VI. seq. Perperam pro eo Mensem habitum statuit, Blondio citato, Eckhelius in vol. III. p. 19. a.; contra Luni cultum indicari in nummis, p. 507. b. qui egregie illustrant Spartiani locum supra citatum.

[s] Mem. des B. L. tom. XVIII. p. 135.

[t] Libr. XII. 8. p. 72. T.

ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. Accedit fere noster vernaculus.

Citanda veniunt et Actt. Ap. XV. 5. XXI. 25. etc. Apud profanos et obv. sensus cognatus, ex. c. Polyb. I. 83. 5. Achill. Tat. VIII. 18. et tit. Tloens. in Franz. n. 4239. 9.

7. Ἀναγνώσεται, *sentiet*. Sic apud Latinos persæpe *intelligo;* in rebus præsertim quæ ad sensum pertinent: ex. c. Columell.[u] *Quum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris*, etc. Agitur in hoc loco de irati numinis vindicta.

CLXIV.

1. Ἔτους. Titulum habemus anni regnantis Domitiani IX. et P. C. 90mi, calculo instituto sicut in prægressis. De cultu Dianæ apud Lydios vide sis testimonia nummorum. Dein, supplevi in vv. 2–3. κατὰ ἐπιταγὴν Διός, secundum formulam in CLXIII. init. Sed erat fortasse Μηνὸς Ἀζιοττηνοῦ, ut in CLXX. Varia in hoc loco marmoris conjeceris, et in v. 4. fin. ubi supplementum nostrum submonuit tit. infr. CLXXI. qui fortasse de *fratre* sacerdotis Artemisii agit.

CLXVII.

1. Μηνὶ Ἀζιοττηνῷ. Vide not. ad CLXII. 1. supr.

4. Ἐλοιδόρησαν---περὶ οἴνου, nempe, in re circa vinum conviciati sunt. Commercium celebre, Catacecaumeniten, innuunt verba de quo scriptores[v] et nummi[w]. Dein πιττάκιον, *tabulam*[x] *piceam*, donarii vice deo Mensi affert Artemidorus, ut favorem ejus conciliaret, cum in eo conscripta querelæ causa. Formæ in vv. 7–9, ἐκολάσετο, ἱλάσετο, nempe ex κολάσομαι, etc. barbariem satis indicant. In ult. εὐδοκεῖ dedit marmor, non εὐδοξεῖ, quod tamen bonæ notæ est, ut ex Demosthene[y]

[u] De Arbor. XIII. p. 552. Bip.

[v] Conf. Strab. XIII. 4. p. 155. XIV. 1. p. 170. T. Virg. *Georg.* IV. 380. Plin. XIV. 9. 2. Vitruv. VIII. 3.

[w] Vide Eckhel. vol. III. p. 105. b.

[x] *Votivæ*, credo, instar: haudquaquam necesse est vertere secundum etymon, *piceam*, voce, Stephano notante, usurpata in sensu simplice. Conf. et Passov. Enchirid. II. p. 623. Transibat vocabulum ad Romanos, apud quos *pittaciæ* erant schedulæ pice amphoris, etc., affixæ, *labels;* necnon *breves* seu *brevia*, *brief notices* or *memoranda*. Hæc illustrant Plaut. Pœn. IV. 2. 14. Petron. Satiric. XXXIV. p. 46. Bip. Lamprid. in Alex. Sever. XXI. sub fin. Fortasse quoque Suetonii *præcepta et exempla - - - ad verbum excerpta*, in August. LXXXIX. Hujusmodi quoque erat τὸ πιττάκιον quod misit Demetrio Polybius consilii auctor ut fugam a Roma capesseret: XXXI. 21. 9, 11.

[y] Orat. De Chersones, p. 94. 26. In Leptin. p. 500. 15. R.

liquet. Εὐδοκεῖ habet Plutarchus[a], in eodem sensu ac εὐδοκιμεῖ: ex. c. Ἢ εἰ τὸ μέγιστον εὐδοκεῖ, τὸ μηδὲ ὅλως τροφῆς δεῖσθαι.

CLXVIII.

1. Χαίροις. Conf. Epigr. Archiæ in Analectt.[a] Παροδῖτα dicitur solenni more: conf. supr. fragm. CXXIV. 2. Böckh. n. 3272. 7. et al. Verba in v. 5. νεότητα ἐνέγραψεν explicui in VV. LL. Habemus (quod aiunt) abstractum pro concreto, νέαν, *juvenem*, cujus anaglyphum apparebat in saxo unde titulum desumpsi. Dein recensentur nomina eorum quorum ære collatitio perfectum fuerat opus, Pæderos, Glykia, etc. In v. 9. distinxi post Τύχη. Poteram post ἔγγονον, hoc est, ἐνέγραψαν ἔγγ., ut ita procedat nova sententia ἐτίμησάν τε μέν, etc. Sed revera oratio est ex inconditis quoad stilum et metrum. In tribus versibus 9–11. qui titulum claudunt, disjecta hexametrorum membra cernimus: *Hos* (inquit Böckhius) *nemo in ordinem redigere tentabit:* idcirco in minusculis abstinui: sed vide annon Bavio Mæonio hoc fuerit propositum;

Τιμογενὶς κὲ Τύχη τὴν ἔγγονον ἐτείμησαν.

Ἔγγονον hic metri (si diis placet) causa pro ἐγγόνην positum, quod video comprobasse Passovium vel in oratione soluta, citato Plutarchi Themist. III.

Sed instar omnium me movet in hoc inscriptione mentio facta Mæonum in 7–8, Sic et in prægressa CLXV. Indicia hæc crediderim sedem antiquæ urbis occupare Kulam, quæ in Notitia Episcop. appellatur Μεονία, in Concil. Quinisexto, Μαιονιτόπολις, et incolæ cujus a Plinio vocantur Mæonii. Bene congruit in primis situs geographicus disertis verbis a Plinio[b] traditus, quum inter oppida *'Ala-shĕhir* et *Kûlah* interfluat a Turcis dictus amnis دورنت چای, is luculenter quem Plinius *Cogamum* appellat. Dein in ipsis radicibus Tmoli, qui hic incolis appellatur قله طاغ, sita est. Species demum ipsa oppidi antiquitatem sedis refert, nec minus nomen inditum a barbaris; nam vox *Kûlah*, sicut *Kal'ah*, *Hissár*, Græcorum Καστρί, Κάστρον, h. e. *castellum*, significat, innuitque ut plurimum vetustatem situs. Hoc debebat in mentem venisse

[a] Conviv. Sept. Sapp. XV. p. 368. T.
[a] Ed. Brunck. vol. II. p. 97.
[b] Libr. V. 30. sub fin.

Arundello[c] quum scripsit de Kula; *Its present name, which, as well as Kalé anu Kalesi, means castle in Turkish, affords no assistance in discovering it*, id est, nomen urbis Mæoniæ quæ peregrinorum castello cessit.

Scio Mæoniam quæsivisse quosdam viros doctos[d] apud vicum Turcicum *Minyáh* (منيه) qui distat a Kula, Caurum versus, plus minus duodecim millis passuum; ductos ad hoc credo per similitudinem nominum, fallacem sane testem in hujusmodi disputationibus, ut conjecerit statim quivis ex vico *Türbülü* memorato in argum. tit. CXXXIV. Profecto in tali materia parum me movent designationes: documenta saniora præbent oculi. Quum viderim nulla monumenta in *vico* restantia nisi quæ tempora recentiora prodant, omnia vero in *oppido castrensi*, arcem, fragmina quam plurima architectonica, titulos sedem Mæoniam referentes, fidei porro geographicæ consona, movet me sensus ad situm definiendum vel ipsis auribus præstantior.

CLXX.

4. Ἀρτεμιδώρου. Facile intellectu cognomentum, Donum Artemidis: Plutarch.[e] Ποιεῖ δὲ ὁ μὲν ἥλιος τὸν ἐνιαυτόν, ἡ δὲ σελήνη τοὺς μῆνας. Huic congruebat ordinatio mensium in Calendario Romanorum, nempe, ut dicit Macrobius[f], *Romulus, quum ingenio acri quidem, sed agresti, statum proprii ordinaret imperii, initium cujusque mensis ex illo sumebat die, quo novam lunam contigisset videri.*

In nummis qui religionem dei mensis illustrant imago lunæ crescentis persæpe consociatur, ut in Caricis, Ioniis, Pisidicis, etc. Vide Eckhelium[g].

CLXXII.

5. Μητρωμητρᾶς. Obvium nomen Μητρᾶς conspicio in Smyrnens. Böckh. n. 3142. v. 16. Col. I.

CLXXIII.

9. Γερουσιαστήν. Gerusia Philadelphena memoratur infra in CLXXVI. 24.

[c] *Visit to the Seven Churches*, etc., p. 262.

[d] Vide Lemm. Böckh. ad tit. 3438. p. 807.

[e] Quæst. Rom. LXVII.

[f] Saturnal. I. 15. p. 272.

[g] Doctr. etc., vol. II. p. 586. a. 569. a. III. p. 19. a. et al.

Diversus plane a Buleuta Gerusiastes, quod fidem facit sententiæ Böckhii[h], parem analogiam exstitisse inter hæc collegia ac inter Bulen Atheniensium et Prytanes.

13. Ἐν μεγάλῳ καιρῷ. Nempe, *tempore in quo summa res agebatur.* Conf. Demosth.[i] Τοῦτον μέντοι τὸν τῷ μὲν ἔργῳ παρὰ τοὺς μεγίστους καιροὺς οὑτωσὶ κοινὰ τὰ ὄντα τῷ δήμῳ κεκτημένον κ. τ. λ. Contra, in eadem oratione, sub fin. Καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτια γίνονται. Erat fortasse quod nos dicimus, *a season of emergency*, ex. c. gravis annonæ, ut supra ἀναγκαιότατοι καιροί in CLIX. 7. vel σεισμοῦ, quo sæpius iterato vexati fuerant adeo Philadelpheni[k].

De Bularcha (v. 25) vide notatum in Fasciculo priore[l].

CLXXIV.

8. Ἀναΐτεια. Erant ludi in honorem deæ Anaïtidis quam cum Diana hi comparant, illi cum Venere. Cultus erat præcipue Armeniorum[m] (Strab. Plin.), et ex his videtur in Asiam occidentalem transivisse[n] (Strab. Pausan.)

Habebant fortasse Anæitæ seu Anaïtæ, qui a Thucydide[o] et all. memorantur, nomen suum ex hac regione propter similitudinem cultus religiosi; nam Samiorum numen erat Venus.

Conjunguntur h. l. Anaitea cum ludis in honorem Augustorum institutis, quæ et Sebasmia appellabantur[p], adeo ut una eademque panegyre celebrarentur.

14. Εἰδικῶν. Recepi ex marmore. Erant Εἰδικά et Ἰδικά, quibus adversa Γενικά, κοινά. Pariter Ἴδια et Δήμια sive Δημόσια. Discrimen fortasse agnoveris, sc. Εἰδικά ad Collegium, Ἴδια ad Personam attinentia: namque et

[h] Vide C. I. II. p. 527. a. n. 2811. (ex nostr. XLVIII.) collato n. 2782. 32. 37. Analogiam Prytanium constituit vir doctus ex n. 139. in quo videntur memorari Symprytanes cum Senatu et Populo Atheniensium.

[i] Orat. contr. Leptin. p. 470. 12. et 506. 27. Reisk.

[k] Vide Fascic. I. Præf. Philad. p. 30.

Ibid. pp. 33. 150.

[m] Strab. XI. 14. p. 466. T. Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ τῶν Περσῶν ἱερὰ καὶ Μῆδοι καὶ Ἀρμένιοι τετιμήκασι, τὰ δὲ τῆς Ἀναΐτιδος διαφερόντως Ἀρμένιοι κ. τ. λ. Conf. XII. 3. p. 48. Fortasse huc respicit quoque XVI. 1. p. 348. Vide quoque Plin. V. 20. 1. XVI. 64. 2. XXXIII. 24. 1. Quod de Persis supra dicit confirmat postea Strabo in libr. XV. 3. pp. 325. s.

[n] Vide Strab. XI. supr. Τοιοῦτον δέ τι καὶ Ἡρόδοτος (sc. I. 93.) λέγει τὸ περι τὰς Λυδάς, etc. Appellat vero Lydorum superstitionem, Ἀρτέμιδος Ἀναΐτιδος, Pausanias, in libr. III. 16. 6.

[o] Vide III. 19. 32. IV. 75. etc. Scylac. p. 27.

[p] Eckhel. in Catal. Lud. vol. IV. pp. 435. s.

Collegia, Buleutarum, Gerusiastarum, etc. speciales proventus habuisse notissimum est. Vide titt. XLVIII. CLIX. CLXXVI.

CLXXV.

3. *Στρατηγήσαντα*. Vide supr. CIX. 4. et not. CXII. 1. Erat magistratus civilis sive patrius. Sic et reliqui, Ἵππαρχος in v. 7. deinde Σιτώνης (vide ad CLIX. 7. s.[q]) Πανηγυριάρχης, qui conventibus sacris ludorum gratia habitis præerat, *ὁ προεστὼς τῶν πανηγύρεων*. Conf. Eckhelium[r]. Νομοφύλακες (v. 9.) erant in civitatibus liberis qui leges custodiebant; qui civium facta observabant, revocabantque ad leges. Nomen erat, sicut quam plurima, ex politia Atheniensium depromptum[s].

4. *Δόντα ὑπὲρ ἀγορανομίας*, *pecunia numerata pro munere ædilitio*, etc. Angl. *in behalf of*, *towards the due discharge of*. Erant enim magistratus in urbibus Græcis opulentiorum dumtaxat præmia. Deinde per verba *ὑπὲρ πέψεως* innuitur Congiarium, fortasse post aliquem tristem casum ubi res civium afflictæ erant.

Deinde inter beneficia recensentur, vv. 10. ss., propylæum Basilicæ exstructum, et locupletatum ærarium. Regiæ Attalicæ meminit fortasse titulus quæ postmodum usui civium forensi[t] addicta est: hanc probabile est, tempore summi sacerdotii ejus, exornasse Antoniæ maritum. Sed et interpretanda venit clausula, *regiæ ad usum sacerdotis summi destinatæ*. Favent priori verba in tit. prox. vv. 5. seq.

CLXXVI.

1. Ἕρμιππον. Vide tit. infr. CLXXXII. 6. s. Obvium habemus in nummis Philadelphenis[u] sæpius repetitum nomen ΕΡΜΙΠΠΟΣ cum summo sacerdotio conjunctum, qualis erat Asiarchia. De Xystarchia conf. not. ad tit. CXI. 9. Porro, Dianæ cultum hujus urbis tradunt nummi[v], necnon, sano supplemento nostro, Mylitarum titulus supra dictus, v. 7. Conf. et CLXXIX. 3.

[q] Conf. tit. Trall. Böckh. n. 2927. vv. 3. ss. qui hoc munus optime illustrat.

[r] Doctr. etc., vol. IV. p. 215. Tit. Ephes. in Fascic. I. p. 24.

[s] Conf. Xenoph. Œcon. IX. 14. Polluc. Onomast. cit. in not. Turnebi ad Cicer. De Legib. III. 20. Presse rationem magistratus aperit Columella in libr. XII. 3. p. 474. Bip.

[t] Conf. Vitruv. De Arch. V. 1. p. 129. B.

[u] Eckhel. vol. III. p. 110. b.

[v] Ibid. p. 111. a Hoc vero in nummo Concordiæ cum Ephesiis.

7. **Κοντροκυνηγέσιον.** Erat venatio cum conto sive venabulo (προβολίῳ[w]) quo armatus est qui singularis (ἐνόζυγος) cum fera committebatur. Hos *Bestiarios*, *Consectatores ferarum*, *Carnifices Arenarios*, vocabant Romani, et certamina eorum *venationes*. Conf. locc. classic. præsertim Ciceronis[x], Suetonii[y], Lampridii[z], inter Græcos Artemidori[a]. Graphica sunt Imp. Antonini[b] de spectaculo horrendo; *Λίαν ἐστὶν ἀναισθήτου καὶ φιλοψύχου, καὶ ὁμοίου τοῖς ἡμιβρώτοις θηριομάχοις, οἵτινες, μεστοὶ τραυμάτων καὶ λύθρου, παρακαλοῦσιν ὅμως εἰς τὴν αὔριον φυλαχθῆναι, παραβληθησόμενοι τοιοῦτοι τοῖς αὐτοῖς ὄνυξι και δήγμασιν.* Proinde Græci vulgo appellabant bestiis commissos, παραβόλους, ἐπιθανατίους, quin ipse S. Apostolus inter discrimina sua meminit et θηριομαχίας[c]. Hinc crediderim explicandam certaminis ἀποτομίαν, hoc est, *asperitatem, severitatem.* Sensus primigenius vocis ἀπότομος[d] est *abscissus*, *præruptus:* hinc *rigidus, durus, asper*[e]. Congruit gloss. Hesychian. Ἀποτόμως, σκληρῶς, etc. Ceterum hoc spectaculum dicitur edidisse Summus Sacerdos, quod bene illustrat titul. Aphrodis. Fellowsii[f] de Familia Gladiatorum Pontificis, etc.

13. **Ἀναθέντα.** Quasi donarium urbi patriæ. Vide not. supr. CLIX. 9. et Böckh. n. 3417. 8.

14. **Τάχειον.** Sensus fortasse est, solutam fuisse pecuniam, dedicationis instar, simul et semel, ut sic fieret ἀρχαῖον ad frumentationem civium. Hoc video arrisisse Böckhio, qui et vim tribuit usui vocis ἀναθέντα, quasi sacrum fuerit depositum.

16. **Δόντα κ. τ. λ.** Ut in prægr. 10. s. De petaso monumenti Porsennæ

[w] Conf. Xenoph. Cyneget. x. 8.

[x] Nempe de gladiatoribus et bestiariis, Orat. in Vatin. XVII. De venationibus, Epist. ad Divv. VII. 1.

[y] Claud. XXXIV. "Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum descenderet," etc. sc. Claudius. Conf. in Tito. VII.

[z] Elagabal. XXV. "Stravit sibi triclinium in summo lusorio; et, dum pranderet, noxios et venationes sibi exhibuit." Addas et Commod. XIII. Vocem illustrat Gellius in N. A. v. 14. p. 224. Bip. et Græcam Dio. XLIII. 22. *Καὶ πολλούς γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκε, θέατρόν τι κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον - - - προσεῤῥέθη.*

[a] Oneirocrit. I. 9.

[b] Comment. x 8. med.

Notabile est Lucianum inter *θεάματα τῶν Ἑλληνικῶν* memorare et *θήρια κατακοντιζόμενα*, in Toxari, LIX., hoc est, ætate Solonis et Anacharsidis.

[c] Cor. I. 15. 32. Vocem *ἐθηριομάχησα* in sensu *physico* omnino accipiendum reor.

[d] Conf. Strab. XII. 8. p. 89. Ibid. 7. p. 60. Longin. De Subl. XXVII. et LXX in Sapient. v. 20. VI. 5. et alibi.

[e] Comp. Val. Maxim. II. 7. 14. VI. 3. 10. Ibid. 5. 4.

[f] Lycia, p. 305. Tit. 20.

vide Plinium[g]. Explicatur fuisse ædificiis superpositum in galeri formam, fere quod nos dicimus, *a cupola*. Videtur agi de Odeo Philadelpheno. Certe, ut notat Böckhius ex loco Pausaniæ[h], hæc theatrorum additamenta vocabantur et ipsa aliquando theatra.

19. Ἐπιδόσεις, *dona, largitiones*. Non necesse est, cum Franckio, vocem nimis premere. Vide Demosth.[i] Ἐγένοντο εἰς Εὔβοιαν ἐπιδόσεις παρ' ὑμῖν πρῶται. Dein, in v. prox. dicuntur χρήματα σιτωνικά ut antea in CLIX. 11. γερουσιακά, viz. *the corn-fund, the Gerusia-fund*. Compares vv. 22. ss. καὶ τῇ κρατίστῃ βουλῇ, etc. tit. Böckh. n. 3417. 8. ss. Voc. Συνέδριον in v. 24. usurpat Dio de S. R. loquens in XLIII. 18. fin.

28. Ἱερὰ φυλή. Epitheti sensus explicatur supra in not. tit. CLXII. 1.

CLXXVII.

2. Δίς. Cui pater fuit avusque cognomines. Vide titt. CLXXIII. CLXXVIII.

7. Ἀξιώματι, propter *existimationem* vel *dignitatem*, scil. magistratuum quos gesserat. Demosth. Ὡς δὲ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαβὼν ἀφίκετο εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας[k], etc. Τὰς δὲ κοινὰς προαιρέσεις εἰς τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα ἀποβλέποντας[l], etc. Τὸ δὲ τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἀξίωμα εἰς τὰς ἑταίρας sc. ἥξει[m].

11. Τὴν πρώτην στρ. Erant ideo plures, ut archontes, sic strategi. Conf. Fascic. pr. titt. XIX. XX. et citatos ex Marm. Oxon. et Spon. cum epigr. numm. ab Eckhelio[n]. Pariter in tit. inseq. (opinor, in eadem serie), v. 8.

CLXXVIII.

9. Ἱερὰ φυλή. Supr. CLXXVI. 28. CLXII. 1.

CLXXIX.

3. Ἀρτέμιδος. Declaratur, ut sæpius, religio Dianæ: Conf. supr. not. CLXXVI. 3. In v. 1. conjeci in minusculis nomen *Manilius*, quod alibi obvium

[g] Libr. XXXVI. 19. 8.

[h] Libr. I. 8. 6. Τοῦ θεάτρου δέ, ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον, etc.

[i] Contr. Mid. p. 566. 28. R. Conf. Orat. De Coron. p. 285. 19.

[k] Orat. de Coron. p. 277. 3. R.

[l] Ibid. p. 298. 4. R.

[m] Orat. Adv. Neær. p. 1384. 3. R.

[n] Doctr. etc.. vol. IV. pp. 195. s.

est: sed opinor potius fuisse Græcum quid, sicut in Böckh. n. 3432. *Metrodorus*. Sic *Thallus* infra, v. 9. cujus defuncta erat ἡ θρέπτρια seu θρέπτειρα[o], *altrix*.

CLXXXII.

1. Μάρκον, etc. Titulum accensui Philadelphenis propter nomina: vide supr. CLXXIII. 10. s. CLXXVI. 2. Congruunt quoque quæ de sacerdotiis a Manilio et Hermippo gestis narrantur, in primis Artemisiacum posterioris, quod puto et in hoc titulo memorari in v. 6–7. Quid vero supplendum? Ἱερέως Ἀρτεμισίου? At plus æquo distat illud Ἱερέως a vestigiis literarum quæ in marmore conspexi. Conjeci Βασιλέως, et certe notissimum est Romanos habuisse suos *Reges sacrificulos* vel *sacrorum*[p]: huc fortasse respicit Πάτριος Βασιλεύς infr. CXCVIII. *d*. In v. 10. jure restituit Böckhius Μυλειτῶν, quod in marmore reperi. Nimirum ductum fuerat nomen a *molinis* quæ adhuc in itinere Sardes versus, ad radices Tmoli, conspiciuntur. Dein certissima sunt Κώμη ἐτείμησεν in v. 11. Exinde, per vv. 15–18., indicia litterarum in lapide valde confusa sunt: dedi minusculis quæ potiora duxi.

Ætas tituli erat epochæ Actiacæ an. 260. P. C. 230. U. C. 983. et Alexandri Severi, a purpura induta, X. Hoc convenit optime nomini in v. 2. et in tit. CLXXIII. 11.

CLXXXIII.

2. Χρυσέρως. Nom. Alabandens. Böckh. n. 2902. Smyrn. ejusd. n. 3151. 15. De donario in vv. prox. memorato vide notam ad tit. CVII. 6. supr.

[o] Eurip. Troad. 198. Ἡ παίδων θρέπτειρ', ἃ τροίας Ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς. Vide Polluc. VII. 3.

[p] De his, qui *Reges* audiebant, quia Sacris præerant olim a Regibus factitatis, Pontifici vero subditi, ut invidia nominis tolleretur, conf. Dionys. IV. p. 269. v. p. 278. Liv. II. 2. et alibi. Cic. Orat. Pro Dom. XIV. Macrob. Saturn. I. 15. p. 273. Bip. Tit. Gruter. p. MLXXXVII. n. 8. Hic est quem memorat Herodianus in Hist. I. 9. Βασιλεύς. Sed et erat Βασιλεύς sacrorum Panioniorum, teste Strabone in VIII. 7. p. 220. T. Hoc apud Prienenses: in aliis civitatibus erant sacrorum præsides Ἄρχοντες, in aliis πρυτάνεις. Conf. Aristot. Polit. VI. 8. Spanhem. De Usu etc. pp. 694. ss.

Habent igitur legentes, spectata sive consuetudine Romana sive Græca, quod vestigiis in marmore obsequuti tentent, ΒΑΣΙΛΕΩΣ: si Græca magis arrideat, ΑΡΧΟΝΤΟΣ. Hoc fortasse prælatum habebunt plurimi in loco tantum non desperato, ducti in primis per analogiam politiæ Atheniensis in qua unus ex Archontibus mysteriis providebat. Atqui hic et Βασιλεύς audiebat. Conf. not. Schweighäus. ad Athenæum, VI. 26. p. 285. f.

CLXXXVI.

Pauca præmonenda duxi de urbe inclyta ad cujus monumenta opusculi hujus progressu perventum est. Appellat Ptolemæus[q] Ἀλεξάνδρεια Τρωάς, quæ in scriptis et nummis ut plurinum dispertita ponuntur. Sed singula attingamus. In primis nomen antiquum a Strabone[r] perhibetur *Sigia*, vel potius soli in quo exstructa fuerat: Ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ νῦν κεῖται Ἀλεξάνδρεια, Σιγία ἐκαλεῖτο. Ortum porro refert ab Antigono, curam susceptam a Lysimacho, qui et Iliensium civitatem ædificiis præclare exornaverat: Ὅτε καὶ Ἀλεξανδρείας ἤδη ἐπεμελήθη, συνῳκισμένης μὲν ἤδη ὑπ' Ἀντιγόνου, καὶ προσηγορευμένης Ἀντιγονίας, μεταβαλούσης δὲ τοὔνομα. Ἔδοξε γὰρ εὐσεβὲς εἶναι τοὺς Ἀλέξανδρον διαδεξαμένους ἐκείνου πρότερον κτίζειν ἐπωνύμους πόλεις, εἶθ' ἑαυτῶν· καὶ δὴ καὶ συνέμεινε, καὶ αὔξησιν ἔσχε· νῦν δὲ καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν δέδεκται, καὶ ἔστι τῶν ἐλλογίμων πόλεων[s]. His consentanea, breviter ut solet, Plinius[t]; *Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana*, nulla mentione facta appellationis pristinæ. Nimis ideo incuriose de civitatis origine scripserunt plurimi, inter quos præcipue notandus venit Valerius[u] in loco ubi tradit Alexandriam in Troade ab Alexandro Magno conditam.

Verissime dicit Strabo[v] constante usam felicitate Alexandriam, et incrementa accepisse. Traduxerat in primis Cebrenios Antigonus Scepsiosque, antea inter se odiis dissidentes, ut novæ urbis incolæ fierent: nec tantum deminutæ sunt vires, permissione a Lysimacho Scepsiis postmodum data ut ad sedes antiquas redirent, quantum per accessionem Cebrenes, regionis ad Idam usque porrectæ, fuerunt[w] auctæ. Tradit deinde Pausanias[x], tempus vero incertum linquens, accessisse subinde ditionem maritimam; Τενέδιοι δὲ ἀνὰ χρόνον ὑπὸ ἀσθενείας προσεχώρησαν τοῖς Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ Τρωάδι ἔχουσιν.

Nec contemnenda erat civitatis vis bellica, cujus vestigia habemus, unum et alterum, ex Polybianis. Verba sunt historici res Prusiæ Bithyni narrantis[y]; Ἐγένετο μέν τις οὐκ ἀγεννὴς περὶ ταῦτα πρᾶξις καὶ ὑπὸ τῶν τὴν Τρωάδα κατοι-

[q] Lib. v. c. 2.
[r] Libr. XIII. 1. p. 117. T.
[s] Ibid. p. 100. T.
[t] Libr. v. 33. 1. Conf. XXXV. 25. in dissert. de generibus magnetis.
[u] Res Gest. Alexandr. M. III. 98. in Edit. Paris. Curtii, vol. III. p. 225.
[v] Strab. ub. supr. p. 100. T.
[w] Id. p. 105.
[x] Libr. x. 14. 2.
[y] Libr. v. 111. 3. s.

κούντων Ἀλεξάνδρειαν. Θεμίστην γὰρ ἐξαποστείλαντες μετ' ἀνδρῶν τετρακισχιλίων, ἔλυσαν μὲν τὴν Ἰλιέων πολιορκίαν, ἐξέβαλον δ' ἐκ πάσης τῆς Τρωάδος τοὺς Γαλάτας, ἐμποδίζοντες ταῖς χορηγίαις, καὶ διαλυμαινόμενοι τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. Hi erant Tectosagæ quos arcessiverat Attalus I. Pergamenus ad bellum cum Achæo prosequendum, quibusque postea sedes dederat juxta Hellespontum[z]. Refert quoque Polybius quod idem rex, auxiliaribus copiis dimissis, donis propter fidem erga eum servatam Alexandrinos excepit una cum Lampsacenis et Iliensibus; sc. χρηματίσας φιλανθρώπως Λαμψακηνοῖς, Ἀλεξανδρεῦσιν, Ἰλιεῦσι, διὰ τὸ τετερηκέναι τούτους τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν[a], ut fecerat antea Smyrnæis[b].

Virtutem haud minus perspectam fidemque præstabant qui superbis Antiochi Magni consiliis trajectum in Græciam parantis obstabant. Verba sunt Livii[c]; *Tres enim civitates tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas, et Lampsacus, quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere, neque a tergo relinquere, trajiciens ipse in Europam, volebat.* Hinc *jactatas* cum Lysimachia *in disceptationibus* legatorum Antiochi cum Romanis edocet postea historicus[d]. Nec Alexandriam spernebat Musa. Memoratur a Laertio[e] Lyco, pæne inter philosophos Pylius, qui Pergamenorum, Attali Eumenisque, amicitiam meruerat, deinde Antiochi. Lucullum quoque, apud cives ejus commoratum, cum laude meminit Tullius[f], qui vel in ipsis castris litterarum studium haud neglexerit, quippe cum philosophis celeberrimis Antiocho et Heraclito familiariter ibi congressum.

Deinde Octaviani favorem cum ceteris meruisse fertur Alexandria, colonia in eam deducta. Hoc edocent supra citati, Strabo Pliniusque, et confirmat nummorum fides.

Herodis Attici experta est postmodum liberalitatem civitas, qui, regnantibus Hadriano et Pio, insignem ibi magistratum gessit[g]. Cernuntur adhuc præclari operis, aquæductus, quod in commoditatem civium struendum curaverat illustris ille Atheniensis, vestigia.

Quæ anteunt, magnam partem, confirmationem a fide nomismatica accipere

[z] Ibid. c. 78. 6.
[a] Ibid.
[b] Ibid. § 6.
[c] Libr. XXXV. 42.
[d] Libr. XXXVII. 35.
[e] In vit. Philos. v. 65. ss. Conf. Cicer. Tuscul. III. 32. Dictus est et *Glyco*, propter dulcedinem orationis: vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 94.
[f] Quæst. Acad. I. 2. 4.
[g] Philostr. Vit. Sophist. XXVII.

dixi. Typos et epigraphas paulisper expendamus. Extant in primis tetradrachmæ, Apollinis simulacrum et insignia præferentes, Lyram, Arcum, Laurum, Equum pascentem, cum epigrapha religionis Sminthiæ, **ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΣΜΙΘΕΩΣ**[h]. Quid per typum postremum innui credamus? Utraque fortasse conjuncta, et sobolis generositatem et divitias soli. Sic video statuisse Khellium, qui Vaillantii sententiam jamdudum censuit improbandam, nimirum per symbolum generosi quadrupedis notari, ubicunque apparet, civitatis ἀλειτουργησίαν. Secus opinatur perspicacissimus Eckhelius, qui hostiam in sacris Apollinis (vel Solis) mactatam conspicit[i].

Revera, ab ipsis temporibus heroicis Apollinis Sminthei religionem fuisse in his tractibus observatam compertum est[k]. Atqui, vel hoc posito, minime despiciendum puto quod ingeniose adeo statuerat Khellius, opima pascua cernens, generosæ sobolis proventum: sed et ampliorem typi interpretationem ausus fuerim conjicere *ardorem bellicum civium*, noto vel ex mytho Atheniensi, equum fuisse ἐξόχως Marti sacratum.

Nummi Coloniæ passim obvii sunt, cum epigraphis, **COL.TROA.** vel **TROAS.**, addito sæpius **AVG.** vel **ALEX**[l]. Colonos, sicut Parianos, juris Italici fuisse, discimus ex Ulpiano[m].

* * * * * * *

Quid vero, inter hæc Ethnicorum monumenta, decoris præstantissimi urbis obliviscar, quod in ea commoratus Apostolus gentium fidei sincerioris fundamenta jecerit, interque amicissimos, quum a dolis hostium efferatorum nominis Christiani periclitaretur, versatus, et spem et sustentationem spei altricem fuerit consequutus? Mansit hæc gloria, cetera omni extincta: hæret hæc capiti, jamdudum in pulverem dejecto, corona: lumen hoc arci accensum videbam, tenebris circumfusis, solitudine, ruina[n].

* * * * * * *

[h] Eckhel Doctr. etc., vol. II. pp. 479. ss.

[i] Ubi supra, et Num. Anecdot. pp. 197. s.

[k] Iliad. α', 37. ss. Strab. XIII. 1. p. 117. T. Ælian. Hist. Anim. XII. 5. Serv. ad Æneid. III. 108.

[l] Eckhel. ubi sup. p 481. et seq.

[m] Digest. L. Tit. 5. De Censibus.

[n] Memoratam Troada primum habemus in Actt. Ap. XVI. 8. 11. nimirum quum Paulus, Antiochia iterum relicta, peragratisque Phrygia et Galatia, monitu Divino excitatus est ut in Macedoniam trajice-

Urbem Antigoni adibam XVII. Kal. Novembr. reliquias pristinæ magnificentiæ visurus: at quantillum restat! In acropole etiam nunc palatii speciem referunt columnarum, arcuum, substructionum disjectæ moles. Ædes imperatorias hic depinxerit; Gymnasium alter, immo Templum, vota civium complexum. Obscura sane omnia et jamdudum λεληθότα! Nec proficiet melius qui aciem longius projecerit, et stragem istam inconditam quæ collis ad planitiem usque vergentem clivum cooperit fuerit contemplatus: errore irremeabili miscentur cuncta, delubra, propugnacula, sepulcra, hominumque arte elaborata saxa, in solo jamdudum, veluti in fodina, obruta. Attici equidem aquæductus superesse quædam memini: fani quoque Artemidis (nisi inani conjectura fretum dixeris Pocockium) in aggere summo qui nunc a vicanis *Kîz-kal'ahsî* (قيز قلعهسى) appellatur[o]. Quis pro sana conjecturam receperit? Indicia omnia quorum ope rem ad examen revocare possumus abiere: manet dumtaxat *terrea moles*,

ret. Deinde in XX. 5. 6. quum solveret a Philippis Apostolus, in Asiam profecturus. In Troade illum manebant, qui præiverant, discipuli, ibique per dies septem commoratus fertur, orationibus ad docendum accommodatis ecclesiam instruens et confirmans.

In Epist. ad Corinth. II. 2. 12. s. verba sunt: Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου· ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν. Hic censent quidam (Bloomf. Recens. Synopt. vol. VII. p. 45.) *regionem*, non *urbem*, Troadis spectari; Rosenmüllerus, haberi rationem itineris quod in Actt. XX. narratur. Atqui verba ἀπὸ Φιλίππων et εἰς Μακεδονίαν, quo pacto simul stare possunt, ut de eodem itinere intelligantur? Ego potius retulerim ad Actt. XX. 1. 2. Navigavit nimirum Apostolus ex Epheso ad Macedoniam post tumultum a Demetrio excitatum, et, sicut credo, per Troadem. Hoc vero reticet brevitas historica. Certissimum est primam Epistolam scriptam fuisse ex Epheso, secundam ex Macedonia, et, ut ex postscripto probabile est, ex Philippis, in qua sui excusandi causa cur non primum ad Corinthios venerit secundum promissum (Cor. II. 1. 15. s.), causam adfert tristitiam suam ob statum ecclesiæ illorum, animumque ejus erga illos: deinde itineris cursum fuisse mutatum.

Mitto respectum ad Actt. XVI. quippe res tractans quæ evenerant ante conditam ecclesiam Corinthiorum.

Nec felicius cessit Rosenmüllero quod de congruentia versus hujusce, non modo cum Actt. XX. sed etiam cum Timoth. II. 4. 13. (ubi mentio Troadis injicitur) cogitat. Quid enim? Hæc epistola non scripta fuerat ante an. 65., adierat vero Troadem Apostolus in an. 57., octo nempe annis interpositis, quod omnino adversari videtur vv. 18. 20. in quibus memorantur quæ haud ita pridem evenerant. Necesse est igitur ut de quodam alio itinere quod annos 63. et 65. intercesserat cogitemus, quum apostolus e vinclis evaserat, occasionemque visendi ecclesias in partibus orientalibus nactus fuerat.

Hæc, aliena ut sint a meo proposito, disceptanda judicavi in gratiam illorum qui mecum inter Biblica deversari amant.

[o] Scil. *Castellum Virginis*, id est, Dianæ. De hac conjectura vide Arundelli *Visit*, etc., p. 50. Similem et ipse fecerat de parietinis apud vicum *Aiâsûlûk*, quas appellant Turcæ قيزلر سراى, *Palatium Virginum*.

cui nec columna adest, nec zophori fragmentum, nec cellæ species, nec titulus. Reliquam quæ circumjacet sedem "silvestria" tenent

Virgulta, et proles tarde crescentis olivæ.

Silent jam strepitus armorum, et ad bellum concursantium juvenum, obmutescunt Camenæ; nec amplius vocem auscultamus ministri divinitus missi ad fidem, spem, pœnitentiam revocantis, vel qui Eutycho sopito vitam spiritumque reddat!

* * * * * * *

Accedo ad titulum, in cujus v. 2. exspectaveris ἐμαυτῷ. Conf. Böckh. nn. 3581. 3585. Nomen in hoc v. Epictesis cernitur in tit. sepulcr. Smyrn. Böckhii. n. 3307. 3. V. 5. postscriptus fuerat, codicilli instar, superstite adhuc Tatiano. Vide not. ad tit. LXXXIII. 1.

CLXXXVII.

3. Σμινθείῳ. Templum Apollinis Sminthei juxta Hamaxitum, quæ ad ditionem Alexandrinam pertinebat[p]. De cultu ejus apud Troades conf. Strabonem[q] et scripta ejus illustrantes nummos apud Eckhelium[r]. Memorantur porro in monumento (ut fertur) Alexandrino inter Böckhiana, n. 3577., Σμινθεὺς Ἀπόλλων et Ἀσκλήπιος Σωτήρ, hoc ut Μέλης σωτήρ in titulo Smyrnæo dudum edito[s], propter liberationem a morbo.

7. sq. Προστίμου. Sic in Tloensi Fellowsii[t], Ὀφειλήσει τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ ἐπιτιμίου δηνάρια ‚αφ'. Subintelligi videtur δίκην, ut in noto idiotismo. Angl. *in quality of fine;* vel χάριν. Vid. infr. tit. CCXL. 2. s.

CLXXXVIII.

1. Θύειν. Poteram hic **ΘΕΙΝΑΙ**, sed præstat quod dedi. Θύω pro ἐνθάπτω usurpatur, ut θυσία pro ταφή, κηδεία, propter ritus sacrificales, νεκύσια, inter

[p] Vide Strab. x. 3. p. 866. T. XIII. 1. pp. 117. seq. 130. De nomine Smintheo vide Macrob. Saturn I. 17. p. 294. Bip. et Argum. supr. de Alexandria. Illustrant superstitionem nummi in Eckhel. vol. II. pp. 480. 489. b.

[q] Vide not. præced.

[r] Ibid. Conf. Num. Anecdot. p. 81.

[s] Fascic. I. Tit. XXVIII. p. 107.

[t] Lycia, etc. n. 130. p. 391. Expressit et Franz. in n. 4245.

sepeliendum observari solitos[u]. Conf. tit. Fellows. supr. cit. 130. 5. Reponit vero Franzius in minusc. *θάψῃ*.

CLXXXIX.

1. *Flamini.* Conf. quæ Tullius[v] in M. Antonium invectus de studio ejus in Cæsarem demortuum exprobrat: *Et tu in Cæsaris memoria diligens? Tu illum amas mortuum? Quem is honorem majorem consequutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Est ergo flamen, ut Jovi, ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius?*

3. *Voltinia.* Tribus e rusticis. Cic.[w] *Voltinia tribus ab hoc corrupta: Terentinam habuerat venalem. Quid diceret apud Vatinienses*, etc.? Qui *Volsinia* legunt putant nomen deductum fuisse ex oppido Volsiniensi in Etruria, de quo Livius[x]. At conf. Gruter.[y] **L. HELVIO. L. FILIO. VOLTIN. FRVGI.** etc. ut in nostro.

In hoc v. et seq. dicitur Rufus *Flamen divi Augusti*, in cujus honorem templa exstructa, cærimoniæ additæ, sacerdotes electi, ludi editi. De his affatim scriptores[z]. Ceterum, ut pater Julius, se adhuc superstitem coli tamquam deum passus est, referente Tacito[a] in judicio sequiore de Octaviano: *Nihil deorum honoribus relictum, quum se templis et effigie numinum per flamines et sacerdotes coli vellet.* Consentit Appianus[b]: Ἦν ὁ Καῖσαρ ἐτῶν ἐς τότε (sc. abdicato Lepido, U. C. 718.) ὀκτὼ καὶ εἴκοσι· καὶ αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θεοῖς συνίδρυον. Paria refert Dio de an. 725.[c] Citat Eckhelius[d] *Cenotaphium Pisanum* Noris. et *Marm. Prænestin.* Foggin. p. XIV. Fast. Verr. En vero modestiam! Refert Suetonius[e] Augustum *in Urbe pertinacissime abstinuisse hoc honore;* quinetiam, *in nulla provincia nisi communi suo Romæque nomine recepisse.*

4. *Constituerunt.* Certissimum est illud **CONST**, quod miro errore præ-

[u] Favet aliquatenus locutio *γάμους θύειν* quam notat Passovius apud recentiores adscitam. Enchirid. vol. I. p. 1086. b. Vide Musgravium ad Eurip. Eletr. v. 1132.

[v] Philipp. II. 43. init.

[w] Orat. pro Plancio. XVII. Conf. XVI. XXII.

[x] Libr. V. 32.

[y] Inscr. p. CCCCXVIII. n. 3. Conf. p. XLVIII. n. 11.

[z] Ex. c. Dion. LVI. 46. Tacit. Annal. I. 54. init. Plin. XII. 42. 6. Calendar. Amitern. etc.

[a] Annal. I. 10.

[b] Bell. Civil. V. 132.

[c] Libr. LI. 20.

[d] Doctr. etc. vol. VI. pp. 124. s.

[e] Octav. LII. Conf. Dion. supr. cit. Vide Eckhel. vol. II. p. 466. b. VI. p. 100. s.

termissum a Sponio et aliis cerno. Hoc possumus dispescere **CON . ST .** nempe, *constituerunt statuam.* Conf. Nepot.[f] *Hoc usque eo tota Græcia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit quæ publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est.*

Ibid. Aprensis. De *Apro* vel *Apris* Plin.[g] *A Bizya quinquaginta millia passuum Apros colonia, quæ a Philippis abest* CLXXXVIII. *mill. pass.* Sic Ptolemæus, Ἄπρος κολωνία, Stephanus, et Notit. Eccles. Ἄπρος. Dicta est postmodum *Theodosiopolis,* a Theodosio Magno, qui propter amœnitatem loci ibi deversari solitus est[h].

5. *Philippensis.* Colonia appellatur et in cod. sacr.[i] et a Plinio[k]. Disertius in nummis[l], **COL . AVG . IVL . PHILIP .** Advocant et epigr. **VIC . AVG .** cum **COHOR . PRAE . PHIL .** in probationem Augustum ipsum coloniam fundasse. Comparet vero in nostro **COL . IVL .** quod fidem addit sententiæ Kuinölii, coloniam fuisse antea a Julio Cæsare statutam[m]. Hoc fortasse verius; deinde novis incrementis ab Augusto auctam, titulum **AVG .** adscivisse. Exemplum præsto est a Pario, quod in nummis ante Hadrianum vocatur C. G. I. P., deinde, addito benefacientis nomine, C. G. I. H. P., hoc est, *Colonia . Gemella . Julia . Hadriana . Pariana*[n].

6. *Principi.* Erat Rufus vel *Princeps Decurionum,* hoc est, Collegii summi municipalis[o], vel *ex Vicariis Cæsaris,* qui *Præfecti Duumviri,* aliquando et simpliciter *Præfecti,* appellabantur. Hi munere honorario Duumvirorum vel Quinquennalium in coloniis functi sunt[p]. Præferenda vero fortasse explicatio est, qui in colonia deducenda Præfecti munera obierat, Græce Ἡγεμών.

7. *Parianæ.* Meminit Plinius[q]; *Cherronesos - - - nunc habet - - - Resiston ex adverso coloniæ Parianæ.* Deinde; *Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellavit.* Strabonis verba sunt: Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου· καὶ ηὔξημένη γε ἐκ ταύτης[r]. Insignis quoque

[f] In Chabria, I.

[g] Libr. IV. 18. 9.

[h] Cedren. in Stephan. Dict. Hist. p 143. b.

[i] Actt. Apost. XVI. 12.

[k] Libr. IV. 18. 8.

[l] Eckhel. vol. II. pp. 75. s.

[m] In Actt. ubi supr. ex Dione, Sponio, Spanhemio, etc.

[n] Eckhel. vol. II. p. 462. s.

[o] Rosin. Antiqq. Rom. X. 24.

[p] Eckhel. vol. IV. p. 477. ss.

[q] Libr. IV. 18. 10. Conf. V. 40. 1. VII. 2. 5. collat. cum Strab. XIII. 1. p. 91. Vide et XXXV. 89. 1. XXXVI. 4. 11.

[r] Nimirum, ex portu Priapenorum, permittentibus Attalicis. Strab. ubi supra.

erat urbs Pariana propter aram, opus Hermocreontis, confectam ex lapidibus Apollinei quod in campo Adrasteo jacebat. Ubertatem soli laudat Geogr. illustr.[s] Σφόδρα εὐάμπελός ἐστι ἡ χώρα καὶ αὐτὴ (sc. Priapi) καὶ ἐφεξῆς ὅμορος, ἥ τε τῶν Παριανῶν, καὶ ἡ τῶν Λαμψακηνῶν.

Originem Parianorum tradit Pausanias[t], qui et de colonia Romana submonuit: Σέβονται δὲ οὐδέν τι ἧσσον (nempe, Cupidinem) καὶ Ἑλλησποντίων Παριανοί, τὸ μὲν ἀνέκαθεν ἐξ Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν ἀπῳκισμένοι, τὰ δ' ἐφ' ἡμῶν τελοῦντες ἐς Ῥωμαίους. Ad hoc respexit et Eckhelius[u], testimonio quoque Strabonis[v] subjecto, sed perfunctorie nimis, quum verba sint, Κτίσμα ἐστὶ τὸ Πάριον Μιλησίων καὶ Ἐρυθραίων καὶ Παρίων. Coloniam demum et Ulpianus[w] memorat; *In provincia Asia duæ sunt juris Italici, Troas et Parium*, quod et Philippensium fuisse tradit idem[x].

Excerpenda veniunt quædam alia de hac colonia ex Cicerone[y], Mela[z], Paullo in Pandect.[a] Valerii poetæ sunt[b], *Jam juga Percotes, Pariumque infame fragosis Exsuperant Pityamque vadis*, quæ bene illustrant Mithradatica in Sallust.[c] *Ita, sine vi hostium regredi conatus in patrium regnum, naufragiis apud Parium et Heracleam militum optumos cum classibus amisi.*

Hæc pleraque, nempe Parium conditorem cum matre Cerere, fertilitatem agri, aram Hermocreontis, statum coloniæ, cum capitibus fundatoris Augusti, Agrippæ, Tiberii, Drusi, etc. illustrant nummi in opere Eckheliano[d] citati. Hisce fere omnibus qui a colonis signabantur insunt (ut supra dictum est) litteræ C.G.I.P., addito H a tempore Hadriani. Conservat memoriam originis et typus illustris in nummis Gallieni, *Lupa Gemellos lactans.*

Ibid. seq. *Tribuno milit.* Hoc est, ex *minoribus:* contra, Tribuni legionum, quorum erat sex in quaque legione, *majores* dicti. Adi Vegetium[e]. Titulum illustrant Cæsaris[f] seqq. *Litteræ a Gadibus redduntur - - - - consensisse Gaditanos*

[s] Ubi supr. p. 90.

[t] Libr. IX. 27. 1.

[u] Num. Anecdot. p. 200.

[v] Ubi supr. p. 91.

[w] Digest. L. Tit. 5. De Censibus. De jure hoc Italico, etc. conf. Pitisc. Lexic. Antiqq. II. pp. 868. ss.

[x] Ibid. VIII. 8. *In provincia Macedonia Dyrracheni, Cassandrenses, Philippenses juris Italici sunt.*

[y] Epist. ad. Divv. XIII. 53.

[z] Libr. I. 19.

[a] Vide I. Tit. 15. Leg. 8.

[b] Argonaut. II. 622. s.

[c] Fragm. Hist. IV. Epist. ad Arsacen, Edit. Paris. p. 412.

[d] Vol. II. pp. 452. ss. Conf. Num. Anecdot. pp. 199. 200.

[e] De Re Milit. II. 7. p. 86. Bip.

[f] Bell. Civil. II. 20.

principes cum Tribunis cohortium quæ essent ibi in præsidio, etc. Necnon Plinianæ[g]; *Stillonium Priscum, qui Tribunus cohortis sub Classico fuerat, accusavimus.*

Communiter (ut obiter moneam) vocem reddunt Græce, Χιλίαρχος[h]. Atqui hoc verum est dumtaxat de cohorte prima legionis, quam *milliariam*, ex numero militum, vocabant. Reliquas novem tribuni minoris dignitatis, vel *præpositi*, regebant[i]. Sic obvium habemus infr. tit. CCXXI. 3. Χιλίαρχον πρώτης σπείρας Ἀπολλιναρίας.

De *Voluntariis* quædam notavi supra, ad titul. CLIX. 14. Liberos fuisse, *Volones* contra servos, discimus ex Livio[k]: postmodum vero, Pio regnante, in unum coaluisse ordines[l].

9. *Legionis*, etc. Hanc XIII^am^, (quæ et *Gemina*, et *Gemina Camilla* audiit,) habebat secum Cæsar in bello Gallico[m]. Obvia quoque in Gruter.[n] **M.L.XIII. G.S.IX.** et in antiquo lapide cit. a Rosino[o], **XIII. GEMINA.** Explicant satis appellationem Dionis seqq.[p] Τὰ γὰρ δὴ λοιπὰ (sc. *στρατόπεδα, legiones*), *τὰ μὲν παντελῶς διελύθη, τὰ δὲ καὶ ἑτέροις τισὶν ὑπό τε αὐτοῦ ἐκείνου καὶ ὑπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων ἀνεμίχθη, ἀφ' οὗπερ καὶ Δίδυμα ὠνομασμένα νενόμισται.* Atqui vel in Græcis aliquando conservatam videmus vocem Latinam[q].

10. *Præfecto*, etc. Illustrant Taciti seqq.[r] *Quatuor equitum turmas, universam Treverorum alam, cum Julio Classico præfecto, misit.* Iterum[s]; *Inter quæ Claudius Sagitta, præfectus alæ Petrinæ, prospera navigatione prævenit Papirium*, etc. Tertium[t]; *Commeavere nuntii inter Civilem Classicumque, præfectum alæ Treverorum.* Adsunt quoque tituli Gruter.[u] **PRAEF. EQVITVM. ALAE. PRIMAE. CANNANEFATVM.** et, **M. ARTORIVS. M. F. PAL. PRISCVS. VICASIVS. SABIDIANVS. TRIB. COH. XV. VOLVNT. C. R. TR. LEG. VII. CLAV. PIAE. FID. PRAEF. ALAE. I. PANN.** etc.

[g] Epist III. 9. 18.
[h] Vide Fellows. Lycia, pp. 264. 424. n. 198. 5.
[i] Veget. ubi supr. c. 12. p. 41.
[k] Conf. lib. XXII. 57. XXIII. 32. etc.
[l] Capitolin. in Antonin. XXI.
[m] Vide Indic. in Edit. Paris. vol. I. p. 510.
[n] Inscr. p. DLXX. 4.
[o] Antiqq. Rom. X. 4. extr.
[p] Libr. LV. 23. ult.
[q] Vid. Fellows. Itin. prim. p. 113. n. 16. 1.
[r] Hist. II. 14.
[s] Ibid. IV. 49.
[t] Ibid. c. 55.
[u] Inscr. p. CCCLXXXV. 1. et CXXX. 1.

11. *Scubulorum.* Non reperi in auctoribus, sed nomen gentilitium esse liquet. Video titul. Gruter.[v] C. BABVRIVS. FESTVS. _ _ _ _ _ _ TRIB. LE. VII. G. PRAEF. ALAE. SCVBVLORVM. IOVI. Ipse porro in titulum sepulcralem incidi, in planitie Philippensi, quem hic apponere libet:

C. VIBIVS. C. F. COR. QVARTVS
MIL. LEG. V. MACEDONICAE
DECVR. ALAE. SCVBVLORVM
PRAEF. CO. VIII. CVRENEIOR

Caius . Vibius . Caii . Filius . Cornelia . Quartus . Miles . Legionis . Quintæ . Macedonicæ . Decurio[w]. *Alæ . Scubulorum . Præfectus . Cohortis . Octavæ . Cyreneiorum*[x]

Erat in Mœsia superiore oppidum *Scupi* dictum, a Ptolemæo Σκοῦπι, a Stephano Σκόποι vel Σκοῦποι, de quo et alii. Exinde nomen effictum autumant; satis incerte. Habemus sane *Pœnulus*, *Græculus*, etc. sed *irrisorium* nostris vix convenit.

CXC.

2. *Aniensi.* Tribus fuit, ex rusticis, in Sabina regione prima, unde appellatio. Adeas Livium[z]. Dicitur Maximus, in v. prox., *Lato Clavo exornatus*, etc. hoc est, indulgentia Principis in spem dignitatis Senatoriæ erectus[a]. Notum omnibus decus vestimenti quod Græci efferebant πλατύσημον et πλατυπόρφυρον, ex. c. Herodian[b]. Ἠμφίεστο γὰρ τήν τε πλατύσημον ἐσθῆτα, ἔν τε ταῖς δεύτερον

[v] Ibid. p. XIII. 4.

[w] De Decur. vide in primis Polyb. VI. 25. 1. seq. Conf. Veget. De R. M. II. 14. p. 48. B. Varron. De L. L. IV. p. 26. B. Decurionem Equitum memorat Tacit. ex c. Hist. II. 29. et al.

[x] Nimirum, Legionis tertiæ, cui cognomentum erat *Cyrenaica* vel *Cyrenæa*, hic script. *Cyreneia*: (*Cyreneam* videmus in Propert. IV. 6. 4.) Adeas Recens. Rosinian. X. 4. et Dion. Hist. LV. 28. Ceterum hæc cohors ex *legionariis* fuit.

[y] Conf. Paul. Nolan. in Carm. XVII. ad Nicetam. v. 195. Trebell. Poll. in Trigint. Tyrann. X. Cod. Theodos. XII. Tit. 1. Leg. 119. extr.

[z] Libr. X. 9. fin. Conf. Cic. pro Plancio, XXII. et in S. Cto. Epist. ad Divv. VIII. 8. Græv. Thesaur. Antiq. Rom. tom. I. p. 24. d. Ferret. Mus. Lapid. IV. 25. Pitisc. vol. III. p. 685. a. Gruter. Inscr. p. CXCV. 2. Nomen habuit ex Aniene qui per Tiburtinum agrum fluit.

[a] Conf. Pitisc. Lexic. vol. I. pp. 464. ss. ex Ulpiano et Caio. Locc. Class. Stat. Silv. IV. 8. 57. ubi *largum nitorem* appellat poeta. Plin. Epist. II. 9. 2. *Ego Sexto latum clavum a Cæsare nostro, ego quæsturam, impetravi.* Spartian. in Severo, I. etc.

[b] Libr. III. 11. init. Originem σημείων πλατέων refert Strabo apud Baleares: Libr. III. 5. p. 269. T. Diodor. Eclog. I. Ol. CLXIX. sub. fin. Sunt πλατυπόρφυρα ἱμάτια apud Polluc. VII. 14.

ὑπατεύσασιν ἐτέτακτο, sc. Plautianus. In v. 5. commemoratur *Quæstura Ponti*, etc. ut in tit. Tloensi Franzii n. 4238. *d.* dignitas Legati Proprætore ejusdem provinciæ[c]. *Colonia* in v. 7. haud dubie erat Troas. De *Patrono*, qui apud Græcos recentiores, Πάτρων, Πατήρ, dicebatur, alibi notatum est[d]. *Duumvir* erat in coloniis quod Consul Romæ. Eligebantur hi magistratus (Græc. Δυάδαρχοι) ex collegio Decurionum. Adeas de his Pitiscum[e]. Dein, *Præfectus Fabrum*, quem Græci Ἔπαρχος τεχνιτῶν, præerat artificibus qui castra sequebantur, lignariis, ferrariis, carpentariis, quorum erat tormenta machinasque ad usum militarem necessaria parare. Conf. supr. tit. CCXIX. 8.[f]

Siglum ad finem, **VIC . X.**, interpretor ita ut plures statuæ in honorem viri insignis positæ indicentur, non ut Pocockius[g], *Vico octavo*. Similiter in titulo præeunte.

CXCIV.

1. *Imperator*, etc. Discrepat hic titulus a Pergameno libelli prioris n. XIX. in numerali tribuniciæ potestatis; sed hoc leviculum est; idem annus in utroque designatur, scil. U. C. 877. P. C. 124., in Græco, pars prior ejus, in Latino, posterior.

In hoc anno, consentientibus chronologis, iter fecit Hadrianus per Asiam proconsularem, quo tempore, narrante Spartiano, *condidit templa sui nominis*, urbesque quasdam ita ædificiis auxit, ut a civibus appellationem alterius conditoris mereret. Testes sunt Smyrna, Cyzicus, Stratonicea Carum, complures aliæ, inter quas eminebant Nicæa, Nicomedia, Claudiopolis, quin et Hadrianotheræ jussu ejus exstructæ. Egregie hoc comprobant nummi cum epigraphis **RESTITVTORI . ASIAE.** necnon **BITHYNIAE**, addito **ADVENTV. AVG.**[h]

[c] De regimine politico Romanorum in hac regione conf. Eckhel. vol. II. p. 399. Videmus hic conjunctas sub eodem regimine Pontum et Bithyniam, ut et in titulo laudato Franzii, ubi Quadratus (sc. Caius etc. ille qui memoratur in tit. Pergam. b. Fascic. I. p. 196.) dicitur *Legatus Proprætore Ponti et Bithyniæ*. Quantum lucis hæc conferant ad litem dirimendam inter Norisium et Spanhemium (Eckh. ub. supr. p. 399. b.) judicent legentes. Certe erant Maximus noster et Quadratus coætanei. Vide Fascic. I. p. 192.

[d] Fascic. I. p. 205.

[e] Lexic. Antiqq. vol. II. pp. 76. ss. excerpt. locc. class. Cic. De Leg. Agrar. II. 34. Cæs. De B. Civ. I. 23. 30. Paterc. II. 19. 2. Auson. Ord. Nob. Urb. XIII. extr. Conf. Inscr. Gruter. p. CCCCXLV. 5.

[f] Vid. Paterc. II. 76. init. Nepot. Attic. XII. sub. fin. Cæs. Epist. ad Oppium, Fragm. Edit. Paris. vol. IV. p. 6. Conf. Panvin. Imp. Rom. c. XVI.

[g] Vid. Inscr. designatam "Ex Thracia," p. 41. et not.

[h] Eckhel. Doctr. etc. vol. VI. pp. 492. a.

Crediderim statuas fuisse a Pergamenis et Alexandrinis Troadis positas in honorem magni Principis quum apud eos deversaretur. Variatam cernimus formulam: apud illos Strategi officium curabant, apud hos (si modo sigla ad finem rite expedio), Duumviri. Sed in hoc hæreo. Certe Romani pro (p) aliquando in titulis posuerunt et (d) et (q)[i]. Illud magis refert elementum abnorme quod in fine tituli fidens expressi. Idcirco interpretatus sum, *duumviri posuerunt*.

CXCV.

4. Βουλευτάς. Supplementa Græca pro valore suo æstiment legentes. Post τῶν in hoc versu sequebatur fortasse Ἀλεξανδρέων. Sed omissa hariolatione pergo ad Latina quorum supererant plura et fructuosiora.

In versu primo exstiterat procul dubio in marmore **DIOCLETIANO**, cujus littera tertia sola restabat. Deinde sequebantur tituli quales in nummis anni U. C. 1045. P. C. 292. perhibentur; hujus enim anni inscriptionem fuisse autumo. Habemus, in primis, tertium consulatum Maximiani positum in v. 4.; proinde eligendus est annus ante U. C. 1046. Sed propter mentionem factam Cæsarum in vv. 5. ss. regredi nequimus ante an. 1045. Hæc omnia edocebit Eckhelius[k].

In versu secundo descripseram post **AVG** ex marmoris indiciis **ET**, quasi fieret transitio ad Collegam in imperio. Certe haudquaquam necesse est ut plenam enumerationem Titulorum Imperantium expectemus in monumentis, ut in not. ad v. 1. tit. XLIV. monui. Si quis vero pro **E** scripserit notam distinctionis S vel Ƨ, dein per **T** intellexerit *Tribuniciæ Potestatis*, me minime adversantem habebit. Dispiciendum est, hoc posito, an non melius ad hunc modum ordinentur minuscula:

Caio . Valerio . Diocletiano . Pio . Felici . Augusto . Tribuniciæ . Potestatis . Nonum . Consuli . Quartum . Designato . Quintum . Pontifici . Maximo . Patri . Patriæ . Et . Marco . Aurelio . Valerio . Maximiano . Pio . Felici . Augusto . Tribuniciæ . Potestatis . Septimum . Consuli . Tertium . Proconsuli . Flavius . Valerius . Constantius . Et . Galerius . Valerius . Maximianus . Nobilissimi . Cæsares .

Manifestum est ex hoc titulo nil adjumenti præsto esse ad definiendum

[i] Vide Siglar. Roman. Gerrardi. p. 53. c. Ed. Lond.

[k] Doctr. N. V. vol. VIII. pp. 3. b. 16. b. 26. sq. 34. sq.

annum in quo Constantius et Galerius in gradum Cæsareum adsciti fuerunt, id quod chronologis litem jamdudum movit an factum fuerit in anno U. C. 1044. an 1045.[l] Gibboni ideo querelis[m] vix obviam ire profiteor. Aliter res se haberet si Maximianus consulatum gessisset continuis annis, scil. Tertium in 1043, Quartum in 1044, et sic deinceps. Sed non ita res cessit. Dolendum quoque est deficere titulum in re Tribuniciæ Potestatis, quam ordine minus interrupto exercebat usque ad imperium abdicatum, nimirum an. U. C. 1058.

Bonum vero fructum percipimus in altera materia, quatenus in fine statuuntur Cæsares in ordine justo dignitatis, Constantius primum, secundo loco Maximianus. At scribere potuit Eckhelius[n]; *Qua veri specie Eusebius*[o] *binis disertis locis dicere potuerit, Galerium hunc inter quatuor hos principes quarto fuisse loco, prioremque habitum Constantium, non satis intelligo.* Deinde pergit vir acutissimus rationes recensere ob quas Galerius principem locum obtinere debebat, nimiumque Christianismi studium Eusebio exprobrat, adulationemque Magni Constantini. Hoc est inique rem tractare. Oblitum crediderim Eckhelium generis inter præstantiora Constantii, et quantum Armentario præcelluit Gothici Augusti nepos[p]. Utcumque res fuerit, Eusebii testimonium obfirmat ordo nominum in titulo nostro positus.

CXCVI.

1. *Dignus*, etc. Varia hic conjectanda veniunt, *Deo . Maximo.*, *Dederunt. Monumentum.*, *Donaverunt. Mœrentes.*, vel quod prætulerim, *Diis. Manibus.* Conf. Siglar. Rom. et Pitiscum[q]. In v. 3. memoratur Leg. 4ta Flav. de qua

[l] Vide Eckhel. ub. supr. pp. 84. ss. Mazzolen. De Trib. Potest. p. 200. Sequitur Gibbonus (Occas. Imp. Rom. cap. XIII. sub init.) computum Eumenii (Panegyr. Constantii, c. III.) et Tillemontii, (Histoire des Empereurs, tom. IV. not. XI. in Dioclet.) qui diem Kal. Mart. P. C. 292. statuunt. Sic et Auctt. Hist. Univ. in Tab. Chronolog. Tom. XX. p. CCLXVI. Contra Petavius in Rationar. Temp. P. I. Lib. V. p. 289. *Ergo anno* VII. *imperii, Christi* 291, *ut omnibus occurreret, duos Cæsares creavit* (scil. Diocletianus), *Constantium Chlorum*, etc. citato in margine Idatio.

[m] Ubi supr. vol. II. p. 7. nempe, de temporibus vix accurate constitutis.

[n] Ubi supra, p. 85. a.

[o] Loci Eusebiani sunt, Hist. Eccles. VIII. 5, c. De Galerio, *Καὶ τοῦ τὸν τέταρτον ἀπὸ τούτου* (sc. Diocletiano) *τῆς ἀρχῆς ἐπικρατοῦντος βαθμόν.* Dein, in Vita Constantini, I. 18. a. b. *Μόνος δὲ λοιπὸν Κωνστάντιος πρῶτος Αὔγουστος καὶ Σεβαστὸς ἀνηγορεύετο, τὸ μὲν καταρχὰς τῷ τῶν Αὐτοκρατόρων Καισάρων διαδήματι λαμπρυνόμενος, καὶ τούτων ἀπειληφὼς τὰ πρῶτα.*

[p] Vide Eumen. Panegyr. VII. 2. Eutrop. IX. 22. Eckhel. VIII. p. 28. a. Gibbon. et Petav. ubi supra.

[q] Lexic. Antiqq. vol. III. p. 409. a. Sigl. Gerrard. ubi supr. p. 20. c.

Dio[r]: Οὐεσπασιανὸς τό τε δεύτερον τὸ Ἐπικουρικὸν τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ κάτω, καὶ τὸ τέταρτον τὸ Φλαουΐειον, τὸ ἐν Συρίᾳ. Sic Inscr. Gruter.[s] TRIB. LEG. XVI. FLAVIAE, et quæ a Rosino[t] citatur, IV. FLAVIA, dein, XVI.

In hoc. vs. formula notissima est, *Emeritus Stipendia*, hoc est. annos militiæ: Tacit.[u] *Placitum ut epistolæ, nomine principis, scriberentur; missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent.* Idem alibi[v], *tolerare, numerare, explere, stipendia.* Necnon *acta*[w] dicuntur, ut a Livio[x] *emerita*, stipendia, nimirum de iis qui cum anno XVII[mo] incipientes justum numerum expleverant. Variat loquutionem poetice Lucanus[y]: *Hæc eadem est hodie quæ pignora, quæque penates Reddat, et emerito faciat vos marte colonos.* Loquendi formula facile profluxit ex sensu primigenio stipendii, scil. *ære militari.*

Græca obiter notemus. Appiani[z] sunt; Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτῶν (sc. στρατιωτῶν) τοὺς μὲν ἄρχοντας ἐξωμίλει ποικίλως· τῶν δ' ἐν Φιλίπποις καὶ Μουτίνῃ στρατευσαμένων, ὡς χρονιωτέρων ἄρα ὄντων, ἐδίδου τοῖς θέλουσιν ἀποστρατεύσεσθαι, καὶ γινομένους ἐς δισμυρίους εὐθὺς ἀπέλυε. Hic ἀποστρατευσάμενοι sunt *emeriti stipendia: ἀπολύειν, exauctorare*, ut in loc. Tacit. supr. Obviæ quoque loquutt. παύσασθαι τῆς στρατείας[a], et ἀφεθῆναι τῶν στρατειῶν[b], h. e. *sacramento solvi; exauctorari.*

Quod ad numeralia in vv. 3. 9. attinet, notandum est bene ea congruere instituto Romanorum ut cives cum anno XVII. militiam inirent[c]: sic in titulo Moguntiaco[d]; C. IVLIO. FLAVIANO. CORNICVLARIO. LEG. XXII. P. P. P. F. STIPENDIORVM. XVII. QVI. VIXIT. ANN. XXXV. MENSIB. XI. DIEB. XXV.

5. *Secundus Heres.* Nempe, in locum primi, aliquo casu impediti a capessenda hereditate, subrogatus. Illustrat Cic.[e] *T. Pinnio familiarissime me*

[r] Hist. Rom. LV. 24. init.

[s] Inscr. p. CCLXX. 6. 9.

[t] Antiqq. Rom. x. 4. p. 789.

[u] Annal. I. 36.

[v] Ibid. cc. 17. 35. III. 33.

[w] Ibid. VI. 3. init.

[x] Libr. III. 57. fin. Conf. Val. Max. VI. 1. 10. Hinc. loquutt. Veteranos *emeritæ militiæ*, etc. Vide Justin. XI. 6. 4. Ad metaphoram transibant verba, ex. c. Val. Max. v. 7. 1. *Omnibusque et virtutis et vitæ emeritis stipendiis.*

[y] Pharsal. VII. 257. s. Conf. I. 344. et alib. Plaut. Bacchid. I. 1. 8. s. Mostell. I. 2. 51. s.

[z] Bell. Civil. v. 129.

[a] Ibid. c. 72. fin.

[b] Ub. supr. sc. c. 129.

[c] Conf. Nepot. in Catone, I.

[d] Scil. ex Lazio relat. in Rosin. Antiqq. x. p. 730. b. Paralip. Conf. Pitisc. vol. III. p. 402. a.

[e] Epist. ad Divv. XIII. 61. Conf. Topic. IV. De Orat. I. 39. Orat. pro Cluent. XI. In Verr. II. 1. 43.

usum esse te scire arbitror; quod quidem ille testamento declaravit, qui me quum tutorem tum etiam secundum heredem instituerit. Appianus[f] quoque; **Οἴκτιστον δὲ ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. Ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι.** Hoc et in *tertio gradu*, ut videre est ex testamento Augusti apud Suetonium[g] et Tacitum[h]. Tertiorum heredum meminit prior et in Claudio, v. extr.

7. *Procurator*, etc. Ulpiani[i] sunt verba, *Omnia corpora maternæ hereditatis.* Secundum hæc Marcellus erat cui administrationem hereditatis commendaverat vel defunctus ipse vel heres, et **PROC . CORP . B.** explicari possunt, *Procurator . Corporis . Bonorum.*

Romani porro usurpabant *corpus* in sensu *personæ*[k]. Proinde intelligi potest qui res Alexandri curandas susceperat, ut expositum habemus in pluribus locc. Cic.[l] Tales nimirum erant alieni juris vicarii, præsertim bonorum eorum qui reipublicæ causa aberant, quales erant sacramento obstricti. Fuerunt quoque Gestores negotiorum voluntarii ab eodem memorati[m].

De his judicium legentibus permitto. Meminit porro Procuratoris vicesimæ hereditatum, vel simpliciter, hereditatum, Pancirollus[n]; sed ab hoc loco alienum existimo.

Quæ claudunt hunc versum, **HT**, pæne evanuerant ex marmore. Dedi quæ mihi probatiora videbantur. Notatu dignum est vocem *Titulus* non modo epigraphen designasse, sed et monumentum ipsum in quo inscripta est, ut ex Muratorianis[o] patet: 1. **EGO . FILIIS . TITVLVM . POSVI . QVOD . MEI . MIHI . FILII . DEBVERVNT.** 2. **D . VALERIVS . PASTOR . EQ . PVBL . HERES . TITVLVM . FECIT.** 3. **FLAVIA . NICE . CONIVNX. B. M. TITVLVM . CVM . VALVIS . AENEIS. D. S. P.** Exempla quoque inter Gruteriana[p] exstant.

[f] Bell. Civ. II. 143. Cf. Plutarch. in Cæsare, LXIV.

[g] August. CI.

[h] Annal. I. 8. Conf. JCtt. in Pitisc. vol. II. p. 261. a.

[i] Digest. XXXI. Leg. 79.

[k] Conf. Liv. XXIX. 21. med. Curt. Alexandr. V. 13. 4.

[l] Orat. Pro Cæcin. XX. Pro Quint. VII. Epist. ad Divv. I. 3. De Orat. I. 58.

[m] De Cl. Oratt. IV. extr. Vide et JCtt.

[n] Vide Notit. Dign. etc. citat. a Pitisc. vol. III. p. 194. a.

[o] Vide pp. DCCCLVI. DCCCLXIII. DCCCCXIII. nn. 2. 1. 4. singillatim.

[p] Inscr. pp. CCCLXXXVII. n. 4. DLI. n. 5.

9. *Duodetriginta.* Vide supra not. ad v. 3. et inscriptt. in librr. Rosini[q] et Pitisci[r] citatas. Quæ anteunt, *Plus. Minus,* legimus in Hirtio[s]; *Quæ* (sc. castra) *non longius ab ea cæde abesse plus minus octo millibus passuum dicebantur.* Necnon in Martiale[t]; *Speranti plures (nam stare aut crescere debent Munera) venerunt plusve minusve duæ.*

* Lectorum aciem procul dubio non effugit species litteræ A in hoc titulo, quam ex monumento referendam curavi. Videbunt quædam exempla in Saguntinis Diarii Classici[u], quorum unum exscribo: **SERGILLAE . L . TERENTIVS . FRATERNVS . ADFINI .**

CXCVII.

2. *Signifero.* Is, nempe, qui signa legionis et imagines Principis gestabat. Aquilifer erat, qui *aquilam,* Romani imperii insigne. Utriusque meminit Tacitus[v]; *Eas Cæcina aquiliferis signiferisque, et quod maxime castrorum sincerum erat, occulto recitat.* De his Vegetius[w]; *Signiferi, qui signa portant; quos nunc draconarios vocant;* sicut in Ammiano[x] legimus; *Maurus nomine quidam, postea comes - - - - - Petulantium tunc hastatus, abstractum sibi torquem quo, ut draconarius, utebatur, capiti Juliani imposuit confidenter.*

Præbet supplementum post *signifero* locus Tullianus[y]; *quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset movere loco,* etc. Sed hoc mera conjectura est, sicut in v. prox. utrum fuerit M. Val. curator ædium sacrarum, vel annonæ, vel coloniæ, vel demum, operum publicorum[z]. Sic post *Decurioni* in v. 6. scribere possumus *Cohortis, Cubiculariorum, Ornato, Coloniæ*[a].

Illud M in fine erat fortasse *Militavit.* Porro, de ætate tituli possis conjecturam capere ex nomine Signiferi, fuisse Diocletiani, vel Maxentii.

CXCVIII.

1. *Καίσαρι.* Ob species discrepantes ab invicem litteræ **P** in hoc titulo

[q] Sc. in Paralipom. p. 730. b.
[r] Vol. III. p. 402. a.
[s] Bell. Gall. VIII. 20.
[t] Epigr. VIII. 71. 3. s.
[u] Vide tom. VIII. pp. 80. s.
[v] Annal. I. 48. Signiferi pluries; Conf. II. 81. et alib. Cæs. B. G. II. 25. Liv. VI. 8. etc.
[w] De R. M. II. 7. Conf. c. 20. fin.
[x] Libr. XX. 4. p. 224. Bip.
[y] De Divinat. I. 35.
[z] Vide Pitisc. ubi supr. vol. I. pp. 608. ss. Gerr. Siglar. p. 17. a. b.
[a] Vide Sigill. Sueton. Domit. XVII. Gruter. p. CCCCLX. 3. 3. Not. supr. ad tit. CLXXXIX. 6.

(vide VV. LL.) ordinavi primum particulas ita ut duplex prodiret, sc. in diversis partibus ædium, sive Jovis Homonoi sive Augusti. Proveniunt hoc pacto, in primis, a.b.e.f. deinde, g.c.d. Ad similem tenorem compositos crediderim, sed cum formulis dedicationis diversis, nimirum, Καίσαρι Σεβαστῷ καὶ τῷ Δήμῳ, et Διὶ τῷ Ὁμονώῳ. Sequor vero in notis ordinem quem inter describendum constitueram.

In fine v. 1. conjeceram in primis Διί; quod enim cecinit Virgilius, cur non sculperent Assii, *Divisum imperium cum Jove Cæsar habet?* Hoc magis probaverim, quod jamdudum inter Numina receptus fuerat Imperator. Posito Δήμῳ, possis accipere pro Ῥώμῃ, quam in religione hujusmodi conjunctam voluit cum nomine suo Augustus[b]. Sic in nummis[c] ΡΩΜΗ . ΚΑΙ . CEBACTΩ.

Dedicat quidam sive templum ipsum sive (quod Böckhio[d] magis placet) porticum, Quintus Lucilius etc. qui sacerdotia plura gessit; interpretor enim πάτριος βασιλεύς in v. 4. de munere sacerdotali, ut exposui supra ad tit. CLXXXII. 6. Potuerim quoque de regia illa dignitate umbratili quam refert Strabo[e] fuisse Androclidum; immo de utrisque conjunctis, ut adeo prodeat noster,

Aeolides, rex idem hominum Augustique sacerdos;

Quippe verba Strabonis sunt: Ὀνομάζονται Βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. Sed conf. Mytilen. Böckhii, n. 2819. 14.

In v. 6. obv. epitheton Jovis, Ομονῶος, h. e. Ὁμόνοος, *concors*, idque vel propter orbem sub Augusto pacatum, vel concordiam (ὁμόνοιαν) cum civitate aliqua vicina, ex. c. Pioniorum, qualem memorant nummi[f]. Erat sane Ζεὺς ὁμολώϊος, cujus meminit Suidas, quem cum nostro eundem fuisse arbitratur Franckius. Consentit Böckh.[g] Eodem recidit sensus.

CXCIX.

1. Ἐπί etc. De fragminibus disjectis nihil amplius addam quam epigr. nummi

[b] Vide Sueton. cit. supr. in not. ad tit. CLXXXIX. 3.

[c] Scil. Pergamen. in Eckhel. vol. II. p. 466. a.

[d] C. Inscr. II. p. 870.

[e] Libr. XIV. 1. p. 162. T.

[f] Vide Eckhel. vol. II. p. 475. b.

[g] Fidei haud parum accedit ex origine Aeolica cognominis. Vide Böckh. ub. supr.

Nicomedens.[h] quæ bene illustrat vv. 3. ss. **ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.Β.ΠΑΤΡΩΝΟΣ. ΤΗΣ.ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ.**

CC.

1. **Καὶ**, etc. Titulus fortasse ad eundem tenorem compositus cum prægresso, prorsus ut CII. CCIII.

CCII.

2. **Υἱὸς πόλεως**. etc, Vide not. supr. ad tit. LX. 2. Occurrit et *θυγάτηρ πόλεως* in Aphrodis. Böckh. n. 2822. 5. s. Confr. infr. CCXXXI. g.

CCV.

1. **Κήρυκος**. Vox sacr. Fidei Doctores appellantur in N. T.[i] *κήρυκες*. Sed de sensu magis speciali, qui ad œconomiam Ecclesiæ Græcæ spectat, nunc cogitandum est. Exponit Hesychius, *διάκονος*. Certe Diaconorum erat inter Missarum solennia, *κηρύσσειν*, ut plene edocet Suicerus[k] in vocc. *Κατηχέω* et *Κηρύσσω*. Verba sunt S. Chrysostomi[l]: *Ὁ Διάκονος ὑψηλὸς ἑστώς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις Κήρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, κ. τ. λ.*

3. **Σκαμάνδρου**. Eadem videtur cum *Scamandria, civitate parva*, Plinii[m], necnon **Σκαμάνδρῳ** Hieroclis, et **Σκαμάνδροις** in tit. Iliens. apud Böckh. n. 3597. *a*. 7. *b*. 4. Notat vir doctus[n]: *superfuisse hoc oppidum sæculo decimo quarto incipiente ex Pachymere suspicatur Villoisonus, et huc refert nomen Scamandriæ cujus meminit Leunclavius in historia Musulmana.* Egregie firmatur con-

[h] Conf. Eckhel. vol. III. p. 77. a.

[i] Ep. ad Timoth. I. 2. 7. II. 2. 11. S. Petr. II. 2. 5. Vide Schleusn. in voc.

[k] Thesaur. Eccl. vol. II. pp. 70. 99.

[l] Vide Suicer. ubi supra, qui locum designat, Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos. Discrepat non nihil Edit. Benedict. Tom. XII. p. 170. D. Ceterum in seqq. comparationem instituit Chrysost. cum Præconibus Olympicis. Vidimus quoque cum munere sacerdotali Ethnicorum et Κήρυκας et *Διακόνους* conjunctos: supr. tit. CXXXVII. et Fascic. I. p. 144. Tit. Ephes. *e*.

[m] Libr. V. 33. 2. De situ vide sis conjecturas in nota Böckhii. Dum iter facerem a sede Trojæ (بیوك‌وكار باشی) ad Troadem incidi in vicum desertum (بوش‌كوی) ubi reliquias quam plurimas oppidi antiqui conspexi. Hæc fortasse erat vetus Scamandria, ita dicta a Troadensibus in quorum ditione jacebat quia in itinere flumen versus Trojanum.

[n] Ubi supra, p. 884. b.

jectura per tempus in hoc nostro definitum, an. 1356. sc. XVI. Joannis V. Palæologi.

CCVI.

1. Ἀντωνίαν. Neptis fuit Augusti per sororem ejus Octaviam, quæ fuerat Marco Antonio IIIviro nupta[o]. Memorat et Tacitus[p], *majorem* constanter appellans, miro lapsu, quum constet ex Suetonio et Plutarcho Antoniam quæ pro viro habuit Domitium Ahenobarbum revera *majorem* fuisse. Ceterum videant interpretes quo pacto hæc conciliari possunt: non nostrum est[q].

Antonia hic memorata maritum habuit Neronem Claudium Drusum[r] fratrem Tiberii imperatoris, qui in v. 7. appellatur υἱοσέβαστος, quippe ex Livia Drusilla natus post ejus cum Augusto matrimonium, unde versus irrisorius citatus a Suetonio, Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παῖδια: at reipsa sterilis fuit magni Imperatoris thorus: Drusus senior et Tiberius filii erant Tiberii Claudii Neronis, qui discrimen tale adierat ob patrocinium eorum qui in Campania agros perdiderant[s].

Recte dicitur Antonia in vv. 7. ss. mater Germanici Cæsaris, Claudii, Liviæ[t]. Prior nomen habuit ex patre Druso seniore[u], titulumque Cæsaris ex quo tempore, auctore Augusto, adoptatus fuerat a Tiberio, nempe an. U. C. 757. Claudii imperatoris cognomen, Germanicus, ex eodem fonte derivatum est: Suetonii vero oportet meminisse referentis adscivisse illud Claudium propter fratrem majorem in familiam Juliam adoptione assumptum[v]. Deinde, in v. 11., commemoratio est Liviæ, uxoris primum Caii Cæsaris, postmodum Drusi junioris. Appellatur Ἀφροδίτη Ἀγχισιάς, cognomenta ab Iliensibus profecta quum inter Divas reciperetur, et civitati apprime convenientia[w]: nec minus

[o] Conf. Dion. XLVIII. 31. Appian. Bell. Civil. v. 64. fin. Plutarch. Anton. LXXXVII.

[p] Annal. IV. 44. XII. 64. scil. Antonia quæ Domitio nupserat appellata *minore*. Sed conf. accuratissimum in talibus Sueton. Calig. I. Claud. I. Neron. V. et Plutarch. ubi supr. Historicum illustrem in hac re titubasse nullus dubito.

[q] Vide Gronov. ad Tacit. Annal. IV. 44. Lipsium, ad XII. 64. Saniore judicio Ernest. emendationem Gronovii respuit. Revera historici, dum graviora tractant, in his levioris momenti aliquando falluntur. Exemplum insigne vide sis in Dion. XLVIII. 54., qui Domitium *patrem* cum *filio* confundit.

[r] Sueton. cit. supr. in Claudio.

[s] Vide Paterc. Hist. II. 75. init.

[t] Sueton. Claud. I. extr.

[u] Dion. LV. 1. Albinovan. de Morte Drusi, v. 89.

[v] In Claudio. II. init. Obv. cognomen supr. CLIII. et in Böckh. n. 3610.

[w] Nimirum, nomina consecrationis diversa fuere apud diversas civitates pro earum tutelaribus: exx. ΛΙΒΙΑΝ. ΗΡΑΝ., LIVIA. IVNO., ΙΟΥΛΙΑΝ. ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ. Conf. Eckhel. vol. VI. p. 148. a.

inani studio domus imperatoriæ, quæ nominis sui auctorem Venerem jactitabat[x], litasse censendi sunt cives. Conjecerim porro additum fuisse Ἀγχισιάδος distinguendi causa, quum et Livia Drusilla jamdudum Ἀφροδίτη audiverit[y].

13. Πλείστας, etc. Hæc Græculi instar: sed et Augustæ dignitatem adiit Antonia, fuitque sacerdotio divi Augusti honoribusque Vestalium aucta[z]. Delubri ejus porro meminit Plinius[a].

CCVII.

1. Ἡ Ἀτταλὶς, etc. Tituli ad eundem tenorem compositi habentur ex tribubus Alexandride et Panthoide, apud Böckh. nn. 3615. 3617. Prior nomen habuit ex Alexandro M. Nostra fert secum recordationem Attali I. Pergameni. Horum uterque beneficiis suis auxerant Iliensium civitatem[b]. Appellatio *Panthois* erat mera inanitas originem Trojanam jactantium[c].

Erant et aliæ tribus quarum nomina periere; ex. c. in fragmento Böckhii, n. 3618. Pari fere jure cum Alexandride conjicere et Lysmachidem possimus. Ceterum, qui hic honore excipitur, Philo, idem fortasse est cum Antoniæ cultore, in tit. CCVI.

Appellatur in v. 3. solenni formula, *κόσμος*, ut *decus* a Latinis, et in Marm. Oxon.[d] Smyrna, *κόσμος* Ἰωνίας. In v. 4. *σπεῖρα* est *cohors:* sic Polyb.[e] Τοῦτο

[x] Notissima sunt Maronis assentatorie composita de patrono suo; Aen. I. 286. ss. De Julio Cæsare seqq. Dio: Ταύτην (sc. Forum) *τε οὖν, καὶ τὸν νεὼν τὸν τῆς* Ἀφροδίτης, *ὡς καὶ ἀρχηγέτιδος τοῦ γένους αὐτοῦ οὔσης, ποιήσας, καθιέρωσεν εὐθὺς τότε.* Conf. Strab. XIII. 1. p. 102. T. Vid. not. ad Tit. XLIV. 8.

Ceterum hæc Juliæ domus opinio multum Iliensibus profecit, ut liquet ex hoc loco Strabonis, et Sueton. Claud. XXV. Neron. VII. collatis cum Tacit. Annal. XII. 58. et Digest. XXXVII. Tit. 1. § 17.

[y] Eckhel. ubi supra.

[z] De his conf. Dion. LVI. 46. Sueton. Claud. XI. Patercul. II. 75. 3. Hæc de Livia, cujus honores postmodum Antoniæ congessit Caligula: Dio, LIX. 3. Sueton. Calig. XV. Inter Gruteriana sunt seqq. *Antoniæ. Augustæ. Drusi. Sacerdoti. Divi. Augusti.* etc. Inscr. p. CCXXXVI. 9.

[a] Libr. XXXV. 36. 31. Antoniæ mostræ, ut obiter moneam, occurrit mentio et in VII. 18. 3. et IX. 81. 1.

[b] Conf. Strab. XIII. 1. pp. 99. ss. T. Polyb. V. 78. 6. Diodor. B. H. XVIII. 4. Alexandri favorem conciliaverat Homerica poesis, cui accedebat memoria consanguinitatis Iliensium cum Aeacidis Molossorum. Attalum benignum experti sunt cives propter fidem eorum in bello cum Tectosagis. Hoc narratum supra in argumento de Troade. Deinde, invadentibus Romanis, graviter afflictas res a Fimbria tradit Strabo, quas Sulla in primis, postmodum Julius Cæsar, ipse *φιλαλέξανδρος* et origine Trojana prognatus, restauraverunt.

[c] Conf. Aeneid. II. 318. ss. 429. Iliad. γ', 146. Horat. Carm. I. 28. 10. Ovid. Metam. XV. 161. Hygin. Fab. CXV.

[d] Tit. V. Edit. Maittair. sub init.

[e] Libr. XI. 23. 1.

δὲ (sc. σπ.) καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις Κόορτις. Conf. Fellowsium[f]. Ἔπαρχος est *Præfectus*; ut in tit. Philippensi inedito inter meos, **PRAEF. CO. VIII. CVRENEIOR**[g].

In v. 9. obv. verb. ἐλαιομετρέω, quod ex hoc ipso titulo adscivit Passovius[h]. Simile erat σιτομετρέω in Apolloniensi quem nuper edidit Franzius[i]. Ceterum in hoc conspicitur munificentia Philonis quod singulari donatione facta, oleum civibus suppeditaverat ad exercitationes gymnicas, quod certantes ipsi propriis sumptibus, vel collatione facta, comparare assueti erant. Augetur porro sensus liberalitatis per vocem λουτήρων, in v. 13.

CCIX.

1. Η Βουλή, etc. Certissime Aspendiorum, de quorum civitate adeundi sunt rei geographicæ scriptores et al.[k] Nummos tractat Eckhelius[l]. Quæ sequuntur in v. 3. εἰς τὸ τῆς πόλεως ἔργον possis vertere Angl. *towards the service of the city:* fortasse intelligitur exstructio theatri, in quam de propria pecunia contulerat Zeno. De ludo natalitio in v. 4. breviter notavi in arg. VV. LL. Comparare possis quæ tradit Suicerus[m] ex Codino præsertim et Eusebio de solennitatibus observatis in die natali Constantinopolis: similia quoque Plinii[n] de Roma ipsa. Hanc rem in Lexico suo tetigit Pitiscus[o].

CCX.

7. Νεωκόρος. In catalogo Eckheliano[p] Neocorarum nomen Aspendi non reperitur. Possis ex h. v. supplere. Quod expressi in fine, **NI**, est fortasse fragmentum gentilitii **ΑΣΠΕΝΔΕΩΝ**. Videtur mentio facta alicujus Romani sub finem, qui forsitan cum Zenone civitatem auxerat: sed ex hac parte lapidis cuncta pæne evanuerant.

[f] Lycia, n. 198, p. 264.
[g] Vide not. supr. ad tit. CLXXXIX. 11, p. 397.
[h] Enchirid. vol. I. p. 685. a.
[i] Corp. Inscr Böckh. vol. III. p. 57.
[k] Conf. Strab. XII. 7. p. 61. XIV. 5. p. 218. Edit. Tauchn. Dionys. in Perieges. 583. Plin. V. 26. 1. XXXI. 39. 1. Mel. I. 14. Memorat Arrianus cum Side et Sillyo in Exp. Alex. I. 26. etc. necnon Philostr. in Vit. Apollon. I. 11. et Cicero, Verr. II. 1. 20.
[l] Doctr. N. vol. III. p. 9. Num. Anecdot. pp. 219. ss.
[m] Thesaur. Eccles. vol. I. p. 748.
[n] Libr. XIV. 6. 8. XVIII. 66. 2
[o] Lexic. Antiqq. vol. II. p. 620. a.
[p] Ubi supr. vol. IV. p. 291. b.

CCXIII.

Δήμαρχος. Locum insigniorem dignitatis ergo habebat Lollius. Erat princeps urbis. Hadrianum ipsum Demarchiam gessisse tradit Spartianus[q]. Notus est versus Plautinus[r] qui hujus magistratus cum stratego, agoranomo, comarcho, meminit. Adeas quoque Gruterum[s].

CCXIX.

3. Ἔπαρχον τεχν. Conf. not. ad tit. CXC. 8. Erat nimirum Rufus noster *Præfectus fabrum* in œconomia castrensi. Quod in v. 8. dicitur de Jove illustrant quadantenus nummi Eckheliani[t] Attaliæ in quibus frequenter obvia est hujus numinis effigies. Agnoscit epith. τροπαιοῦχος Dionysius Halic. necnon Apuleius[u] in suo *Tropæophorus.* Affinis est typus Jovis Nicephori in nummis Antiochenorum Syriæ[v].

CCXXI.

2. Ἔπαρχ. σπείρας, scil. *cohortis.* Vide supr. CCVII. 4. not. Erat legionis Britannicæ, ut quæ sequitur Apollinariæ; vid. Ursatum in Siglario Gerrardi[w]. De Chiliarcho vide not. ad tit. CLXXXIX. 7. ss. Deinde in v. 4. memoratur Præfectura Alæ, de qua conf. ibid. v. 10. not., et opinor Dardanorum, quorum meminit Dio[x] cum Triballis, etc., quippe copiæ equestres Romanorum ex his regionibus maximam partem conscribebantur. Tales erant Scubuli in tit. supr. cit. v. ult. Quid velit fragmentum ΚΕΙΔΑΣ in v. 7. adhuc me latet. Scripseram in primis in minusculis οἰκισταῖς. Fortasse delitescit ΣΕΙΔΗΤΑΙΣ, qui et ipsi Pamphylii fuere. Vide tit. CCXXXIII. Concordiæ quoque Sidetum cum Attaliis indicia nummi singulares utriusque civitatis præferunt[y].

In tituli initio scripsi Κιλικέων secundum litterarum ductus: sed vide annon melius ponendum sit Λυκίας καὶ Παμφυλίας, ut in Franz. (ex Fellows.) n. 4240., vel Λυκίων, etc.

[q] Sc. ap. Neapolem: vide c. XIX.
[r] Curcul. II. 3. 6.
[s] Inscr. p. CCCCXXXIX. n. 6.
[t] Ub. supr. pp. 9. s.
[u] Libr. de Mundo, sub. fin.
[v] Ub. supr. pp. 268. s.
[w] Pag. 18. a. Edit. Lond. Forcellin.
[x] Hist. Rom. LI. 27. fin.
[y] Vide Eckhel. vol. III. pp. 10. s. 17. b.

CCXXII.

1. Ἁγνείας. Titulus erat, ut ὁσιότης, ἁγιωσύνη, et Impp. γαληνότης. Adeas Suicerum[z]. Opinatus sum primum contractum fuisse pro ἀγεμονίας, quod nunc minime probandum duco. Contractio in v. 4. est probabiliter pro Κόμητος Κύπρου. De his, qui vel magistratus obibant vel a Principe honorario nomine erant compellati, plurimi scripserunt: satis fuerit meminisse Suiceri[a] et Pitisci[b]: Gesneri catalogum videbunt lectores in Lexic. Forcellin[c]. De Cypro provincia adeant Eckhelium[d]. In vv. 5. s. obv. λαμπρ. πατρός, ut in titulo non absimili XLV. ult. ἐλλογιμ. etc. Πατὴρ est Πάτρων. In v. 8. πλάκωσις erat incrustatio cum tabulis marmoreis vel ex metallo: vide supr. tit. LXXXIII. 10. Fellows. Inscr. Patarens.[e] Valesium in nott. ad Eusebium[f], et Dorvillium[g]. His tabulis aliquando colores varios (χρώματα) illinebant, ut in titulo sequente perspexisse videor, ubi vel de πλακώσει vel opere quodam musivo sermo est. De hoc usu colorum in ædificiis adeas quoque Strabonem[h].

CCXXIII.

h. 1. Ὀχυρώσας. Mentem revocat ad locum munitum sive propugnaculum, qualis indubitanter erat Porta aurea. In v. 4. dubito de πάγχυ et καύχης, quæ, si recte descripta sint, possint annumerare legentes inter flosculos orationis Byzantinæ. Καύχη est Pindarica[i]. In oratione soluta dicebant vetustiores, κόσμον, καλλώπισμα, *decus*, nimirum colores varios quibus distincta est structura: hoc patet ex seqq. In v. 5. manifesta alloquutio est; *complet hoc tuum opus liberalitatem*; dicitur σοῦ de instauratore portæ. In v. 6. agi

[z] Thesaur. Eccles. vol. I. p. 63. Video titulos Cyprios Böckhii 2631. 2635. claudere formulam ἁγνείας ἕνεκεν ἡ πόλις. Exinde traductam fuisse metonymiam credibile est.

[a] Ibid. vol. II. p. 141. Conf. Euseb. Vit. Constant. IV. 1. b.

[b] Lexic. Antiqq. vol. 1. p. 518. ss.

[c] Vol. II. p. 994. a. Edit. Lond.

[d] Doctr. N. vol. III. p. 84. Conf. Strabon. XIV. 6. pp. 246. ss. Dion. LIII. 12. LIV. 4. Per *comitem* hic intelligitur *præfectus*, ἔπαρχος. Appellatio honoraria erat μεγαλοπρεπέστατος, cujus exempl. videbunt legentes in Mylasens. Böckh. n. 2712. 2. Habeo Megarensem inter mea cujus 1[mum] v. est; Ἔργον καὶ τοῦτο τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Διογένους τοῦ παιδὸς Ἀρχελάου.

[e] Lycia, p. 416. n. 169. v. 14.

[f] P. 228. b. Locus Eusebii est in Vit. Constant. III. 36. b. ubi inter ornatum parietum Basilicæ memorantur ὕλης μαρμάρου ποικίλης πλακώσεις.

[g] Sicul. p. 263.

[h] Libr. XVI. 1. p. 336. T.

[i] Nem. IX. 16. s. Θεσπεσία δ' ἐπέων Καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος. *Gloriationis*, *Encomii*.

opinor de particulis deauratis (ψεκάσι vel ψακάσι[k]) quas, ornandi causa, adhibere solebant architecti Byzantini. Exinde fortasse nomen inditum quod in appellatione hodierna conservatur.

In v. 4. fragm. *i.* agnoscere videmur sacra[l], Ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ . . . τῇ δεξιᾷ σου. Compositus quoque videtur v. 5. ad eandem normam[m]. In 6. ἐπακτὸς satis notum, sc. ἀνήρ, στρατός, ὅρκος, ἡμέρα, etc. Sed nequeo sensum continuum, qui mihi penitus satisfaciat, extricare. Certe quod dixi in VV. LL. de *multa irrogata* loco vix convenit.

In ultimo fragmento conspicitur fortasse **ΙΝΔ**, h. e. Ἰνδικτεῶνος, ut in præeunte, et aliis ejusdem ætatis.

CCXXV.

2. Πυργίσκον. Vide not. ad tit. LXXVIII. 1. Franz. n. 4207. 13.

CCXXVI.

3. Νάνῳ Erat ætatis sequioris miscere nomina generum diversorum : sic in Franziano supr. cit. v. 10. habemus Ἑλένῃ τῇ καὶ Ἀφφίῳ, et in n. 4292. 4. s. Μαρκίᾳ Αὐρ. Ἀπφίῳ τῇ καὶ Πτολεμαΐδι. Conf. Smyrn. supr. CXLIV. Ceterum et feminina justa obvia sunt in titt. Franz. 4244. 4266. sc. Νανίς et Νάνη.

CCXXVII.

1. Λοῦκις, etc. Dicitur pro Λούκιος, ut Πάκωνις pro Πακώνιος. Justam scriptionem video in titulo quodam Coo ex meis, nempe, Λούκιος (cum aliis, Αὖλος, Μάρκος), Πακώνιος. Nostra barbariem sapiunt, ut Λίτορις in sepulcrali quem prope Smyrnam descripsi, videoque inter Böckhianos, n. 3309., pro Λιτόριος.

De voc. κενοτάφιον in hoc versu vide ad seq. v. 3.

[k] Vox. obv. in Herodot. III. 10. extr. in sensu *guttula*. Alibi (ex. c. in Antholog.) significat *particulam arenæ: auri* quoque etc. Vide Stephan. Passov. in voc. Hic, opinor, sensus est ψηφίον, quali utebantur in opere musivo laquearium et parietum Byzantini. Hæc aliquando deaurabant, nitoris studiosi, ut videre est hodie in Ecclesia S. Sophiæ apud Constantinopolitanos.

[l] Vide Psalm. XVII. 7. in LXX.

[m] Vide Maccab. II. 8. 14. Ὁμοῦ δὲ τὸν Κύριον ἠξίουν ῥύσασθαι τοὺς ὑπὸ τοῦ δυσσεβοῦς Νικάνορος πρὶν συντυχεῖν πεπραμένους. Impios hic vocatos crediderim fuisse Saracenos qui bello vexabant Imperatorem Constantem II., Africa, Aegypto, Cypro vastatis. P. C. 641–648.

4. Ἐξωτικόν. Hoc est quod in Smyrn. n. CLI. effertur, Μὴ προσήκοντα τῷ γένει, Μὴ διαφέροντα, Μὴ ὄντα ἐκ τοῦ γένους, in vv. 9. ss. Conf. Fellows. in Tloens.[n] Ὧι Εὐτύχει συνεχωρήθη δοῦναι ἐξωτικοῖς συγχώρημα κ. τ. λ.

5. Δώσει, etc. Interpretor duplicem fuisse multam, et ærario pendendam et Quinquennalibus Romanis. Summa utriusque erat fortasse eadem; sed post ἱερώτατον deleta fuerant sigla.

Quinquennales fuisse summos magistratus, vel IIviros vel IVviros, qui per quinquennium res coloniarum administrabant, notissimum est. Conf. Spartianum[o], Apuleium[p], titulos bene multos[q], et inter recentiores, in Lexico suo, Pitiscum[r]: nummos quoque apud Eckhelium[s], qui et magistratus ipsos tractat et Præfectt. Quinquennales, etc.

Exstiterunt quoque Censores Quinquennales quorum erat multas in ærarium inferendas exigere[t]; horum vero rationem haberi non puto; præfectorum potius.

CCXXVIII.

2. Περίβολον. Vide Fascic. pr. tit. xv.

Ibid. Κενόσορος. Sic in prægress. v. 1. κενοτάφιον. Distinguitur in Digestt.[u] inter *sepulcrum et monumentum memoriæ causa factum, quod Græci* κενοτάφιον *appellant.* Hæc Romani *inania*, *vacua*, *honoraria*, vocabant; sed a re præsenti aliena esse tituli monent ipsi. Interpretor potius *monumenta pura*, in sensu Ulpiani[v], ubi de venditione sepulcrorum agit, nimirum in quibus nondum positum fuerat cadaver; prorsus ut καινὸν ἀγγεῖον in titulo Smyrnæo dudum edito a Patino[w]. Citanda quoque veniunt S. Johann.[x] Μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Conjeceris ideo in nostris poni κενόσορος, κενοτάφιον, pro καινόσορος, etc. h. e. ε pro αι, ut in quam plurimis.

6. Ἡγεμόνα. Fides huic supplemento accedit ex tit. Aphrodis. LXXVII. 11. In fine versus scribere potuerim in minusc. ἄνδρα, scil. Antoniæ.

[n] Lycia, Append. A. nn. 134. 6. 135. 3.

[o] In Hadrian. XIX.

[p] Metamorph. X. med. p. 239. XI. fin. p. 279. Ed. Bipont.

[q] Conf. infr. tit. CCLI. fr. b. c. Gruter. p. CXXV. Reines. Syntagm. Cl. VI. n. 59. et al. plur.

[r] Vol. III. p. 240. a.

[s] Doctr. N. V. vol. IV. pp. 476. ss.

[t] Imp. Constant. Lib. XIII. Cod. Theodos. Tit. 2. Leg. 1.

[u] Florentin. Lib. XI. Tit. 7. Leg. 42.

[v] Digest. Lib. XI. Tit. 7. Leg. 6.

[w] Fascic. I. Tit. *g*. 5. 7. pag. 202.

[x] Cap. XIX. 4. conf. S. Luc. XXIII. 53. S. Matth. XXVII. 60.

CCXXX.

1. - - - *ιης*. In hoc fragmento forsitan delitescit nomen Ἀρτεμισία, quæ matris fuit et sororis, vv. 4. s.

2. Περγαίων, etc. Tutelaris fuit Pergæ Diana, et cultu adeo insignita ut prope numen Ephesiorum æmularetur. Testatur Strabo[y]: Καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Callimachus[z] quoque, et Cicero in Verrinis[a]. Nummi quam plurimi citantur ab Eckhelio[b] quorum typi et epigraphæ eodem spectant.

Apud exteros invaluit Dianæ Pergensis cultus, similiter ac Ephesinæ, ut videre est ex titulo Halicarnass. Böckhii n. 2656. 5. Conf. Eckhel. in nummis Attalensium Pamphyliæ.

3. Καί. Hoc prætulerim: alii fortasse, ut sit **KYO** syllaba finalis parum scite descripta alicujus epitheti, ex. c. ἱεροῦ[c] ἐνδόξου, θειοτάτου, etc. Quæ sequuntur erant valde indistincta in marmore. Ceterum de nomm. masculis cum femininis conjunctis vide supra not. CCXXVI. 3. Quod expressi Παλοίνης in vv. 3–4. erat fortasse Ταλαίνης. In nomine Artemisia quod familiæ videtur fuisse commune cernimus religionem popularium expressam.

6. Ἔπαρχος. Erat nempe Varus *Præfectus alæ I. Colonorum;* vide supra not. ad tit. CLXXXIX. 10. De chiliarcho in v. 8. vide not. ibid. v. 9.

CCXXXI.

5. Πόλεως θυγ. Vide supra titt. LX. 2. CCII. 2. In fragm. 6. obvium est nomen *Varus* quod videtur fuisse insigne in hac civitate : vid. CCXXX. 6.

CCXXXIII.

1. Πάτραν. Originem hujus nominis videtur illustrare quod de heroe Patrao disputavit Khellius citatus ab Eckhelio[d] in nummis Aspendi, et proinde Æolicam Sidetum prosapiam quam tradunt Strabo[e] et Arrianus[f].

[y] Libr. XIV. 5. p. 218. Tauchn.
[z] Hymn. ad Dian. v. 187.
[a] Act. II. 1. 20.
[b] Doctr. etc. vol. III. p. 11. s. 12. ss.
[c] Eckhel. ibid. p. 14. a.
[d] Num. Vet. Anecdot. pp. 221. s.
[e] Libr. XIV. 5. p. 219. T.
[f] Exped. Alex. I. 26.

In cognomine Πηγασίς quod ad finem tituli obvium est, conspicimus fortasse solennem formulam voti a Pegaso desumptam, et quæ huic tractui bene convenit in quo religiose conservata est memoria herois qui ope equi alati laudes præstantissimas meruit. Nec prætermitti debet habendum esse quodammodo in loco numinis socium periculi quem Neptuno ipso satum communiter ferebant. Proinde latissime se produnt in nummis effigies Pegaseiæ[g]. Hoc est quod per "nomen mythicum" intellexi in VV. LL., honoris loco a Pegaso adscitum, ut alibi *Artemisia* ab *Artemis*.

3. s. **Δουκηναρίου**, etc. Nimirum ex eorum numero quos appellat Suetonius[h] *Procuratores ducenarios*. Erant et *centenarii*, *sexagenarii*, qui pro salariis accipiebant centena sertertia, vel sexagena, ut priores ducena. Hoc est quod intelligimus a Dione[i]; *Καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων* (sc. stipendiorum) *προσγίγνεται*. Nempe vocati sunt *Ducenarii*, etc. secundum rationes salariorum quæ primus definita (*τακτά*) fecit Augustus. De Procuratoribus vide not. infr. ad CCXXXVI. 1.

De Primipilario vide not. ad tit. LXXIII. 6.

8. Ἡ Γερουσία, etc. Nempe, Collegium fabrorum seniorum qui constituebant *συνεργασίαν*, ut Συμβίωσις *νεωτέρα*, supr. CLXII. 1., juniorum. Appellatum credo *μέγα* ratione dignitatis ejus inter ceteras.

CCXXXV.

1. *Apameæ*. Recentior fuit appellatio, antiquiores *Cibotus* et *Celænæ*. Vocant plerumque scriptt. *Apameam Cibotum*, distinctionis causa; erant enim aliæ ejusdem nominis, Bithyniæ et Syriæ. Adi geographos[k], et de situ hodierno Arundellum[l].

[g] Conf. Eckhel. ubi supr. vol. II. 219. s. 245. s. 457. 572. 578. 590. III. 333. Fellows. Lycia, Append. B. p. 455.

[h] In Imp. Claud. XXIV. init.

[i] H. R. LIII. 15.

[k] Strab. XII. 8. pp. 72. ss. Ptolem. v. 2. Plin. v. 29. 4. De nominibus Strabo: Ἐντεῦθεν (sc. ex Celænis) δ' ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας κ. τ. λ. De Celænis; Ἀπὸ Κελαινοῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ Κελαινοῦς, μιᾶς τῶν Δαναΐδων, γενομένου κεκλῆσθαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον· ἢ διὰ τῶν λίθων καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐκπυρώσεων μελανίαν. pp. 73. s. 76. Tauchn.

[l] Sept. Eccles. pp. 107–114. 242–244.

Celebratur in primis propter nummum insignem in quo conspiciunt eruditi quidam (interque eos Eckhelius[m]) diluvii Noachani adumbrationem. Videtur sane de fonte sacro derivatus typus, simulque cum nomine antiquissimo Κιβωτός analogiam quamdam habuisse. Disputatio vero aliena est ex hoc loco.

De Negotiatoribus (ἐμπόροις), et quantum differebant a Mercatoribus plene a Pitisco[n] exponitur. Habuisse illos conventus proprios et basilicas tradit Vitruvius[o].

CCXXXVI.

1. Ἁγνόν, etc. Epitheta bene congruunt officio Procuratoris domus Augustæ qui rei Imperatoris vel publicæ suo nomine præerat, nimirum fisco, vectigalibus, rationibus annonæ, etc., cui proinde negotia maximi momenti committebantur. Enumerant auctt. Procuratores Augusti vicesimæ hereditatum, a rationibus, ab alimentis, a censibus accipiendis, ab epistolis, a patrimonio, ad prædia Gallicana, et al. Qui in provincias mittebantur rebus fiscalibus potissimum interfuere, et in iis jurisdictionem habuerunt. Vide sis Pitiscum[p].

Memoratur in vv. 7. ss. Apollonia, a Lyciis et Thracibus conjunctis fundata colonia. Diserte memorat Athenæus[q]; Γίνεται μὲν κάλλιστα (sc. μῆλα) ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ κ. τ. λ. quæ a Stephano confirmantur qui ponit Apolloniam nostram XVII^mam^ inter oppida ejusdem nominis; fuisse porro Μορδιαῖον dictam antiquitus. Hinc errorem Eckhelii[r] nummos Apolloniæ Lyciorum tractantis correxeris. Conf. tit. CCXLVIII. fin.

CCXXXVIII.

4. Διονυσίου. Hoc in titulo ipso Διονοισίου, ut infr. in v. 12. Ποιθίων, necnon in vv. 31. 34. Iotacismo serioris ætatis hoc tribuerim. Vide supr. tit. CLXII. 2. 5. 12. et LXXVIII. 4.

[m] Doctr. etc. vol. III. pp. 132–139.

[n] Lexic. Ant. vol. II. pp. 555. b. 631. a. De hac re vide omnino Indicem verbb. Ciceronis, Edit. Lemaire, vol. XIX. pp. 289. sq.

[o] Architect. v. 1. p. 129. Bip. Conf. Paull. leg. 32. §. 4. de aur. leg.

[p] Ubi supr. vol. III. pp. 191. sq. Tituli plurimi Gruteriani ad hanc dignitatem respiciunt: Conf. LVIII. n. 7. LXI. 4. CCCLV. 6. CCCLIX. 3. CCCLXXI. 2. CCCCLVII. 10. CCCCLXXIV. 4.

[q] Libr. III. 20. a.

[r] Ub. supr. vol. III. p. 2.

De loquut. ἐπιτελεσθεὶς ἀγὼν vide not. ad tit. Smyrn. XXXI. in libello priore[s]. In hoc, v. 8., dicitur et Magistratus ἐπιτελεσθῆναι, nimirum a viro qui rite et probe eum gessit. Conf. tit. Sardian. (e.) v. 20. in Fascic. I. Addas porro ludos in honorem Hadriani memoratos in v. 14. catalogo Eckheliano[t]. In v. eod. et seq. dicitur Παίδων πάλην ut παγκράτιον et στάδιον in titt. Aphrodis. XLVIII. XLIX. In vv. 30. 33. videntur invicem opposita esse διὰ βίου et διὰ χρόνου, ut hoc sit quod nos dicimus *pro tempore*.

Conjecerim nomen *Attuda*, cum *Attæa* ab Eckhelio adscita[u], nomen duxisse ex Attide, numine Phrygio, de quo supra in nota ad tit. CLXIII. 4. Memorantur illa in nummis et Notitt. Episc. ab Eckhelio laudatis: desunt alia vestigia.

CCXXXIX.

1. Ἀκμονεύς. Vide Leakii notam ad Itinerarium Arundelli[v]. Oppidum memoratur a Geographis[w], et Cicerone[x]. Ponitur in Notitt. Episcop. in Phrygia Capatiana, in Magna ab Eckhelio[y]: Eumenia[z] quoque, in cujus sede hic titulus repertus est. Meminerunt et hujus Geographi[a]; oppiduli hodierni, *Ishekli*, Arundellus[b] et al.

In vv. 4. ss. senarios conspicimus solenni formula compositos: vide inscript. Cotyæens.[c] in priore Fasciculo.

CCXL.

1. Συγχωρήσει. Manifesta est ratio supplendi, ut in simili Arundelliano[d], uti patet ex sequentibus οὐδενὶ δέ κ. τ. λ. Ceterum hic ipse forsitan est titulus quem deperditum plorat Leakius in nota supra citata. Minus perite descripsit postea Arundellus, qui pro lectione sincera χάριν in v. 3. dedit χιλλια δηναρια, nimirum ut summa definita habeatur: atqui hoc neutiquam necessarium est:

[s] Pag. 111.

[t] Doctr. etc. vol. IV. pp. 482. ss.

[u] Ibid. vol. III. p. 141. a.

[v] Scil. VII. Eccles. p. 329. not. 7.

[w] Ptolem. v. 2. Stephan. De Urbb. Plin. v. 29. 4. Dicitur Ἀκμὼν in Hieroclis Synecdem. ubi vide Wesseling.

[x] Sc. *Acmonenses* in Orat. pro Flacco, XV.

[y] Ubi supr. p. 128. Nummi *neocoriam* indicant.

[z] Eckhel. ubi supr. p. 158. Nomen habuit ex Eumene Pergameno, a quo fuerat condita.

[a] Scil. Strab. XII. 8. p. 72. Ptol. ubi supr. Plin. ub. supr. § 6. qui et *regionem* memorat in c. 31. § 2.

[b] Sept. Eccles. pp. 248. ss.

[c] N. XXXVIII. Fascic. I. p. 129.

[d] VII. Eccles. Tab. Lithogr. p. 379.

tantum προστίμου χάριν adduntur ut intelligatur εἰσφορά multæ loco ponenda. Suppleas orationem; εἰσοίσει χρήματα εἰς τὴν Εὐμ. B. προστ. χάριν, uti scripsit Demosthenes[e]; Οὐδ' εἰ φανερῶς ἔμελλεν, ἁλόντος τούτου, μηδεὶς εἰσοίσειν etc. h. e. χρήματα εἰς τὸ δημόσιον. Vide Indic. Demosth. Reiskii in voc. εἰσφέρειν[f].

Loquutio in v. 3. καὶ ἔσται αὐτῷ, etc. solennis est: *accidetque illi secundum magnum nomen Dei*, hoc est, pœnam experietur nomine divino dignam. Vide Lexicc.[g] Grammatt[h]. Similia obvia sunt in titt. edit. a Franzio, nn. 3890. 3962. *b*. 3980. scil. πρὸς τὸν θεόν. Variatur in Apamensi Arundelli[i]; Καὶ ἔσται αὐτῷ πρὸς τὴν χεῖρα (sc. δύναμιν) τοῦ θεοῦ.

CCXLII.

2. Στεφανοῖ. Nempe *coronat*, *coronidem imponit*, στεφάνην, ut sermo sit de ornatu quodam vel parte ædificii: vel cogitandum est de corollis quibus usi sunt in cærimonia *apheroïzandi*, de qua vide tit. LXXIV. 12.

3. Βαφέων. Verba Strabonis ad quæ in VV. LL. respexi sunt: Ἔστι δὲ καὶ πρὸς βαφὴν ἐρίων θαυμαστῶς σύμμετρον τὸ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ὕδωρ, ὥστε τὰ ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοῖς ἐκ τῆς κόκκου καὶ ταῖς ἁλουργέσιν. Quam feliciter comparatus est hic tractus ad lanificium exercendum apparet quoque ex traditis ab eodem de vicina Laodicea cui ne Miletum quidem æquiparandam censet[k].

De civitate ipsa adeo illustri ob balnea sponte profluentia (Strabonis βαλανεῖα αὐτόματα[l]) plures conferendi sunt tum geographica tum miscellanea tractantes[m].

[e] Orat. adv. Androtion. p. 606. 25. R.

[f] Edit. Schäf. vol. IX. p. 190.

[g] Passov. Enchir. vol. II. p. 752. b.

[h] Matthiæ Gr. Gr. § 591. δ.

[i] Ubi. supr. p. 367. n. 18. v. 6.

[k] Libr. XII. 8. p. 74. T. Verba Strabonis eximie illustrat titulus Chishullianus, ex cod. I. 83. in Append. II. Askew. a Franzio editus et restitutus: vide Fascic. p. 41. n. 3938.

[l] Libr. XIII. 4. p. 158. T.

[m] Conf. Strab. XIII. 4. pp. 157. s. T. Ptolem. V. 2. Not. Wesseling. ad Itiner. Antonini, p. 337. Cellar. Notit. etc. vol. II. p. 153. In lib. De Urbb. scribit Stephanus: Ἱεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. De hac urbe quoque consulendus est Wetstenius, vol. II. p. 296. scil. ex mentione ejus in cod. sacr. Epist. ad Coloss. IV. 13. una cum vicina Laodicea.

CCXLV.

3. *Πρυμνησσέων.* Erat urbs antiqua Phrygiæ qualia Mydæum, Gordus, Cadi, etc. sed cujus non nisi generali quodam sensu meminit Strabo[n]. Nummi vero restant et autonomi et imperatorii, de quibus consulendus est Eckhelius[o], cum epigrapha, ut hic, ΒΟΥΛΗ . ΠΡΥΜΝΗϹϹЄΩΝ., typo quoque conservante Midæ memoriam, qui, referente Strabone[p], Phrygiæ Magnæ imperabat. Alter quidam ex autonomis hujus oppidi cultum Jovis illustrat cujus nos commonefacit tit. CCXLIV.

CCXLVIII.

2. *'Αντιοχείᾳ.* Recensentur duæ Antiochiæ, coloniæ, Pisidica et Orontea, ex fide nummorum ab Eckhelio[q], quarum priorem hic memoratam credo; statuit enim Paulus[r] Antiochenses Syriæ primum factos fuisse colonos, salvis tributis, a Caracalla; quocum consentiunt nummi[s] qui coloniæ titulum addere, imperante illo, incipiunt. Contra mentio fit in iis inde a Tiberio civitatis Pisidicæ ut COL . CAE . ANTI[t]. etc. Confirmant Geographi[u], qui porro adeundi sunt de quæstione a quibusdam mota an Pisidiæ accensenda sit nostra Antiochia, an Phrygiæ Paroreiæ.

De munere *ξυσταρχίᾳ* vide notam supra tit. CXI. 9.

5. *'Ανελέσθαι,* etc. Nempe, primus erat Menander qui in certaminibus tantis victoriam consequutus est. De loquutione audiendus est Passov.[v] *'Αναιρέω Hom. besonders von mühvoll errungnen Kampfpreisen, ἀναιρεῖν νίκην, ἀγῶνα, ὀλύμπια, ὀλυμπιάδα, in einem Wettkampfe, in den Olympischen Spielen siegen, Herodotus der aber auch ἀναιρέεσθαι dafür sagt, u. s. w.* Deinde citantur loca

[n] Libr. XII. 8. p. 68. T.

[o] Num. Anecdot. p. 265. Doctr. N. V. vol. III. pp. 170. s.

[p] Ubi supr. p. 68. T.

[q] Doct. etc. vol. IV. p. 465. b.

[r] Libr. II. De Censib.

[s] Eckhel. vol. III. p. 302. a.

[t] Ibid. pp. 18. s.

[u] Conf. Strab. XII. 8. p. 72. T. et 7. p. 59. Stephan. de Urb. p. 87. Ptolem. v. 4. Concil. CP. p. 957. Aelian. de Animal. XVI. 7. Plin. v. 24. 1. Ulpian. L. 15. De Censib. ubi memoratur Coloniam fuisse juris Italici. Tractat et Wetstenius in Actt. Apost. XIII. 14. ubi obvia est, ut et in XIV. 19. 21. et Epist. ad Timoth. II. 3. 11.

Sequor S. Lucam, qui Pisidiæ hanc urbem accenset: Phrygiæ alii, propter situm ejus in confinio utriusque positum.

[v] Enchirid. Gr. L. vol. I. p. 142. b.

quæ in seqq. ex Schweighäusero[w] obvia sunt: Ἀναιρέεσθαι νίκην, *reportare victoriam.* Νίκην ἀναιρέεται καλλίστην[x]. Ταύτην τὴν νίκην ἀνελόμενον[y]. *Inde per Metonymiam, ut* νικᾷν μάχην, *sic et* ἀναιρέεσθαι ἀγῶνα, *et similia dicunt:* Ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναιρήσεσθαι[z], *in maximis certaminibus victoriam reportaturum esse:* Ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας[a]. Ὀλυμπιάδα ἀνελόμενος τεθρίππῳ[b]. *Item activa forma,* στεφανηφόρους ἀγῶνας ἀναιρηκότα[c]. Ὀλύμπια ἀναιρηκὼς τεθρίππῳ[d].

8. Στεφάνοις. Nimirum, certamina erant quæ Græci vocabant στεφανηφόρα, *coronigera,* ut in loco Herodoteo supra citato: sic dicta, et στεφανῖται, φυλλῖται, generatim ἱεροί, sc. ἀγῶνες, quia cum præconiis et coronas sortiti sunt victores. Θεματικοὶ erant et ἀργυρῖται, in quibus pecuniam[e].

Quod præit, κηρύγμασιν, explicatur per consuetudinem victores in certaminibus per vocem præconis renuntiandi: hinc Philostratus[f], μεσημβρινὸν κήρυγμα, quod athletæ in porticu stantes exspectabant: nemini enim licebat ut se ipse victorem proclamaret. De Nerone Dio[g]: Τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν· Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. Illustrat quoque comparatio Tulliana[h]: *Accedit etiam ut minor sit fides, minor auctoritas; multi denique reprehendant, et dicant, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui quum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent.*

Ceterum Patriæ gloria hic perhibentur fuisse Præconia et Coronæ, secundum Plinii seqq.[i] *Postea ad tota maria, et deinde solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus vincentium: neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.* Hinc παρῳδήσας Dio supra, στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον, etc.

9. Ἀντωνίνου. Scil. Pii. Decretum hoc confectum, regnantibus Marco Aurelio et Vero, videor mihi colligere ex hoc versu et 19[no] infra: fortasse post

[w] Lexic. Herod. vol. I. p. 37. b.
[x] Libr. IX. 64.
[y] Libr. VI. 108.
[z] Libr. IX. 33.
[a] Ibid.
[b] Libr. VI. 70.
[c] Libr. V. 102. extr.
[d] Libr. VI. 36.
[e] Vide Polluc III. 30. Potteri Archæolog. Gr. II. 23.
[f] Vit. Apollon. VI.
[g] Libr. LXIII. 14. extr.
[h] Epist. ad Divers. V. 12. extr.
[i] Libr. VII. 27. 2. Conf. XVI. 4. et de hac re Epigr. Simonid. inter Fragm. Gaisford. LXIII.

reditum Veri ex Parthica expeditione, an. U. C. 919. P. C. 166., quo una cum collega triumphum egit. Certe exstant nummi plures Epinicii ab Eckhelio[k] citati hujusce ætatis; necnon Nicæensium et Laodicenorum. Proinde fidei haud absonum videtur instauratos fuisse et ludos, in memoriam belli feliciter confecti, in quibus se præclare gesserit Menander, præconia exinde meritus.

24. Ἀχθῆναι. Lucianus in Timone, LI. Ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια. Sic *agere*, *agi*, *acta*, apud Scriptt. Latinos. Illustrat porro mentionem certaminum in honorem dei Mensis in hoc versu quod tradit Strabo[l]; Ἦν δὲ ἐνταῦθα καὶ ἱερωσύνη τις Μηνός Ἀρκαίου, πλῆθος ἔχουσα ἱεροδούλιον καὶ χωρίων ἱερῶν. Conf. nummos apud Eckhel.[m] et not supr. ad tit. CLXIII. 4.

25. Ὡς, etc. Marmor in hoc loco graves injurias perpessum fuerat, ut videre est ex apographo Fellowsiano dudum edito. Conjeceram ipse in opisthographis, Ὡς δόξης ἀεὶ ἡμᾶς οἴκοθεν παρ' αὐτοῦ ἀπονήσασθαι (vel ἀπονησαμένους) τὸ (vel ἐν τοῖς), μάλιστα. Constructio verbi ἀπονίνημι perquam familiaris est locoque convenit[n]. Aliter in minusculis tractavi.

31. Τιμῆσαι, etc. Conf. tit. LIV. 7. ss. Communiter vertunt προγραφή in v. 34. *Præfatio*, *Præscriptum*, *Procemium*: Angl. *Preamble*. Hoc potius ἐπιγραφή. Προγραφή est *Declaratio*, ut προγράψαι apud Æschinem[o], et νόμος προγεγραμμένος, *Lex palam lata*. Hinc voce utitur Strabo in sensu *Proscriptionis*[p]. Sed sensum nimis premere in formula hujusmodi vix æquum est.

37. Ἔστι, etc. Recensentur septem civitates quarum jura adeptus fuerat Menander, in quinis summa, scil. Pergamum[q] Mysiæ, Antiocheia[r] Pisidiæ, Thera[s] Cyrenensium, Apollonia[t] Phrygiæ Pisidicæ, Miletus Cariæ, Pessinus[u] Galatiæ, Claudiopolis[v] (quæ et Bithynium) Bithyniæ. Conf. tit. CXI.

[k] Doctr. etc. vol. III. p. 520. b. Conf. p. 168. b. et II. p. 425. b.

[l] Libr. XII. 8. p. 72. T.

[m] Vol. III. p. 19.

[n] Vide Herodot. I. 168. Xenoph. Exped. C. III. 1. 38. VII. 1. 21. Demosth. contr. Aphob. II. p. 842. 7. R. Œdip. R. 644. Thesmophor. 469. Conf. Valckenar. ad Adoniazus. 55. p. 362.

[o] Orat. de male gest. legat. p. 35. extr. Ed. Steph.

[p] Libr. V. 4. p. 404. T.

[q] Vide Fascic. I. p. 81.

[r] Vide supr. not. ad. v. 2.

[s] Primitus *Calliste*. Vide Herodot. IV. 147. Pausan. III. 1. ult. Schol. ad Apollon. Argon. Δ. 1763. De Thera tractant et Plin. II. 89. 1. IV. 23. 4. Mela, II. 7. Senec. Nat. Quæst. VI. 21. Nummum unicum citat Eckhelius in vol. II. p. 338.

[t] Vide supr. tit. CCXXXVI. 8.

[u] Vide Strab. XII. 5. p. 57. T. Appian. Bell. Hannib. LVI. Liv. XXIX. 10. s. Plin. v. 42. 2. Nummos tractat Eckhelius in vol. III. p. 179.

[v] Claudiopoles plures fuere: Bithyniæ, Isauriæ, Galatiæ, Cappadociæ vel Armeniæ minoris, Lycaoniæ

CCXLIX.

b. 2. *Sergia.* Tribus e rusticis, a gente ejusdem nominis dicta. Conf. not. ad tit. cxxx. 1. supr. et Frontin. de Aquæduct. II. Art. 129. Cetera in tit. patent ex Siglario.

c. 2. *Ædili*, etc. Ædilem Cæsaris (sic enim expedio siglum) eundem fuisse arbitror cum Cereali, qui magistratus ortum habuit a Julio Cæsare[w]. Officium erat præesse annonæ, frumento distribuendo, et ludis sacris Cereris in circo edendis. Hi ædiles erant Duumviri, ut constat ex loco Dionis in nota subjecta memorato: sed in Siglario[x] video et **IIIVIR . AED . CER.**

3. *Curatori Ærar.* Conf. Gruterum[y] et cett. memoratos infra. Erant et Quæstores ærarii, Prætores, Præfecti. Ceterum ærarium hic nuncupatur Cæsaris, quippe ad usum Imperatoris in primis destinatum, quale erat Militare ab Augusto institutum[z]. Diversa, nimirum, erant æraria: ex. c. Junonis Lucinæ, Veneris Libithinæ, Juventutis, Pontificum, etc., et simili ratione in provinciis, ut Herculis Mediolani in inscript. Gruteri supra laudato. Sic apud Smyrnæos exstitit ærarium Matris Sipylenæ, tit. CXLIX. supr., populi Romani, tit. CLI., quod ipsum innui videtur in Böckh. n. 3335., Imperatorum (Κυρίων Αὐτοκρατόρων), ibid. n. 3384. Denique, Senatus, Gerusiæ, Populi, Templorum, ut in 3371.

Satis nota sunt ex opere Gerrardi sigla **AR, CT**, sigillatim pro **AERARIVM, ET.** De Decurionatu vid. not. ad tit. CLXXXIX. 6.

Vide Eckhel. vol. II. p. 406. b. Transfert vir eximius nummos omnes qui epigraphas referunt ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΙϹ, ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΩϹ, ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, ad urbem Bithynam, rationibus satis validis nixus allatis in p. 407. a. Idem et ipse facio in hoc loco. Attamen torquet scrupulus, ex nummorum fide profectus, qui inde ab Hadriano præ se ferunt nomen antiquum *Bithynium*, excepto unico Antonini, quem video Eckhelium adjudicasse Neo-Claudiopoli Paphlagoniæ: p. 408. Nil melius proficio cogitans de Claudiopole Galatiæ, si modo verum sit quod arbitratur Cellarius, nempe, Ptolemæum de hac scribentem in errorem incidisse: nemini enim alteri fuisse notam. Quæstionem intactam reliquit Böckhius.

[w] Conf. Dion. XLIII. 51. Pompon. in Digest. Libr. I. Tit. 2. Leg. 2. Gruter. Inscr. p. CCLXXII. nn. 5. 6. CCCCXCII. n. 9.

[x] Gerrard. Ed. Lond. p. 86. a.

[y] Inscr. p. XLIII. 11. 12. Conf. Tit. Mediolan. citat. a Pitisco in Lexic. vol. I. p. 609. b. Reines. Syntagm. Cl. IX. n. 1. XII. n. 12. Maffeii Art. Crit. Lapid. Col. 208.

[z] Conf. Dion. LV. 25. Sueton. August. XLIX. Tacit. Annal. I. 78.

INDICES.

INDEX VOCUM GRÆCARUM.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM,

ET VOCUM LATINARUM.

INDEX NOMINUM ET VOCUM ORIENTALIUM.

5. Nomen Turcicum communiter vertunt *Vetus Constantinopolis*, quo nihil magis falsum. In اسكى barbarorum latet prima pars nominis اسكندريه quo Alexandriam designant. Quod sequitur est Græcorum *εἰς τὴν πόλιν*, ut *Stanchio*, *εἰς τὴν Χίον*, et similia.

FINIS.

IN CORPORE TITULORUM SEQUENTIA CORRIGENDA VOLO:

Pag. 11.	*pro*	ΑΓΑΘΗ	*legend.*	ΑΓΑΘΗΙ.
14. 15.	—	Οὐαλήριος	—	Οὐαλέριος.
48.	—	στʹ	—	͵ϛ.
85.	—	سلطلن	—	سلطان.
90.	—	كولزيز	—	كل زيز.
138.	—	Κυδωνιατὴς	—	Κυδωνιατὰς.
140.	*post*	μητρῴοις	*inserend.*	γερουσιακοῖς.
154.	*pro*	سهر	*legend.*	شهر.
165.	*post*	Ἑρμίππου	*inserend.*	ἱερέως Ἀρτεμισίου, καὶ Ἀσιάρχου.
198.	*pro*	Scepsias	*legend.*	Scepsius.